
PRAXIS IVDICIARIA LANFRANCI DE ORIANO CVM BENEDI-
cti Vadii, & Celsi Hugonis annotationibus.

A IACOBO BONIOVR *plurimis Axiomatibus, in Schematibus proximè locupletata. Ad Card. Lotharingum*

CAROLVM LOTHARINGVM.

His prætereà summa rerum ac verborum capita, cum locupletissimo in fine adiecto indice accesserunt.





LVGDVNI,
Apud Hæredes Iacobi Giuntæ.
M. D. L.

PRAXIM IVDICIARIAM LANFRANCVS, IN HAEC xij.capita diuidit.



Typographus.I.V.Candidato.

Eruditissima B. Vadii,ac H. Celsi additamenta ea ratione L A N F R A N C I commentariis appositissimè intexuimus, quòd vtraque ductili quadam via contextu vno pertractari posse videntur,ac illa ex his quodam modo pendeant. Vale.

REVEREND. ET ILLVSTRISS. CARDIN. LOtharingo, obseruand. CAROLO LOTHARINGO, Iacobus Boniour. S.



T SI Philosophiæ studium, laudabile & pulchrum sit, Cardin. Reuerend. quòd eius studiosi sapientes viri, præclarum aliquid ac generosum de seipsis præstent: vt ipsorum memoriam, posteris relinquant sempiternam. Si tamen per omnem ætatem colant, seruiles homines & omnium planè rerum inutiles fient. Fateor ipsos rerum cõtemplatione mirificè delectari, veritatem amare, omnia ad veram felicitatem ac beatitudinem referre. Cùm tamen legum ciuilium & verborum quibus in consuetudine, cœtúque hominum, tam publicè, quàm priuatim vti decet, fiant ignari: propterea quòd mediam ciuitatem, forenséque consuetudines fugiant: eos liberale quicquam, aut magnificum proferre, præstaréque non posse arbitror. Cùm igitur singulas circunstantias diligenter perpenderem, existimabam aliquid huic Philosophiæ studio temporis impertiendum. Qui enim primùm sufficienter Philosophari non didicerint, nunquam aliqua de re sufficienter dicturi sunt. Præterea qui in Philosophia versantur, otio tranquillo confabulari discunt. & nihil curant, prolixiúsne an breuius loquantur, modò poßint veritatem assequi. Tamen cùm ad ætatem maturiorem peruenerimus, quantò forensis consuetudo probabilior videri debet? In

foro enim fiunt viri prudentißimi, leges animātur & sua sponte mouētur, res occultæ aperiuntur, res cōtrouersæ discipātur perturbatis ordo, obscuris lux adfertur, ius suum cuiq; redditur. Quare cū propter res tā eximias & reip. frugiferas, forensem consuetudinem appeterem cæterisque rebus omnibus anteponerem, quòd aut conferat, aut delectet, aut vtrunque efficiat: omnibus enim humanis in rebus felices diuitesq; nos efficit: felices quidem, quòd res honestas & sibi & patriæ cupienti, nihil poßit ei nisi rectum & honestum accidere: diuites quoque, quòd vnusquisque nostrum ita natus & institutus sit, vt ferè nemo, nisi mercedem aliquam laborum suorum speret, de patria, de rep. de ciuibus bene mereri velit: statui mihi præ manibus Lāfranci praxim habendam. In qua cùm aduigilarem, multa mihi in mentem veniebant, quæ cōmodißime addi eaque in laudem amplißimæ dignitatis tuæ euulgari posse arbitrabar. Quod meum institutum nemo improbabit, eo maximè quòd nunquam quisquam ita & bonis & literis & moribus institutus fuit, quin res, ætas, vsus, semper aliquid apportet noui, aliquid moneat, vt illa quę nos scire credimus, nesciamus & quæ nobis prima putauerimus, in experiendo repudiemus. Pro singulari igitur tua humanitate, Card. Reueren. summa sapientia, eximiaque virtute dignitatem tuam rogo, mea elucubrata ita suscipias, vt omnes dignitati tuæ grata accidisse intelligant. Mihi enim cùm nihil sit antiquius, quàm vt reip. prodesse poßim, ad hoc nemo me magis, quàm tu, iuuare potest. Qui cū studiosorum Mecœnas optimus sis adeò me in te, Card. Reueren. posse confido, vt mei nominis initium ac fortunā inchoaturā omnino confidam. Ne igitur vana spe lactatus videar, abs te peto. Tibi enim ad me ornandum summa datur facultas. Mihi verò ad tanta officia remuneranda, cùm nihil suppetat præter voluntatem: eximia oratione pro ingenij viribus, tuam munificentiam prædicabo, & memoriam posteris sempiternam re

linq

linquam. Tunc dicam vigilanti, instanti, vrgēti pro voto cuncta succes-sisse. Tunc ex me ipso coniecturam faciam, te vnicum studiosorum patronum & mecœnatem optimum, qualem te omnes habent & re vera prædicant, esse. Tuarum laudū buccinatorem, quæ quidem eximæ sunt vltro me offeram. Quid inquam buccinatore opus est, vbi satis illustres sunt? quæ enim tibi insunt, ita insunt præclara, vt nec ad corpus nec ad animi bona cuiusquā egeas. Strenuissimo prætereà nobilissimo illustrissimo principe Guisiano optimo, & frugi admodum honestissimo que patre, qui nulli cedebat, nemini de loco, de dignitate, de autoritate concedebat, natus es. Sed cùm eius iacturæ grauitas, quæ in communem totius Galliæ reip. perniciem redundare videtur, quòd fata ipsum vocarint, in mentem veniunt: ita dolores renouant, vt laudes antiquissimarum suarum virtutum atque monimentorum, recensere non possim. Tamen cùm facilius ferendum sit quod iuxta communes naturæ leges accidit, si sentirem in me tantam ingenij vbertatem esse, vt possem Galliæ reip. ornamentum, morte amissum exprimere, prolixè facerem. Verùm cùm tantum grauitatis habeat, nunquam viderer satis esse versatus. Vt etiam non modò vires, verùm etiam vita deficeret et potius quàm vt summam ipsius prudentiam, virtutem, humanitatem & temperantiam recensere possem. Erat enim in primis princeps honestus, summo honore loco ordine, summo officio, nomine, ingenio, copiisque ornatissimus, frugalissimus, castissimus, honestissimus & spectatissimus ordinis sui. Qui suo consilio & rerum gestarum gloria, Galliæ remp. illustrabat. qui sua virtute ad res bellicas natus erat. Nulla enim res in vsu militari posita est, quæ principis Guisiani eximiam scientiam fugere potuisset. Quæ damna cùm omnibus communia sint (suis enim officijs pro summa sua sapientia, Galliæ rempub. illustrabat) quis est tam durus & ferreus, qui non grauiter molesteque ferat, & lachrymetur? Qui pro-

pter eximias suas virtutes, nunquam mori debuisset. Quo rex cognita ipsius summi atque perfecti principis prudentia, in Galliæ rempublicã beneuolentia & fide, officij sanctitate & diligentia, summo ipsius consilio & fortuna, denique quòd ad res arduas diuinitus natus esset, grauiorem autorem non habebat. Quod commodum non mediocre regi erat, talem principem in aula habere. Cuius in Galliam amicitia, in re militari felicitas, in concilio ingenium, in singulos municipes humanitas, nomenque clarißimum vsque ad vltimum vitæ diem permansit. Is est de quo summi viri tanta & tam præclara iudicia fecerunt. Is est cuius nomen propter res eximias, consilij altitudine, incredibili diuinaque virtute gestas, posteris tandiu commendatum est. De quibus rebus pro reipublicæ dignitate nunquam satis dixisse videer. Pro qua studium omne collocabat & omni recta ratione omnia bene & fideliter administrabat: vt suo exemplo cæteri Principes, & exteræ nationes, ad reipublicæ studium adducerentur, & in seipso eximium virtutis exemplum haberent. vt nulla ipsius laudibus allatura finẽ æternitas videatur, & in antiquorũ illustriũ & clarißimorum principũ numero reponatur. Quia omnibus numeris grauitatis, cõstantiæ, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, integritatis absolutus erat, vir omnibus rebus præcellentißimus. O fatum acerbum atque funestum. O tempus miserũ & calamitosum Galliæ reipublcæ. Lugeat, lugeat, quòd tantum auxilium à dijs immortalibus oblatum & datum morte amiserit. Qui quæcunque ab omnipotenti Deo sibi data erant, in eius honore & beneficio poneret. Communem tamen mitigare molestiam poterit, si memoria repetamus, idem proprium ac perpetuum tibi summo splendore & ingenio, summa virtute, prudentia, autoritate & gloria prædicto, fratri quoque tuo nobilißimo Principi Guisiano, cuius consilo, fortitudine, vigilantia Galliæ rempublicam seruari, nobilitarique videmus,

mus,

mus, cæterisque prudentibus reliquisse. Tuum autem animi dolorem extinguit, Cardinalis Reuerendissime, quòd pro summa tua sapientia cogites, vitæ nostræ curis, molestijsque obseruandissimum patrem tuum, cuius anima in pace requiescat, liberatum, perpetuum sibi domicilium elegisse. Quo itinere confecto, nulla reliqua cura, nulla solicitudo futura est. Plura dicerem si apud alium, non apud dignitatem tuam mihi essetdicendum. Tua igitur tempora, longo sermone non morabor, Bene vale, Antistes ampliissime, meúmque singularem amorem ama.

Calendis Decemb.

1550



COMMENTARIUS LANFRANCI DE ORIANO SUPER CAP. quoniam contra falsam. de probationibus.

*

SVMMA CAPITA.

1 ☞ Ius quibus constet.
2 Prius iusiurandum obtinet.
3 Quando sententiæ, compromissi, delegationis, vel rei iudicatæ tempus spectemus.
4 Initium cuiuslibet contractus spectandum: vt in mutuo, vel emancipatione.
5 Donationis, dotis iussus, emptionisve tempus spectandum.
6 Quæ sit leuis culpa in societate.
7 Tempus numerationis, non stipulationis spectandum.
8 Conditionis, legis municipalis, depositi, delicti vel mandati tempus spectandum.
9 In vltimis voluntatibus tempus, mort spectandum est.
10 Testamenti, vel legati tempus, quando in vltimus voluntatibus spectandum.
11 Aditæ hereditatis diem spectandum.
12 Acta in iudicio scribenda & nu. 16.
13 Finalis causa ex proœmio sumitur.
14 Exceptio negatiua, non probanda.
15 Negatiuam, quis probare teneatur, quæ sint probabiles.
17 Sententia, vtrùm inter iudiciorum acta numeretur.
18 Alternatiua, quando in copulam resoluantur.
19 Reus in exceptione locum actoris obtinet.
20 Delegationes & commissiones causarum, inter iudiciaria acta non computantur.
21 Vbi diuersa sunt instrumenta, quibus potius credendum.
22 Dictio, & cætera, quemadmodum interpretanda sit.
23 Licet summariè procedatur, in scriptis nihilominus procedendum & quomodo intelligatur clausula illa.
24 Testes in actis non requiruntur.
25 In iudicio prior est, qui prior citat.
26 Soli iudici vtrum credendum.
27 In dubio potius creditur tabellioni, quā nūtio.
28 Processus iudicii recusati valet si nō appelletur.
29 Confessio positionis vtrum reuocetur.
30 Confitetur, qui positionem facit qui verò articulos facit non item.
31 Quare fiant positiones, quando reus negauit responsionem factam libello.
32 Positioni impertinenti non est respondendum.
33 Iudex vbicunq; potest litigantes ex officio suo interrogare.
34 Pars non potest interrogare aduersarium suū coram iudice.
35 Quando compellatur quis procuratorem accipere.
36 Pro sententia iudicis, vtrùm præsumendum & in fi. seq. nu. 40. & 41.
37 Eiusdem iniquitas, quando dicatur.

38 Vtrùm sententia, post rem iudicatam valeat.

39 Sententia quæ transiuit in rem iudicatam renunciari non potest.

40 Iuramentum de calumnia non potest expressè remitti per consensum partium.

Sententia nulla, non est sententia.

41 Post tres sententias, amplius appellare non licet.

42 Verba enunciatiua, vtrùm probent. ad finem vsque.

43 Testis quandocunque reexaminari potest. & iuramentum domi [illegible] delatum non valet.

44 An præsumatur iudicatum [illegible] certioratum, de beneficio velleiano, si per instrumentum constet.

1. Ius constat.
- Iudicijs, vt
  - a. Excommunicatione.
  - b. Iuramento.
  - c. Sententia.
  - d. Compromisso, vel transactione.
  - e. Delegatione.
  - f. Re iudicata.
- Contracti bus: vt
  - a. Emancipatione.
  - b. Consensu.
  - c. Mutuo.
  - d. Donatione.
  - e. Dote.
  - f. Iussu, missioneue.
  - g. Emptione.
  - h. Societate.
  - i. In integrum restitutione.
  - k. Numeratione.
  - l. Conditione.
  - m. Lege municipali.
  - n. Deposito.
  - o. Peculio.
  - p. Delicto.
  - q. Mandato.
  - r. Conductione, alterâue acquisitione.
  - s. Obligatione qualibet vel conuētione.
- Vltimis voluntati- bus: vt
  - a. Testamento.
  - b. Inuentario.
  - c. Legato.
  - d. Hæreditatis aditione.
  - e. Legitima.
  - f. Falli[illegible]ia.

HOc ideò schema, ad vniuersam praxim iudiciorum præfati sumus, vt quisque intelligeret quod principaliter cuilibet negotio inest, diligentissimè spectandũ. Cuius eximiæ vtilitates, multò facilius apparebunt, si singula axiomata paucis interpretemur. Qua in cœna si quid prætermissum fuisse videbitur, in alia proponemus, postquàm hæc erunt concocta. Quæ si vos delectét haud me pœnitebit huius operæ. Sed iam ad singula veniendum est.

a IVDICIIS. Puta,[a] Excommunicatione, quæ tunc locũ habet quãdo cũ hominibus comercium habere non li-
b cet:[b] Iuramento.† Si mulier iuret dotẽ
2 non alienaturam, si tandem alienet, se perpetuò contractum ratum habiturã: non obligabitur ex secundo iuramento, sed ex primo. glo. c. licet. de iureiur. Sed ad quid confert iuramentum, cùm ipso iure dotis alienatio interdicta sit.
c §. j. Inst. quib. alie. lic.[c] Sentẽtia† Si ne
3 gotiorum gestorum actione, contra filium agatur: sententiæ latæ tempus spectandum est, vt in id quod facere pos-
d sit teneatur. l. si postquam. ff. de pecul.[d] Compromisso, vel transactione: sicuti
e in laude.[e] De legatione vt si negetur potestas delegãtis sufficit probare possessionem, in qua delegationis tempore erat.[f] Re iudicata. Sicut in actione pro socio. l. verùm. §. tempus peo soc. Actio enim de peculio, etiam si nihil sit in peculio dũ ageretur, si modò sit rei iudicatæ tempore, tenet. l. quæsitum. de pecu. Idem in actione in rem, ad exhibendum obseruari solet. d. l. quæsitum.
4 CONTRACTIBVS. †In quibus tempus quo quis possidendi ius habuit, initiumque & causam spectamus l. si procuratorem. ff. manda. l. Si tantũ. ff. ad Maced. l. j. §. non solùm. ff. depo. l.
a Cæsar. ff. de publi.[a] Et in emancipatione Quo tempore donatio facta conferenda est. l. vt liberis. C. de Collationi-
c bus[c] Mutuo, vel credito. l. j. ff. de ecep. rei vendi. d. l. si tantum. & d. §. non solum. Et si seruus in rem domini pecuniam mutuatus, sine culpa eam perdiderit: nihilominus potest cum domino de in rem verso agi. l. si seruus. ff. de in rem vers. Idem in procuratore dicendum est. d. l. si seruus. In credito verò non ambigimus. Cùm potior sit in pignore, qui prius pecuniam credidit, & hypothecam accepit. l. potior est. ff. qui
d po. in pig. hab.[d] † Donatione. Nõ enim
5 aliter simplex donatio confertur, quã si huiusmodi legem donator tempore donationis imposuerit. l. illud in fin. C.
e de collatio.[e] Dote. Cuiusmodi illud est quod in secundo gradu iudiciorum re-
f tulimus[f] Iussu. Puta, quis petens se mitti in possessionem, in ius aduersarium cogit, & paret, iussusque tempore repellatur, nunquam amplius ad opugnandum admittitur, minusque auditur si appellare velit. l. vnica. C. si à non pos
g sei. appel. l. fin. C. de ediilc.[g] Emptione Nam si quis rem meam mandato meo vendiderit: vendicanti mihi rem venditum, nocebit exceptio. l. j. ff. de except.
h rei ven.[h] Societate. Cuius † culpa le-
6 uis est eam non adhibere diligentiam, quam in suis adhibere solitus est, tempore contractę societatis. l. socius socio
i ff. pro soc.[i] In integrum restitutione. In minore. xxv. ann. an. dies natalis sui an ho

an hora in qua natus est spectetur dubitari potest. Siquidem deceptus restituendus sit à momento in momentum computamus. Sicut in præscriptione triũ annorum. l. in omnibus. ff. de ac. & ob. quin etiam satis esse putemus, si ad postremum diem ventum sit: vt in testamẽtis & manumissionibus. l. qua ætate ff. de testa. & qui testa. fac. Aut in legato relicto post tempus. l. non putabam. ff. de cond. & demonst. l. Auunculus. ff. de verb. sign. idemquoque si de honoribus muneribusue, aut de restituendo filiis hæreditatem agatur. l. ad rem. ff. de mune. & honor. l. qui filium. §. Sabinus ad Treb. [k] Numeratione, Hoc valde
k
7 notandum est, quod † in contractibus spectemus tempus numerationis nõ stipulationis. vt si à filiofa. stipulatus sum patrisfa. facto, siue emancipatione, siue morte patris, vel aliàs sui iuris effectus soluat. cessat macedonianum. l. filiusfa §. Sabinus. ff. ad Maced. Quod si tantũ promisisset, in factum exciperet. l. si is cui. ad Maced. [l] Conditione. † Quoties
l
8 stipulatio sub conditione potestatiua concipitur: quantum ad acquisitionem tempus existentis conditionis spectamus. l. qui balneum. ff. qui po. in pig. habi. l. quidam. §. fin. l. filiusfa. de verb. ob-
m liga. [m] lege municipali. Cuiusmodi est si statuto caueatur ne si mulier dotata fuerit, superueniente masculo succedat. locum nõ habet si post mortem pa-
n tris dotetur. [n] Deposito Si seruus deposuit, siue viuat, siue decesserit: vtiliter dominus depositi actione agit. Initium enim depositi contractus spectan-
o dum est. l. j. §. non solùm. ff. depo. [o] Peculio. In quo tempus spectamus qui

p vj. eximit. [p] Delicto. Si vrsus fugerit à domino, nocueritque: dominus conueniri non potest. Desiit enim delicti tẽpore dominus esse, vbi fera euasit. §. denique inst. si quad. pau. fec. dica. Sicque tempus criminis commissi, diligenter spectandum est. l. penulti. ff. si ex nox. cau. Idem in ac. legis Aquil. In ęstimatione enim perempti corporis, non solùm eius tempus spectamus, sed etiam existimatur quãtũ valuerit res ab anno retro, l. quãti eo proximo anno homo venire potuerit. Et ideò nõ trãsit cõtra hæredes Instit. de leg. aq. §. his autem
q verbis. &. §. ex maleficio. in fi. [q] Mandato. Mandati igitur initium & causa spectanda est. l. si procuratorem. ff. manda. Ideóque si tibi mandem, vt pro me domum emas, & petenti pecuniam cum non dederim, tuo nomine emeris: ius tamen præsumit, mea pecunia fuisse emptam. l. tertia. §. vnde. ff. de manu. ti tul. ge. l. edicta, la secunda. §. cùm ante, ff. de iur. fis. l. pignori. §. fin. est ibi Aug. & Imol. ff. de vsucap. & l. post dotem
r sim. vj. lec. Dy. ff. soluto. matrimonio. [r] Conductione. Inferimus tempus obligationis, in omnibus contractibus spectandum esse. l. si filiusfa. ff. de verborum obliga. Quæ sententia locum obtinet, cùm æstimatio debetur iure obligationis sin officio iudicis, inspicitur tempus moræ. l. hominem certum. ff. manda.

9 Vltimis voluntatibus. † In quibus, mortis tempus spectandum est vt cùm quæritur, quis suus, necessarius, extraneusue hæres dicatur. §. sui & necessarii. §. cæteri. Institutionibus, de hæredũ qualitate. Medio enim tempore in ter ia

ter factum testamentum & mortem testatoris, mutatio iuris non nocet hæredi. §. extraneis. e. l. filiusfa. de verborum obligatio. Ias. l. cùm quæritur. nu. j. C. de inof. testa. gloss. super contractibus. capitulo primo. §. item sacramenta, De pace iuramen. firmã. Patet in peculio. Nam si is, de cuius peculio agitur, lite pendente decedat: quantùm sit in peculio, mortis tempus inspicitur. Sin legetur peculium, tempus inspicitur quo dies legati cedat, cum omni incremento. l. si filius. ff. de pecul. Prӕtereà si quis certas possessiones conductas habeat, hac conditione quòd possit eas relinquere, si nõ fuerint sibi filii. Ista conditio, mortis tempore locum habet: secundum Bar. consil. lxxv. Similiter si pater filium pupillum instituerit, & ei substituerit pupillariter extraneum: mater pupilli, si filius moritur in pupillari ætate, excluditur à successione, & admittitur substitutus, expressa substitutione pupillari, etiam à legitima. l. Pap. §. sed nec impuberes. ff. de inoffi. testamẽ. l. præcibus. C. de impub. Idem in fal. receptũ est. l. qui fundum. §. qui filium. ff. ad legem Falcid. Cùm enim legata à morte cedant. l. vnica. §. cùm igitur. C. de cadu. tollen. Falsidia resecat ipso iure legata. l. lineam margaritarum. ff. ad legem fal. cùm primùm cedunt. Et sic tempore mortis. §. quantitas. instit. de leg. Fal. l. cum quo. de pecul. l. quantitate. l. duplicibus. & argu. l. si creditor. ff. ad legem Falcid. Filius quoque emancipatus, cùm ad collationem ventum est, ea tantùm bona quæ tempore mortis illius, de cuius successione agitur, ære alieno deducto habet, conferre tenetur. l. ea demum. l. filiæ. C. de collatio. l. scimus. ibi. sinautem. C. de iure delibe. Post mortem verò patris quæsita, non item. l. si donatione. C. de collatio. In stipulationibus idem receptum est. Si enim quis ita stipuletur, vti intra diem mortis eius aliquid fiat. Ipse quoque dies quo quis moritur, annumeratur. l. si quis sic. ff. de ver

a bo. significa. [a] Testamẽto. † Testator le

10 gauit in his verbis, Argentum viatorium meum dari volo. Si paterfa. diuersis temporibus pro rep. abesset: hoc viatorium argentum in legato compræhensum videtur, quod habebat eo tempore quo testamentum faciebat. l. medico. ff. de auro & argen. lega. Similiter legatum pro non scripto habetur, quando testator reliquit alicui, qui testamenti tempore mortuus erat. Hinc est quòd præsentis, vel præteriti temporis verba, in vltimis voluntatibus, ad ea restringenda sunt, quæ sunt tempore

c testamẽti. l. pe. de leg. iij. [c] Legato. Si legetur peculium, tempus inspicitur quo dies legati cedat, cum omni incremento. l. si filius. ff. de pecul. Ideoq; quantùm ad acquisitionem attinet, spectamus diem legati cedentis: eiq; magis fauemus, cui legatum est. l. si post mor-

d tem. de lega. j. [d] Hæreditatis aditione.

11 † Hæres institutus optimè sibi consulit, si à die hæreditatis aditæ, incipiat inuentarium facere. l. fin. §. sinautem, C. de iur. delibe. Nam interim à creditoribus, vel legatarijs conueniri non potest. Prӕtereà si æs alienum excedat, non tenebitur. Accedat etiam quod si hæreditatis tempore reperiatur quis sui iuris esse: eam sibi acquirit, licet

quo

quo tempore fuerit delata, in patria potestate esset. l. penul. de lega. iij.

IACOBVS BONIOVR.



VONIAM contra. Hæc decretalis est famosa, & in ea traditur materia, seu doctrina vtilis & quotidina: quam decretalem disposui pro exercitii gratia repetere: & quæ vtilia visa mihi fuerunt, examinare arbitratus sum. Diuiditur namq; in tres partes. In prima ponitur constitutionis causa, In secunda ponitur constitutio. In tertia ponitur iudicis negligentis, seu cõtrafacientis pœnæ impositio. Secunda ibi, statuimus. Tertia ibi, iudex autem. & breuiter hoc intendit. Vt veritas detegatur statutum est, vt acta quæ fiunt in iudicio ordinario, seu extraordinario scribantur per vnum tabellionem, vel loco eius adhibeantur duo viri idonei, qui singula gesta in iudicio habeant scribere, prout in litera patet. Iudex autem si circa prædicta negligens fuerit, punietur per superiorem: & pro processu non præsumitur, nisi quatenus in causa legi
12 timis cõstiterit documentis. Nota primò causam, quare scribantur acta iudicii. Nam ideò acta scribuntur, vt veritas habeat locum, & falsitas aboleatur, cùm in iudiciis, debeat esse veritati locus: vt l. finali. ff. de probationibus. Item hoc est introductum, ne propter assertionem iniqui iudicis, litigator lædatur innocens.

Additio.

¶ Videtur tacitè hîc innuere, quòd acta causæ faciunt plenam fidem, absq; alio adminiculo: quod etiam est verum: vt plenè not. Feli. in c. ij. in princi. nume. j. ver. ij. quia non iuratur. de probatio. Dũ tamen sint publicata, & conclusum sit in causa: quod est verum, si modò fuerint scripta: vt not. do. Feli. in isto c. ver. nono quæro post Barto. in l. ne in arbitris. C. de arbi. dicens istam esse cõmunem opi. quòd acta, ad eorum validitatem exigunt scripturam. vbi reprehendi do. Abba. Innocent. & Anto. de Butri. hîc qui dicunt, quòd acta exigũt scripturam, moti verbis text. dum dicit, documentis. Tene tamen hanc opinionem, quòd acta per testes probare non sufficit: sed si amissa sint oportet quòd probentur fuisse scripta. & ita soluit Bartol. contrarios text. quos illi in op. adducunt. de quo plenissimè per Baldum. in l. finali. versicu. quæro nunquid acta. C. de re iudica. An autem veniãt acta appellat. instrumentorum. Bartolus notat post gloss. quòd non. in l. prima versicul. not. secundùm istam gloss. & ibi posui in apost. ad ipsum, in eod. versic. ff. de edend. Idem ipse Bartolus, in l. in fraudem. §. neque instrumento. in vltimo versiculo. ff. de iure fisc. vbi dicit quòd falsificans acta causæ non punitur per statutum: quod punit faciens falsum instrumentum. de quo vide Alberic. de Rosa. in secunda parte statuterum. quæstione trigesimasexta. & Areti. in tracta. malefic. in gloss. in versicul. falsario. Celsus.

13 ¶ † Secũdò no. ꝙ ex proœmio sumitur causa finalis statuti. ita probatur hîc, in principio. hoc idem probatur, in l. vt liberis. C. de collatio. & in l. finali. ff de hære.

hæred.instit.& hoc tenet singulariter Bald.quod tene menti,propter statuta, in quorum principiis ponitur procemium. Nam si reperiatur aliquis casus, in quo non habeatur procemium statuti, nō habebit locum etiam ipsum statutum:quia cessante procemio,& sic causa finali statuti,debet cessare dispositio statuti:vt in l.adigere.§.quamuis. ff.de iure patrona.

Additio.

¶Quòd verò caussa finalis sumatur ex procemio,vide Bal.in l.j.de orig.iur.& Bar.in l.j.ff.ad Maced.tradit Bart.in l. ambitiosa. ff.de decre.ab ord.fac.& est tex.in l.regula.§.licet.ver.initium con stitutionis demonstrat. ff.de iur.& fac. ignor.quem ad hoc alleg.do.Anto.de But.in cle.j.de elect.& Bal.in d.l.vt liberis.C.de collat.alleg.hic per do.Lan fran.& Bart.& Bald.in l.si patruum.C. commu.vtri.iud.& Bal.in.j.constit.C. §.quibus,& Bar.in l.cùm quid.ff.si cer. pet.cum simi.Et adde Bal.in c.ij.requi ris. de appel.quod causa procemialis, dicitur esse causa finalis. ad idē tex.in c.ex multa.& ibi not.Abb.moder.extrà de voto.& Bar.in l.cùm hi.ff.de transactio.& Bar.in l.demonstratio falsa.ff. de condit.& demonstr.& Card.Flor.in c.fi.de elect.& in c.penult.extrà de cleri.coniug.& faciunt no.per Ang.in l.si quis cùm aliter. ff.de verb.oblig.& per Ioan.de Imo.in l.quoties. §.Stichum. ff.de hæred.instit.cum simi.& Oldr.in consil.iij.& Lud.Roma.in consil.xv.& in consi.xc.Et adde quòd quilibet effectus ampliaī & restringitur à sua causa finali.l.cū pater. §.dulcissimis. ff.de leg.ij.l.si is qui. ff.de acquiren.possessi. & in l.ij.§.j.cum ibi not.ff.de actionib. l.voluntas.C.de fideiuss.l.fi.C.de prædi.curi.lib.x.cum simil.B.Vadus.

14 ¶Tertiò nota,quòd negatiua exceptio, non est probanda. & cum hoc tex.concordat tex.in c.bonæ. suprà de elect.& in c.super hoc.suprà de renunciat.& in l.actor. C.de probat. Ex quibus infertur,quòd negans nō habet necesse probare id quod negat, cùm sit impossibile, & improbabile. Nam ideò simplex & pura negatiua non potest probari, quia non entiū nulla est probatio:cùm testes nō debeant deponere, nisi super his quæ percipiuntur per sensum corporis : vt in l.testium.C.de testib.& in l.qui testamento.§.fi.ff.de testib.

Additio.

¶Adde do.Bart.Socin.in consi.clxxiij. in medio.j.col.in versi.ex quibus,in ij. parte. vbi alleg. eandem l.testium. & eundem.§.fina.alleg.hic per Lanfranc. adde Bartol.in l.j.nume.j. & quod ibi posui, in addit.ad ipsum, in versic.per visum. C.de cano.frumen.vrb.Romæ. libro.xj.Celsus.

¶Sed ea quæ nō sunt in rerum natura, non possunt cadere in sensum corporeum testis.Item testes debent cōcludere necessariò,vel præsumptiuè : vt not. eod.ti.plenè in c.in præsentia. & de his quæ non sunt non possunt necessariò, vel præsumptiuè testificari : tanquàm super eo, quod non est. Licet enim testis, interdum deponat super his, quæ non percipit per sensum corporis : veluti,quando deponit super his,quæ cōsistūt in iure, vt de dominio:vt in l.solam.

lam.per Cy.Bal.Bar.C.de teſtib.& per Bal.in.l.præsbyteri.C.de epiſc.& cler. & per Innoc.in c.cùm cauſam.infra de teſtib. Tamen teſtis debet concludere neceſſariò,vel præſumptiuè:vt no.plenè in c.in præſentia.c.ſuper eo.quod non vſquequaque facere poteſt teſtis, deponendo ſuper mera negatiua improbabili.redditur igitur ſuſpectus, & tanquàm falſarius punitur: vt plenius not.per Innoc.& Ioan.de Imo.in c.licet.ſupra eod.& in c.cùm eccleſia ſutrina.de cau poſſeſsio.& proprieta.& ibi per Innocent.facit quod etiam not.Iacob.Butr.& Angel.in l.Lucius.ff.de his qui not.infamia.

Additio.

¶An autem teſtis deponens ſuper negatiua, præſumatur falſarius. vide tu do.Alex.de Imol.in conſi.cxxxvj.in j. parte.& an reddatur ſuſpectus. vide per eum in conſilio.ciiij.in.ij.parte.& qualiter deponere debeat. vide per eũ, in cõſi.cxxxvj.ij.parte.Adde.d.meum. d.Philip.Decium,preceptorem meum, in iure canonico.conſil.lxxiij.verſicu. tertiò dato &c.

¶Contra iſtud notabile oppo.fortiter, de l.nec codicillis.C.de condict.& demonſtrat.l.optimam.C.de contrahen. & committen.ſtipula.vbi dicitur, quòd opponentes negatiuam, debent illam probare. hîc autem dicitur contrarium ergo malè. Sed pro expeditione illius contrarii eſt altius exordiendum:cuius rei gratia habemus diſcurrere per triplicem ſpeciem negatiuæ:nam alia eſt negatiua facti,alia eſt negatiua iuris,& alia eſt negatiua qualitatis.

Additio.

¶Adde idem per Bal.in margar.verſic. negatiua. verſic.vj.& pro hac materia vide.d.Franc.Aret.in l.in illa.de verbor.oblig.& quod ibi dixi, in apoſtil.& duo verba.in l.nec is.de acquir.hæred. & in l.Pantonius.§.rei.de acquir.hære. & in l.ij.C.de erro.aduo.& in l.nemini. C.de aduo.diuerſo.iudi.

¶Pro quarũ declaratione primò præ-
15 mitto,† quòd principaliter duplex eſt negatiua. vna eſt pura & ſimplex, alia eſt coartata loco & tempore, vel alia ratione.Prima ſecundum glo.tam iuris ciuilis, quàm canonici, eſt improbabilis.ita tenet glo.in c.bone.ſupra de electione. Ita etiam tenet glo.in l.ij.ff.de probatio. quam ſententiam reprobant communiter docto.dicentes, quòd aliquando ſimplex & pura negatiua, eſt probabilis:veluti, ſi quis dicat Titium non habere caputium in capite: vel ſi quis dicat,Titium non habere lumina. iſta enim eſt mera negatiua, & tamen probatur: ideò ſententia gloſ.procedit regulariter, videlicet quòd ſimplex & pura negatiua, eſt improbabilis. fallit quando negatiua eſt, coniuncta ſenſui teſtis: nam tunc eſt probabilis.Secunda autem negatiua coartata loco, vel tempore, vel coartata ratione: puta, quia habet in ſe affirmatiuam, vel alio modo aliquid ponit in eſſe.illa bene eſt probabilis,& tunc in iſta eſt fienda diſtinctio, de qua ſuprà: videlicet quia aliqua eſt negatiua qualitatis, & circa huiuſmodi negatiuam, ſæpæ eſt ſolitum dubitare,cui incumbat probatio, an neganti, vel aduerſario. Circa

quod breuiter dic, quòd opponẽtes negatiuam, pro fundamento suæ intẽtionis, illam semper negãs probare debet. istud est dictum Inn. in c. super his. infra de acc. Idem tenuit Bar. in l. hoc iure. ff. de ver. ob. Item opponens negatiuam, & habens præsumptionem contra se: necesse habet probare illam negatiuam. & ita intelligit l. non codicillos. §. alle. in contrarium. l. autem fi. de cõtrahen. & com. stip. alle. in contrarium, loquitur in negatiua coarctata loco & tẽpore: & illa bene est probabilis. Casus autẽ nostræ decretalis loquitur de mera & simplici negatiua facti. Ex quibus breuiter concludo duas regulas. Prima, Negatiua mera & simplex, nõ est probabilis. fallit quando negatiua est coniuncta sensui. Secũda regula. Negatiua non simplex quã quis opponit pro fundamẽto suæ intẽtionis, vel vbi præsumptio est contra negantẽ, aliàs non probat. Circa negatiuam iuris quis debeat eam probare: dic aut negatur aliquid, quod est de genere permissorũ: aut negatur aliquid, quod est de genere prohibitorũ. primo casu qui negat ius illud debet probare: posteriori verò casu, quando est de genere prohibitorũ, tunc negans nõ probat, sed eius aduersarius. & sic est expedita secũda regula. Circa tertiam negatiuam, s. qualitatis, est dicendum, aut negatur qualitas intrinseca naturalis, aut extrinseca accidẽtalis. Si negatur qualitas intrinseca naturalis, tunc neganti incumbit probatio: vt si dico, Tu nõ es sanæ mẽtis. mihi probatio incumbit: quia secũdum naturã, quilibet præsumitur sanæ mentis. & ita intelligitur l. nec codicillis, C. de codic. Si autẽ negatur qualitas intrinseca accidentalis: vt si dicatur, Tu non es doctor, Tunc neganti incũbit onus probãdi. s. aduersario dicenti se doctorẽ. vt in l. fi. C. de profes. & medi. li. xij. Si tamẽ semel constitit de tali qualitate, pro ea præsumitur, & in aduersariũ onus probandi trãsfertur: vt in l. sed & reprobari. in prin. ff. de excu. tut. Si autẽ qualitas intrinseca negetur, quę sit cõformis actui: neganti incũbit probatio: veluti si dicatur, Iste ducatus nõ est de auro. Nã hîc negatur qualitas rei cõformis: videlicet aurum, quod cõuenit ducato: ideò neganti incũbit probatio: aliâs autem neganti qualitatẽ extrinsecam, nõ incũbit onus probãdi: vt l. ex persona. C. de proba. & l. nõ est necesse. ff. eo. tit. Vnum nõ omitto, quòd negatiua coartata loco & tẽpore, interdũ nõ est probabilis: veluti coartatio est adeò parua, quòd nõ potest cadere in sensum testis: puta, si probet quem cõtraxisse hoc anno. Et aduersarius probat se fuisse absentẽ toto illo anno. certè si testes dicãt, illum fuisse in alio loco toto illo anno, nec potuisse alibi dicto tẽpore cõtrahere, quin sciuerit: tale dictum tanquàm nullum & impossibile, non probat.

Additio.

¶ Duobus enim testibus affirmãtibus, plus creditur, quàm mille negãtibus: vt no. glo. sing. in l. diem proferre. §. si plures. & ibi posui, in addi. ad eã. ff. de arbi. quã ad hoc dixit sing. Oldr. Laud. prout refert & sequitur Nic. de neap. in l. j. in prin. ff. de vẽtre inspi. & Ant. Cors. sing. suis, in ver. testis. inci. duo testes, Cels.

¶ Nã impossibile est, quòd quis potest scire,

scire, quòd aliquis steterit in aliquo loco per totũ annum: quin tempore quo dormiebat, testis potuit alibi esse. Istud est dictũ singulare Bal. in l. actor. C. eo. titu. & sic habetur pulchra limitatio, ad l. optimã. C. de contrah. & commit. stip. Vidimus quotuplex sit negatiua, & cui incumbat onus probãdi negatiuã. Modò quæro, qualiter probetur negatiua? Dic quòd vbi negatiua est probabilis, probando implicitã affirmatiuam, hoc modo, volo probare quem nõ esse sanæ mentis: probabo quòd proiecit lapides: probando quod ipse dicit verba ridiculosa, probatur etiam negatiua, adiiciendo dicto ipsius testis, quòd non potuit aliter fieri, quin ipse sciuisset, vel audiuisset. hæc est sententia Bar. in l. hæredes palam. ff. de testamen. in prin. & ibi plenè per me. hanc eandem sententiam tenet Bal. in l. ij. de bono. possess. secundum tabu. & tenuit glo. in l. j. §. j. ff. de itinere, actúque priua. Item nota,
26 †quòd tam in ordinario iudicio, quàm summario, requiruntur acta quæ conficiuntur in scriptis. Verumtamen in summariis multa possunt resecari, & maximè in articulis. Nam articuli de necessitate non sunt formandi in summariis, super quibus inducuntur probationes. In ordinariis autem debent articuli specificè & sigillatim fieri, vt fiant probationes. ita dicit Bart. in extrauaganti ad reprimendam: in verbo,
27 summariis. Nota hîc videri casum, †in quo sententia non dicitur esse de actis, nec continetur appellatione actorum. nam hîc enumerantur omnia acta, & tamen nihil de sententia dicitur. probatur etiam expræssè, in l. ij. C. vt lite pend. Contrarium autem tenuit Bart. in l. in fraudem. in. ,. neque. ff. de iure fisci. dicens sententiam, appellatione actorum contineri. idem tenuit Bald. in dicta l. ij. et est ipsa veritas. et pro hac sentẽtia est casus, in l. acta. & in l. actorũ. ff. de re iudica. Nõ obst. iura in cõtrariũ allegata. primo non obst. secundum Ioã. de Imola iste tex. quia ideò hîc nõ exprimitur, quòd sentẽtia sit de actis: quia alibi hoc expressum erat, quòd sentẽtia sit de actis. videlicet in c. fina. de re iudica in. vj. Ista ratio Imol. non placet mihi, nec est sequenda. moueor rõne tali: nam tẽpore istius decretalis, nõ erat inuẽta illa decretalis. Est ergo alia responsio melior, quòd in text. isto, imò probatur sententiam contineri.

Additio.

¶ Vnde vide Abb. hîc. qui dicit idẽ inducendo literam huius text. ibi: conclusiones &c. Sic nanquam dicit, pondera versicu. &c. cum seq. quæ apertè innuunt, quòd etiam sententia sit redigenda in scriptis: cum illa, sequatur, post conclusionem: & idem de appellatione à diffinitiua. nam. s. tantùm sentit de appellationibus ab interlocutoria: quia illud verbum, sequitur verbum, interlocutiones: alias quid operarentur illa verba &c. quæ occurreret competenti ordine conscribenda: cùm post conclusionem, non sperentur alia acta, præter sententiam & appellationẽ. alle. ad hoc cap. cum dilectus. de fin. instrumen. & quod not. Innocen. in c. pastoralis de causa possessio. & proprie. & dicit face

re.c.cùm eterni.de re iud.lib.vj.&.c.eũ inter.de re iudi.& facit arg.à maiori arguendo,prout hîc vide per eum.& hoc idem referendo eum sequitur Feli.hic in ver.no.quintò.qui alleg.tex.in.§.illud.in authẽ.vt fratrum filii.& in.l.gesta.cum suis glo.C.de re iudi.& in.l.ij.C.de eden.pro quo adde Bal.in consil. cccxxxviij.& Pari.de Puteo.in trac.sindica.in ver.vtrùm iudex.in fine.quibus adde omnino Bart.in.l.is apud quem.in prin.& quod ibi posui,in additio.ad ipsum.in ver.acta.C.de eden.& Bal.in l.nec supplicare.nu.1.vbi etiam pòsui in addi.ad ipsum in ver.nec contineatur sententia.C.vt lite penden.Celsus.

¶ Non ob.l.ij.C.vt lit.pen.cui non respondent aliqui doct.hîc quòd ibi ponitur alternatiua actorum,vel pronuntiationis:ad denotandum quòd pronũtiatio,est finis actorum.Ita tenet Bald. in.d.l.ij.Ista ratio Bal.non placet mihi:quia imò executio est finis actorum non pronuntiatio.Deinde ego respon
18 deo aliter ad.d.l.ij. t prçmitto,†quòd quotiescunque alternatiua ponitur inter genus & speciem vel inter totum & partem:semper resoluitur in copulam vt est tex.in.l.sæpæ.versi.

Additio.

¶ Adde quia ista est diffusa materia & per latos fines vagata.Vide per Feli.in c.inter cæteras.quasi per totũ c.de rescrip.Abba.in c.constitutus.& ꝙ ibi posui,in addi.ad eũ.de resti.in integ.Fel. in c.inter.veri.cœterùm.de quibusdã. de appellatio.Celsus.

¶ Et cũ dicim⁹.ff.de ver.sig.& in l.quintus.in fi.ff.de aur.& arg.leg.hęc est sententia Bar.in l.j.ff.de reb.dub.tũc aliud sequitur:ꝙ quãdo copula poniť inter genus & speciẽ,dico ꝙ species expressa,nũquã continetur in genere.vt l.cũ de lanionis.§.cùm fundũ.ff.de fun.inst. & ꝙ legit per Bart.in l.j.ff.de reb.dub. stat ergo cõclusio,ꝙ appellatione actorũ,continetur sententia.Similiter exceptio est de actis.nam exceptio,non est necesse fieri in scriptis,sed sufficit oretenus exprimere:vt deinde apud acta redigatur.text.est in l.scire oportet.ff. de excus.tut.hoc tenet expressè Bar.in l.j.ff.de accep.& ita tenẽdum est in iudicando.Hæc sententia Bar.nõ placet: quia imò mihi videtur requiri,vt semper fiat in scriptis.Moueor tali consideratione.Nã non debet licere reo,ꝙ nõ licet actori.l.nõ debet.ff.de re iud.Sed de iure cõi requiritur,ꝙ libell⁹ in quacunq; reformetur in scriptis.Illud probatur de iure cano.in c.j.s.de libel.oblа.Præterea illud idẽ ius tribuitur reo in exceptione,quod actori in petitione Nã sicut libellus debet esse clarus, ita exceptio clara.Et sicut producens libellum obscurũ succũbit si opponatur: vt s.in c.fi.de libel.obl.ita opponens exceptionẽ obscuram succũbit:vt in cle.cũ repulsione.de app.& l.j.§.j. Labeo.ff. de flu.quod intellige,si sit obscura & opponatur.ita dicit Bart.in l.ab Ana-
19 stasio.C.man.†Nam reus dicitur esse actor in exceptione.vt in l.exceptionibus.ff.de excep.Præterea dicit, quòd imò plus esset fauendũ actori,vt nõ daret libellũ in scriptis, quàm reo : quia in principio litis,magis fauetur actori quàm reo:vt est text.in l.dedi.in prin. ff.q satisd.cog.& in l.inter stipulantẽ. §.j.

§.j.ff.de verbo.obli.hoc tenet glo.in.c. cum ad sedē.s̄.de resti.spolia. Et sic ex omnibus concludo, quòd reus tenetur exceptionē suam dare in scriptis. Non obst.§.oportet.s̄.alleg. per Barto.quia dupliciter respondeo. Nam.§.ille procedit de iure fforū.& sic de iure vete. secundum quod quis poterat suā exceptionē sine scriptis proponere.sed de iure nouissimo,per authen.offeratur. statutū est,quòd libellus debet in scriptis offerri.& sic eodem iure debet exceptionē in scriptis opponere. Quotiescunq; enim duo parificantur vni regulæ antiquæ:statutū superueniens in vno,extēditur ad aliud.ita est text. in.l.si quis seruo.C.de furt.coniuncta l.nō tantū.§.j.ff.de ser.corrup.hæc est sententia Bart.in l.Marcel.§.quod autem.ff.ad Trebel.& ista est optima re-
20 sponsio. Sciendum est autē, † quòd delegationes & cōmissiones causarū, nō sunt de actis:quia possunt fieri extra iudiciū.Ita tenet Inno.hic quē sequitur Io.de Imo. Attēdite,ꝙ vbi literę delegationis sunt presentatæ,sufficit notario scribere.Talis exhibuit tales literas.&c.quæ incipiunt sic,& finiūtur sic. Nec est necesse inseri totus tenor literarum.tamen secundū Inno. hîc,tutius est,vt totus tenor inseratur: & idem dico in instrumēto mādati.vnde si lite cōtestata opponatur,nō tenetur iudex vel procurator de cōmissione,vel ꝓcuratione,& ostēdere originale,nec tenorē literarū.ita dicit multū elegāter Inn.hîc.& sequit Io.de Imol.

Additio.

¶ Adde quòd Abb.in isto.c.quoniā cōtra.ver.venio nunc finaliter.tenet contrariū dicens fuisse opi.Inno.& Anto de Butr.hîc.idē tenet similiter Bart.in l.licet.C.de procu.quauis glo.ibi.& in l.Pomponius.§.ratæ.ff.de ꝓcu.teneāt cōtrariū:sed istas glo.quæ faciunt pro opi.Lanfrā.secuti sunt Sali.& ibi Bal. & Pau.de Cast.in alleg.l.licet.in ver. sed tunc.Io.An.& Imol.no.in.d.c.quoniam cōtra.& Anto.de Bu.in.c.cū M. Ferrariensis.& Feli.in.d.c.quoniā contra.ver.vij.quæro secundū omnes hîc. & ratio eorū est:quia ex quo fuit admissus procura.vsque ad cōte.lit.videtur esse quasi possessione officii procurationis·& propter hoc ille qui opponit,debet probare·& nō procurator docere de mādato suo,ex quo est in possessione officij.ꝓcu.ita no.Felin. post Imol.& Are.in c.cū in iure ver.inquātum doctores dicūt.de offi.deie. Posset tamen iudex,ex officio suo compellere procuratorē,vt exhiberet mandatū. vt no.in d.c.j.de elec.lib.vj.& per quādo.Abb.in loco prælleg.modificat dictum Inno.vt ibi plenè post alios,in apost.meis posui:nec omitto ꝙ ista habent etiam locū in iudice : vt no.dicti do.Abb.& Feli.vbi.s̄.Celsus.

¶ Sed si ab initio citationis opponeretur de mandato, teneretur ostendere originale:cauti tamen iudices delegati solent in citatorio, copiam inserere delegationis.aliâs citatus non teneretur comparere.text.est in c.prætereà. s̄.de dila.& ibi hoc tenent Inno. Anto. de Butr.& Ioan de Imola.

Additio.

¶ Ita not.Barto.Bald. Alexan.& doc.

in l.ij.ff.si quis in ius voc.non ier.Barto.& doct. in authen.qui semel.C.quo modo & quando iudex.& Pau.de Cast. consi.xlviij. Quod dic esse verum,si de legatus est persona vilis:& citat in longinquis partibus.ita per Inn.in c.cùm in iure.de offic.deleg.not. Specu.titul. de cita.§.iam de citatione.versi.sed pone.Roma.in l.sciendum.ff.de verborũ obliga.& dixi in lib.consue.Burgun.in procem.in glo.in ver.noz lettres patentes de commision.in fi.Celsus.

¶ Hac sententiam tenebat Barto.& Ange.in l.ij.ff.si quis in ius voc.non ierit. tamen si comparebit talis citatus, non inserta copia delegationis:valebit & tenebit.Et est etiam aduertendum,secundum Spe.quòd vbi instrumentum mãdati est productum in iudicio, etiam si sit generale ad omnes causas præsentes & futuras:iudex tenetur reddi facere tale instrumentum originale producẽti,vt possit eo vti in aliis causis. Si autem esset speciale ad vnam causam,tũc non tenetur.ita tenet Specul.in titul. de instru.edi.§.nunc dicendum.ad fin.

21 † Item si diuersitas apparuerit inter originale exemplum,siue protocollum & instrumentum extensum, statur protocollo.glo.est in.§.fina.in authen.de tabel.& est sententia Barto.in l.sempronius Proculo.de leg.ij.

Additio.

¶ Vide per Abba.in c.ex literis.in pen. nota.& quod ibi addidi. de restitut.in integr.Barto.in l.sempronius.ff.de lega.ij.domi.Feli.in isto.c.versi.nota septimo.ibi:possit veritas.Celsus.

¶ Sed quid si acta fiant non in scriptis, nunquid poterunt probari per testes? Glo.in.l.si prætor.§.Marcellus.ff.de iudic.Variauit Innocent.hîc,tenet quòd probari per testes,quam sententiam sequitur Ioan.de Imo.Bart.autem tenet contrarium.Bald.verò in l.emancipatione.C.de fide instrument. & in l.testium.C.de testi.& Anto.in d.§.Marcellus.dicunt quòd aut acta sunt facta in scriptis,sed posteà sunt perdita:& tunc possunt probari per testes. & ita loquitur Inno.Aut acta non sunt facta in scriptis,& tunc non.

Additio.

¶ Vide Paulum de Cast.in consilio.ij. Et pro solutione capituli,sicut de re iudicata,Adde quod not.suprà,in.j.addi. in versicu.vt veritas suprà. numero.1. Celsus.

¶ Et ita intelligitur Barto.& ista sententia est tenenda.Ego dico vltra omnes, quòd habemus casum expressum, qui non allegatur:ex, quo deciditur, quòd acta possunt probari per testes:in c.sicut.j.de re iudicata.

22 † Item nota,in verbo &c.quod quando verbum,& cætera.reperitur extensum,tunc illud est nomen.

Additio.

¶ De qua dictione,vide Felin.in capitu.cùm.p.de fide instrumen.& Arec.in l.eandem.de duob.reis.& quod ibi dixi in apos.pos.remis.Felin.ibidem per me datam.& in c.cùm.p.tabellio. versicu.vij.quæritur.de fide instrum.Philip.Franc.in c.j.§.in cæteris.& ibi posui,in apostil.ad ipsum.in versi.de dictione &c.de clericis coniug.libr.vj.& ibi

ibi dixi in apostil.ad Gemin.dixi post Barto.in l.argentarius.numero.3.versi. ex hoc verbo &c.in apost.in eo.versic. ff.de edend.post Iacob.rebuffi.in l.inui tis.nume.2.in ver.de hoc verbo &c.C. de decre.decu.lib.x.dixi in l.cætera.in apost.ad text.in eo.versi.ff.de lega.j.& in tract.clausularum.in clau.contract. versi.renuntiauit &c.Celsus.

Item reperitur aliud abbreuiatum quo vtuntur tabelliones in suis abbreuiatu ris.Talis confessus fuit.&c.tunc quid significat dictio,&c.Dicendum est, ꝙ importat,vt extendatur secundum con suetudinem aliorum instrumentorum, in tali materia confectorum: secũdum Barto.in l.Gallus.§.idem credendum. ff.de liber.& posthum.vbi plenissimè dixit.& Bald.in j.respon.C.de fide instrumen.& Ioan.de imo.& Ant.de Butri.in capitul.cùm Ioannes eremita.de fide instrumen. In glos.ij.in fin.not.

23 quòd† vbi iudex cognoscit summariè, de plano,sine strepitu & figura iudicii: vt puta,ex forma literarum:puta,prin ceps scribit officiali, quòd cognoscat & determinet quæstionem summariè. &c.quod nihilominus est procedendũ in scriptis:& omnia acta debuit in scri ptis fieri.

Additio.

¶ Adde quid operet̃ ista; clausula summarie dicitur per quos; possit concedi. Bart.in extrauagan.ad reprimendum. in glo.in versicu.summariè.& quod ibi addidi.Zaba.in clementi.sæpè. versicul.summariè.de verborum significat. Felin.in capitu.dilecti.in.j.oppo.& ibi pe: disc.se.do.de iudi.Petr.de fer.in titu.for.libelli.in authen.rea.in versicu. summariè.&c.& quod ibi etiam addidi.& Hyppo.de Mar.sing.suo.clj. quod incipit,clausula summariè.& infrà cau sæ delegati & summariè.numero.1.apo stil.in versiculo.clausulæ.vbi plenè di xi.Celsus.

¶ Et est notandũ,quod huiusmodi clau sula,in literis apposita.summariè,&c.si scribit iudici ordinario, qui aliàs fuit iudex competens in dicta causa,virtute talis clausulæ dicitur esse delegatus, quia alteratus est processus. Si autem princeps scriberet iudici ordinario, ꝙ cognoscat de aliqua causa,in,qua aliàs erat competens,nõ apposita dicta clau sula:tunc iudex non efficitur delegatus,sed dicitur princeps excitare eum ad iurisditionem exercendam.Hanc di stinctionem ponit Innocen.in capitul. licet in corrigendis.suprà de offi.ordina.vbi est bonus text.hoc dictum tran sportauerunt nostri legistæ,in l.& quia ff.de iurisdictio.omnium iudicũ. In

24 glo.ij.in fin.Ex ista glo.colligitur,† ꝙ testes non requiruntur in actio:& ideò quando fit aliquis actus in iudicio,non est necessè,quòd tabellio dicat,præsen tibus talibus.&c.sed sufficit, quòd scri bat actũ in præsentia iudicis: videlicet ad bancum iuris.

Additio.

¶ Adde Bar.in l.pacta nouissima.C.de pact.quem referunt & sequuntur Fran ci.Are.& d.Alex.de Imo.ibi quòd præsentia iudicis operatur,quod quãdo cõ tractus fit coram iudice,cessat præsum ptio doli,vel metus. allegant l. prima infrà de prædiis Curialium . libro .

x.& ideò ibi dicit Bar.elegáter,quòd si in contractu interuenerit decretú iudicis,non poterit cōtrahens illum contractum rescindere,allegádo se deceptum vltra dimidiam iusti pretii: quod an sit verum, dic vt per Alexand. de Imo.in d.l.pacta.in.j.not.Item operatur etiam præsentia iudicis,secundum.D. Franc. Are.in d.l.pacta. quòd testamentum & donatio causa mortis facta coram iudice,& duobus testibus, valeat iuxta not. in l.omnium.C.de testi.vbi.ipse remittit. pro quibus vide etiam, & hic adde, quæ ibi,in d. l.pacta.dixi in apostil. ad Franc.Areti. De primo membro huius apostilis dic vt per Antoniú.Corcetum singularibus suis in versiculo. minor. Celsus.

¶ Licet non appareat de aliquorum testium præsentia, neque subscriptione, vt in l.in donationem. C. de donat. Et hæc est opinio communis,& est ratio, quare non requiruntur testes in actis, quia acta suscipiút autoritatem ex præsentia iudicis,non autem ex persona tabellionis.ita dicit hoc singulariter Inn. dicens, quòd notarius debet scribere quanta fides adhibenda sit testi. Nam scribere debet qualiter testis vacillauit quod deposuit dictum suum, & exprimere qualitatem vacillantis puta, quia dicat.Talis testis interrogatus,quando deposuit dictum suum, timebat. &c. & hæc poterit scribere etiam si ipse notarius hoc non viderit.Nam sufficit si notarius dicat, Iudex dicit mihi notario, quòd scribere debeá talia,scilicet quòd talis testis vacillabat, vel timebat.&c. melius tamen erit, si notarius adiiciat. Et ego etiam ista vidi.

Additio.

¶ Adde Fel.hîc qui allegat Bal.in l. nullum.C.de testi. dicit notarium non videntem vacillationem,non teneri scribere,quod ita sit sed solum quòd iudex ita dixit alleg.Inno.& Io.An.hîc & adde etiam prout hîc refert Felin.quòd si notarius scribat vacillationé sine mandato iudicis,non probat,vt per Bald.in l.qui falsa vel varia.ff. de test.in apost. & per An.Singu.in authent. vt sponsa. larg.in.§.& hoc in super. in ver. eodem modo si tabellio.& ita practicatur vltra hic dicta per Lanfran.Adde latè de hoc per Panor.in procœ.decre.nu.ij.in addi. in versi. examinator. & potissimum in addi.no.de quo etiam dixi post Bart. in l.de minore.§.plurimum.nu.iij.in apostil.in ver. dicebat trepidando. ff. de q. & quod posui post Bald.in alleg. l.nullum.num.ij.in apost.in ver.quia iudex ita dicit.C.de test.Celsus.

¶ Si tamen testis interrogatus & examinatus,voluerit se defendere,audiens notarium scribere de vacillatione, debet audiri.hæc sunt verba Innocen. notab. Hîc attende tamé in eo quod dixi, acta valere sine testibus,quod tamen de consuetudine seruatur, quando in sententiis diffinitiuis adhibeantur testes, & ideò cum sit de consuetudine, est etiam obseruandum,quia consuetudo est optima legum interpres, vt in l. si de interpretatione. ff. de legibus ita tenet hîc gloss.& Ioannes de Imol.Gloss.in verbo,citationis.ibi cap.licet. Ex ista gloss. colligitur, quòd iurisdictio delegati, perpetuatur per solam citationem.hoc est verum de iure canoni. de iure autem

tem ciuili, ad hoc vt perpetuetur iurisditio, requiritur litis conteſtat. vt nota. gloſſ. & Doc̃to. in l. & quia. ff. de iuriſdi. omnium iudi. & eſt tex. in cap. relatum ſupra de offic. delegat. vnde verſus. Tu teneas gratum leges tenuere relatum. In gloſſ. ibi, ſi quis poſtea. &c. Ex
25 iſta gloſſ. nota. † quòd ex ſola citatione, quis dicitur præuenire iuriſditionem. Nam ſi quis fuerit citatus coram iudice ſeculari, & poſt citationem efficiatur clericus, lis debebit finiri coram ſeculari. & hoc operatur citatio, vt in iuribus & glo. præalleg.

Additio.

¶ Adde Bald. in l. ſecunda. C. de an. ex. vbi ponit. xij. dicta aurea, circa iura citationis. & Felin. in cap. ad petitionem. de accuſat. vex. extra gloſſ. vbi de citatione multa extant per eum accumulata. Adde poſt omnes, quæ not. dominus meus domi. Philip. Decius conſil. cxxx. quod incip. diuino implorato præſidio proponitur, quòd iudæus. Domi. Nico. Boerii. in. §. primo in glo. viij. poſt medium, in l. de iu. omnium iudi. not. poſt omnes in addi. ad Ia. Rebuf. in l. ſi diuina domus nu. iij. in addi. C. de exac̃to. trib. libro. x. & in addi. ad deci. capelle Tolo. de. 143. & in trac̃t. do. Bald. de offi. iu. quæ huic ſubditur in. iij. q. prima c. dixi. poſt Bar. in l. idem Vlpianus. §. ſunt & alii. nu. ij. ver. item inducit ad q. quotidianam. in lec̃t. Nic. de Neapo. ff. de excu. tu. poſt. Bald. in. l. officiales. numero primo in apoſt. in ver. actus eſt clericus. C. de epi. & cleri. poſt Saly. in authen. ſtatuimus. nu. iij. in verſi. factus eſt clericus. C. de epi. & cleri. poſt Guil. de cu. in allegat. l. officiales. nume. primo in verſi. factus eſt clericus. poſt Dy. in lege qui metu. in verſi. poſt delictum clerica. ff. de re milit. &c. Celſus.

¶ In gloſſ. fi. iſta gloſſ. ſentit vnum fore contrarium hoc modo: hîc videtur tex.
26 innuere, † quòd ſoli iudici creditur: ſed contrà, ſoli iudici non creditur, de geſtis coram eo, vt in cap. cùm à nobis infrà de teſti. multominus credendum eſt nuntio gloſſ. non ſoluit, neque Doc̃to. Sed dic quòd ideò nuntio creditur, quia eſt iuratus exercere officium ſuũ, & deponit de his quæ ſpectant ad officium ſuum. Sed iudici non creditur, ſi velit dicere, quod citauit aliquem, vel quòd lis fuerat cõteſtata coram eo. &c. quia iſtud non eſt officium ſuum, ſed officium ſuũ eſt, admittere acta & ſententiare. In eo tamẽ quod dicitur, quòd non creditur iudici. Aduerte vbi eſt data arbitratoribus poteſtas & licẽtia procedendi in ſcriptis, & ſine ſcriptis, quia ſi aliqui arbitratores proceſſerint ſine ſcriptis, poterunt eſſe teſtes, & teſtificari de geſtis coram eis. iſtud eſt dictum ſingu. Bartol. in authenti. niſi breuiores C. de ſen. ex peri. reci.

Additio.

¶ Vide Feli. in. c. cùm à nobis. in ver. reliqua. de teſt. vide quæ no. infra eo. §. teſtium depoſitiones. nume. lxxiij. ver. ſed in arbitratore. in apoſtil. in eo. verſicu. Celſus.

¶ In eo quod dicitur, credendum ſoli nuntio: puto & iurato. Hoſt. tenuit contrarium, ſecundum Bar. in extraua. ad reprimendum. in verbo, per mutuum tenet eſſe credendum ſoli nuntio, in his

quæ spectant ad officium suum.; hæc est verior opin. quam etiam sequitur Ioan.de Imo.

Additio.

¶ Officium suum. Adde Feli.in cap.primo de iu.ver.iiij.conclu.vbi dicit,quòd creditur nuntio dicenti se citasse:& non creditur sibi dicenti, iudicem commisisse. ratio, quia officium suum non est electum circa hoc scilicet quòd dicat iudicem commisisse. vnde malè faciunt notarii scribentes, Talis ad commissionem iudicis citauit. Hoc refert tenere Bald. in l.his solis.C.de reuo.dona.pro quo vide Pau.de Cast.in consil.cclxxv. & Ludo.Ro.in consil.cccccvj.Breuiter an & quando sit credendum nuntio, & in quibus,& qualiter:ego plenè examinaui hunc articulum,in li.consue. Burgun.in titu. de iustitia & effectu illius. §.messiers & sergens in glo. in gloss.in eo.versi.in prin.& per totam gloss.& in addi.ad Bald. in l. properandum.§.& si quidem.nume.xiij.in versi. executores. C.de iudi.post Bar.in l.palatinos.num. ij.in addi.Alex.in ver.nuntio.C.de col la.fun.fis.lib.xj.& consi.suo.cxxxvj.incip.Non creditur nūtio & in stilo parla.parte. iiij. atrēstō.ccij. & dixi post collecta.in c.dilecti.nu. v. in apostil.in versic.nunquid creditur nuntio. de dolo Celsus.

27 ¶ † Si tamen esset contentio inter tabellionem & nuntium,quia diceret nūtius se fecisse relationem , notarius autem negaret illam esse factam potius creditur tabellioni secundum Cy. in l. si quis decurio. C. de fal. quia tabellio est persona dignior.Est tamen limitandum id quod suprà dixi de nuntio , secundum Io.an.videlicet quòd creditur nuntio, verum est quo ad hunc effectū, quod possit ad sententiam diffinitiuam procedi.quo autem ad hoc,vt victus nō possit appellare tanquam contumax, non creditur nuntio:ita tenet sing.Ioā. And.in c.cùm parati.de app. Capio gl. quam dimisi super verbo reprobationes,huius c.super quæstionum.in fi. Ex

28 ista glo.colligitur.† quòd processus agitatus per iudicem recusatum post recusationem de eo factam,valet & tenet si non appelletur. Ita tenet Innoc. in c. cum speciali.de offic.delega.& hoc per tex.expressum.in c.iudex.de off.deleg. lib. vj. contrariam sententiam tenuerunt Hostien.& Bart.in l.quia poterat. ff.ad Treb.per tex.in l.vnica.C.si quacunq; præditus digni.Vos autem teneatis sententiam Innocent. per iura per per eum allegat. nec obstat dicta lex vnica. per Barto. allegat, quia est speciale in illo casu dicta l.vnica in odium iudicis delinquentis , sicut & aliud ibidem est speciale. Nam de iure ciuili, iudex ordinarius non potest recusari tanquàm suspectus in authen.si verò.C.de iudi.speciale est in dicta authen. Capio glo.super verbo,petitiones.in fin.gloss. de hoc plenè, vt in iuribus allegatis per gloss.& Anton.de Butri. & cæteros Doctor. Capio gloss.in verbo , confessiones.in fin.gloss.Ex ista gloss. colligitur,

29 † quòd confessionis , quam fecit ille, cui fiunt positiones,potest reuocari per confitentem probato errore. qui error probatur,probando rem aliter se habere, quam sit confessus vt in lege post diuisionem. C.de iuris & fact. igno. & iuxta

xta plenè not.in cap.fina.supra de confessio.& faciunt not.per Bartol. in lege non fatetur. ff. de confessis. similiter si quis negauerit positionem sibi factam, poterit postmodùm confiteri, & reuocare negationem : dicendo quòd illud quod negauerat, non erat negandum:& quòd confitetur illud quod est positum per aduersarium. Et si aduersarius confiteatur illum errasse, negando, satis est probatus error negantis, quia licitum est credere aduersario: vt in lege prima ff. quando actio. de pe. est anna. Ista sunt verba Bartoli in l.post legatum.§. his autem.ff.de his qui. vt indig. Et tūc ex tali iure negato reuocatione secuta, vt supra poterit negans, ius suum fundare. vbi autem quis negat positionem, non posset & iure negato, ius suum fundare, vt nota. Bartol. in dicta lege post legatum. hinc est, quòd dixit Bald. in l. cum pretium. C.de lib. cau. quòd confessio facta, nocet confitenti, nisi aduersarius negauerit. Nam tunc talis confessio, non nocet confitenti : secundum Bald. vbi supra & not. quia sunt vtilia.

30 Vnum est menti tenendum † quòd ponens & faciens positionem dicitur confiteri id quod ponit.

Additio.

¶ Sed nunquid poterit reuocare positionem. Dic quòd non nisi doceant de errore, vt per Domi. Bartu. Soc. in consilio. clviij. incip. visis. ver. non postponens. in. ij. parte. & an videatur confiteri: vide Domi. Alexan. de Imo. in consilio. lxxj. in tertia parte B.vadi.

¶ Secus est in capitulante & articulāte quia articulās & capitulans, nō videtur cōfiteri id quod ponit in articulis & capitulis. quod est singulariter notādū. & est dictum peregrinum & menti tenendum cap. fi. de iureiu. lib. vj. & Ioan. An. in nouella. eo. tit. & Io. de Imo. ibi.

Additio.

¶ Nunquid producēs capitula, videatur confiteri, contenta in eis vide Do. Alex. de Imol. in consilio. lxxxj. in secunda parte B.vadi.

31 ¶ Iuxta prædicta quæro † ad quid fiat positiones, quando reus negauit responsionem factam libello negando narrata prout narrantur. Nam positiones, & articuli trahuntur de substantia libelli vt voluit Ioan. And. in cle. sæpè, de verbo. signi. Si quis ergo negauerit omnia narrata in libello, ad quid positiones : quia si negauit libellum, ita & positiones negauit. Respon. quòd ad hac fient positiones sigillatim & particulariter, vt ponens in aliquo, releuetur ab onere probandi, licet non à tota. Nam si in libello narraui, quòd mutuaui Titio decem & tu conuentus ad illa decem respondeas, Nego narrata prout narrātur in libello: si posteà fiant positiones sigillatim, fient tali modo. Pona quòd mutuaui decē Titio. Istā reus negabit. Itē pono ꝙ es hęres Titii. istu modo fortè sine fortè cōfiteberis. & sic in hoc releuabor ab onere probādi vbi aliàs si actor fecisset tales positiones, debuisset probare te hæredem Titii, & sic de singulis mos enim litigantium est, confiteri positiones continentes id quod de facili potest probari. veluti, de morte & affinitate: & negare ea quę sunt difficilis probationis. Hāc decisionem ponit Io. An. in cle.

in cle.sæpe.in verbo confessiones. de verb.sig.Capio gloss.super verbo.inter
32 rogationes.ibi credo ex ista gl.not.† quod positioni impertinenti non est respondendũ.de quo plenè in.c.j.& ij.de confes.in vj.par Ioan.An.& in.l.ij.§. quod obseruari.C.de iura.calũ.

Additio.

¶Positioni impertinẽti Tu vide de hoc Bald.in l.si duo.§.Iulianus.versi. quæiuxta.ff.de iureiur.vbi Alex.dicit quòd si respõdeatur sine protestatione, quòd præiudicat talis responsio.& idem no. ibi Bar.& Bald.in.l.si fine.de inter.act. Inn.in c.prout.de dolo & contu.spe.in titu.de depo.§.vj.versi.& scias pro quibus.Addo glo.in.c.si post præstitum.in verb.rationabili.de confes.lib.vj.quod est verũ,secundũ Bald.in sua marga.in ver.testis.quando est omnino impertinens.Quæ autẽ dicatur positio impertinens: vide Barto.in alleg.§.quod seruari.versicu.quandoq; est positio.& ibi Bald.ver.ij.non debet.Bar.in l.ad probationem.C.de proba.& Bald.& Alex. in l.si duo.§.ij.ff.de iureiuran.Celsus. In eadem ibi,postquã est cõclusum in
33 cau.no.ex ista gl.†quòd iudex ex officio suo vbi visum fuerit,potest litigantes interrogare:etiam post conclusionẽ in causa:secundũ istam glo.pro qua est text.in c.cũ Ioannes eremita.j.de fi.instru.imò quod plus est, poterit iudex etiã interrogare post cõclusionẽ in causa,circa ea quæ cõcernũt decisionẽ litis.Ita tenet Ioã.de Aret.& alle.ad hoc gl.singularem hoc tenentẽ,in l.vbicũq; ff.de interro.act.Est tamen notandum quòd:licet iudex ex suo officio possit
34 partem interrogare,†tamẽ pars nõ poterit interrogare aduersariũ suum coram iudice,quia posset calumniari.Ita tenet hîc Io.An.quem sequitur Ant.de But.licet gl.nostra dicat contrarium & malè.Finaliter nõ omitto vnum aliud
35 singulare: †quòd quando iudex videt vnum rusticum imperitum corã eo ius petentem,qui nescit ius suũ dicere:potest iudex eum compellere,vt accipiat procuratorem.Ista est doctrina singu. Host.in c.pastoralis.de iudi.In gl.fi.in fi.stat põdus istius gl.in vno: videlicet,
36 †vtrũ pro sentẽtia iudicis præsumatur.

Additio.

¶Vide tu latissimè per firmianũ in suo aureo repertorio.in versi.sententia præsumitur.versi.j.Et Pau.de Ca.in consi. cccxviij.in primo impressis.& do.Alexan.de Imo.in cõsi.xxij.ij.parte & Ange.in cõsi.cxcviij.& Fede.in consi.ix.& Raph.in consi.lxxvij.

¶In quo dubio fuerũt circa octo vel nouem opi.Sed pro clariori inuestigatione,sunt duo membra principaliter facienda.Nã aut quæritur,vtrùm sententia lata pendentibus actis in hac decretali possit deduci in dubium,vel reuocari de iniustitia sententiæ.Aut secundò principaliter quæritur,nũquid præsumatur pro sententia quòd non possit in dubium reuocari respectu præcedentis processus non ordinati.& sic breuiter potest duobus modis in dubio sententia reuocari: primò de iniustitia & iniquitate eius:secundò nũquid eo ipso quòd est lata sententia præcedentibus actis, adeò præsumatur pro sententia, quod de iniustitia & iniquitate sententiæ non

tiæ non possit amplius quæri. Circa primum concluditur, aut est lata sententia,& est appellatum ab ea,vel non est appellatū, sed sumus infra tempus appellandi:& tunc nunquàm præsumitur pro sententia,nisi quatenus apparebit in causa appellatiōis.& ideò si sententia est lata contra reum conuentum,& ipse appellauerit incūbit onus probādi in causa appel.actori, qui obtinuit, sicut & incumbebat in causa principali.& hoc quia non præsumitur pro sententia quæ est lata in fauorem actoris. Econtra,si sententia est lata pro reo,&. actor appellauit, reo incumbit probatio,sicut & in causa principali.hoc totū est,quia non præsumitur pro sentētia. diuersum quippe est in nullitate.Nam si dicatur sententia nulla, præsumitur pro sententia.Ideò dicenti nullam,incūbit probatio.& ita dicunt omnes docto.maximè Ant.de Butr.& Io.de Imo. hîc & pleuè.Si autem petatur restitutio aduersus sententiam,idem quod in appellatione: aut talis sententia lata transiuit in rem iudicatam, adeò quòd amplius non possit appellari: vel si est appellatum,remansit appellatio deserta per lapsum instantiæ:vt in authen. ei qui.C.de temp.ap.& tunc regulariter pro sentētia præsumitur:& est præsumptio iuris,& de iure adeò quòd executioni mandari debebit:& hoc nisi interuenerit confessio aduersarii:quia cōtra præsumptionem iuris & de iure,admittitur saltim probatio per cōfessionem aduersarii.glos.est sing.in authen. de quali dotis.§.illud.& in authen.sed iam necesse.C.de donatione ante nup.& hoc ibi tenent Bart.& Bald.& Cy.& ideò si victor qui pro se sententiam obtinuit, dicat sententiam nullā:non poterit petere eam mandari executioni.Istud est dictum singu.Inno.in c.quia plerique.de immu.eccl.ita quod victor poterit habere executionem suæ sentētiæ,si dicat eam esse iniquam.

Additio.

¶ Si dicat eā esse iniquam.Tu dic nihilominus quòd iudex appellationis si videt,quòd est æqua,poterit illam confirmare.tex.est valde sing.in l.Titio.ff.de aur.& argen.leg.secundum Corse.singu.suis in versi.appellatio.incip.si ille pro quo est lata sentētia secundū quem ibi ampliatur hoc dictum.& de hoc vide Ro.singula.suo.cclxxij.inci.sententia lata.est pro testi.Celsus.

¶ Itē fallit regula supra dicta,vbi appa ret notoriè de iniquitate sententiæ ex eius tenore,tunc pro sententia nō præsumitur:imò est nulla,nec meretur executionem:vt in c.inter cæteras.j.de re iu.& in c.solicitudinem.j.de ap.& glo. est pulcherrima in cle.pasto.de re iu. hoc idem tenent doc.in c.cum Bertholdus.j.de re iu.& in c.fraternitatis. de frig.& malefi.Inno.tamen fuit sibi contrarius,dicens,quòd si iudex hoc modo sententiabat,quia probatum est per A. &.B.Titium debere.x.Seio: ideò condemno in illis.x.quòd talis sentētia valet,etiam si in actis non appareat aliqua probatio:ideò erit executioni mādanda.ita dicit ipse in hac decre.quod reprobant omnes docto.Hostien.Ioan. de Imol.Ioan.And.Anto.de But.& cæteri,& ipsemet tenuit contrarium,in d. c.cùm Bertholdus.quia d.sententia est

notoriè

notoriè iniqua, cùm habeat exprẹssum errorẽ,& cùm referat iudex se ad acta. Cùm ergo sit euidens iniquitas, sententia dicitur esse nulla. vbi autem non esset talis euidẽs iniquitas, sed iudex reũ simpliciter condemnasset,& non apparet in actis de aliqua probatione, bene valeret sententia, nec diceretur esse iniquitas euidens: quia potuit esse quòd interuenisset cõfessio, qua attenta iudex fecit condemnationem, dato quod dicta confessio non appareat in scriptis.

37 †In hoc decipiebatur vnus famosus doctor, qui non intelligebat, quæ diceretur euidens iniquitas.

Additio.

¶ Vide de hoc quod not. Bald. in l. ij. §. sed & si quis. C. communia de success.& per Bart. aliquid in l. prętor ait. in princip. ff. de ope. no. nuntiatione. Celsus.

¶ Putauit enim esse euidentem iniquitatem, quando reus esset condemnatus, nec apparebat de probationibus.

Additio.

¶ Vide d. Alexan. de Imo. in cons. cviij. per totum. in. iiij. parte, vbi quomodo & qualiter de iniustitia, seu iniquitate sententiæ apparere possit. B. Vadi.

¶ Et idem ècontrà, si sententia foret lata pro reo contra actorem: puta, quia reus fuit absolutus,& in processu apparet aliàs plenè probatum contra reum. Talis enim sententia valet & tenet, nec poterit dici nulla.& in hanc sentẽtiam concordant communiter docto. & hoc ideò in isto casu secundo: quia potest esse, quòd bene appareant testes, qui probant contra eum, sed fortè iudex non adhibuit fidem ipsis propter vacillationem eorũ quã vidit: quæ vacillatio nõ apparet in actis. Et propter hoc alias dixi, consulendo in terra Vgoriæ, pro quadam sententia lata per vicarium generalem magnifici vicecomitis Allusij dicti comitatus, fuisse nullã, propter euidentẽ iniquitatẽ, quæ erat in ipsa sentẽtia. ipse eñ vicarius cõdẽnauerat vicariũ dictæ ciuitatis, ad cõseruãdũ indẽnẽ Titiũ: & in alia parte sententiæ dicebat dictum vicariũ rectè cõdẽnasse dictum Titium. Si tamen appareret reus condemnatus,& in actis reperiretur instrumentum solutionis ipsius rei: talis sententia esset nulla: secũdũ Ant. de But. Sed Ioan. de Imo. cõtradicit, quòd imò erit valida: quia potuit iudex non adhibere fidem instrumento, propter quandam suspitionem: puta, quia habebat aliquas cancellaturas: vel rasuras &c. & per consequens debuerat valere sententia. Mihi autem placet dictos doctores saluare à contrarietate: & ideò pro eorum concordia sic dico: aut dictum instrumentum in nulla sui parte erat vituperatum, & tunc procedit sententia Anto. de Butri. quia tunc cessat ratio Ioannis de Imo. videlicet, quòd iudex potuit habere suspitionem. Aut dictum instrumentum erat in aliqua parte vitiatum ex aliquo modorum, de quibus suprà & tunc placet sententia Ioan. de Imo. quia tunc potuit iudex habere suspitionem: & illo modo intelligitur illud quod quotidie dicitur: videlicet quòd in dubio præsumitur pro sententia. Stat maxima difficultas in vno: pone, †lata est sententia pro reo,& transiuit in rem iu-

38

dicat-

dicatam,nec poteſt amplius appellari, vel quærelari:hoc non obſtante actor agit contra reum;& fertur condemnatoria contra ipſum : nunquid valebit iſta ſententia ſecunda.& videtur dicendum non valere primò, quia ſententia contra ſententiam non valet ſuper eadem re & eadem cauſa.C.quando prouo.non eſt neceſſ.l.j.& ibi eſt caſus.& l.nam & poſteà.§.ſi quis damnetur.cũ his quæ ibi not.gloſſ.& Barto.ff.de iureiur.& in c.inter monaſterium.ĵ.de re iudica.

Additio.

¶Vbi omnino vide Feli.qui plenè & remiſsiuè in c.qualiter & quando.de accu.& Dy.in conſil.iiij.& d. Alexan. de Im.in conſil.cccxxxiij.in prima parte.& in conſi.cv.in.ij.parte. vbi ponit de ſententia lata contra ſententiam arbitratoris,quæ tranſiuit in rem iudicatam,an valeat.B.Vadi.

¶Secũdò arguit,q̃a ſnĩa facit notoriũ vt in l.emptorẽ.ff.de actio.emp.ſi ergo ſententia facit notoriũ,ergo iudex non debuit ferre ſententiam aliam contra notorium:quia iudex in his quæ ſunt ſibi notoria,debet ſupplere de facto:cũ illud quod conſtat iudici ex actis dicatur ſibi notorium.Iſtud eſt dictum Innocen.in capitu.ex inſinuatione infra de appella.& in c.per tuas.infrà de teſta.Idem tenuit Ange.in l.ſi pars.ff. de inoffic.teſta.& in l.fin.ff.de petitio. hæredi.& eſt gloſſ.in l.vbi pactum. C. de

39 tranſact. Tertiò arguitur.†De conſenſu partium non poteſt renuntiari ſententiæ quæ tranſiuit in rem iudi.l.ſi diuerſa.C.de tranſ.& hoc ibi tenet glo. cum his quæ not.ibi Barto.& Bald.In contrarium tamen determinant hîc docto.quòd imò in caſu quæſtionis noſtræ,ſententia ſecunda valebit:ſi nunc per teſtes probatum eſt,& in primo nõ fuit probatum.quia ex eo quod nunc eſt probatum, & in ſecunda inſtantia apparet primam ſententiam euidenter fuiſſe iniquam : imputet ſibiipſi reus, qui non oppoſuit exceptionem rei iudicatę.

Additio.

¶Dic quòd ſententia nunquã trãſit in rem iudicatam, quando eſt euidenter iniqua ex inſtitutione facti euidentis. nor.Bald.in l.j.C.ſenten.reſcind. non poſſ.Alexan.in l.admonendi.ff.de iureiur.& ibi d.meus Iaſon.& idem Alexand.conſilio tertio volumine quarto & cano.in c.fraternitatis.de frig.& maleſic.Celſus.

¶Non obſtant argumẽta in contrariũ allegata.primò non obſt.ꝙ ſentẽtia cõtra ſententiã nõ valet:quia hoc verum eſt,niſi prima ſit euidẽter iniqua.vt hîc Secũdò nõ obſtat ꝙ ſentẽtia facit notoriũ:q̃a verũ eſt,ꝙ facit notoriũ pſum ptionis:ſed ex eo ꝙ ſunt ꝓducti teſtes, q̃ deponũt cõtrariũ:tolliť dicta pſumptio.& ꝑ cõſequẽs prima ſnĩa apparet euidẽter iniqua.Iſtud eñ eſt notorium veritatis,quod pferť notorio pſumptionis.Nõ obſt.tertiò,ꝙ partes nõ poſſunt renũtiare ſentẽtiæ:q̃a verũ eſt, ꝙ non pñt,ꝑ trãſactionẽ:ſed ꝑ renuntiationẽ ſic.Mihi tñ prima non placet reſponſio Ioann.de Imo.data ad l.j. C. quando prouo,non eſt neceſſe.Sed aliter reſpõdeo ad d.l.j.quod illud quod dicitur:ꝙ ſent

ſententia contra ſententiam non valet
habet locum & intelligitur ex eadem
inſtantia.i.non poſſunt ferri duæ ſen-
tentiæ diffinitiuæ in eadem inſtantia.
Et iſte eſt verus intellectus dictę l.pri-
mę duæ autem ſententiæ bene poſſunt
ferri diffinitiuæ & contrariæ ex diuer-
ſis inſtantiis vbi agitur, ſed non oppo-
nitur exceptio rei iudicatæ.caſus eſt in
l.duobus.ff.de excep.rei iudi.hanc ſen-
tentiam tenent Bald. & Angel. in dicta
l.j.reprobata.glo. in d. l. nam & poſteà
& §.ſi damnetur.ff.de iureiuran.Et non
placet reſponſio Ioan. de Imol. in data
vltimo loco,ad vltimum argumentum
ſupra factum,dum dicit quòd per tranſ
actionem non poteſt recedi à ſententia
tamen poteſt ei renuntiari. Nam iſtud
eſt falſum, quia imò ſententiæ iam ita
latæ quæ tranſit in rem iudicatam,non
poſſunt partes renuntiare. Ita tenet gl.
ſingularis in l.ſi diuerſa. C.de tranſact.
quam ſequitur Bald. & Angel.in d. l. j.
Ego aliter reſpondeo, quod verum eſt
quòd non poteſt expræſsè renuntiari
ſententiæ:tacitè autem ſic. vt hîc quan
do lata eſt ſententia pro reo conuento,
demum agit de nouo actor & reus non
opponit exceptionem rei iudicatæ, &
fertur ſententia condemnatoria: certè
reus videtur tacitè renuntiaſſe primæ
ſententiæ non opponendo exceptioné.
40 & idem videtur in ſimili. quia iuramé
tum de calumnia non poteſt expræſsè
remitti, per conſenſum partium: vt in
l.ij.§.ſed quia veremur. C. de iura. ca-
lum.poteſt tamen tacitè omitti vt in c.
j.de iura calum.lib.vj.& ita eſt ſatisfa-
ctum in contrarium allega.quæ proce-
dunt,vbi agitur poſt primam ſententiã
latam, & fertur ſecunda ſententia per
iudicem, quæ eſt ordinarius, vel alius
iudex competens. Si autem eſſet iudex
appellationis,& lata eſſet ſententia ap-
pellatione deſerta:tunc non præſumi-
tur pro ſententia. imò erit nulla, licet
ambæ partes ſint præſentes, & conſen-
tiant:vt eſt caſus.in cle.ſi appellationé.
de appellat. Nec enim poteſt inſtantia
tunc prorogari per cõſenſum partium,
quod in cauſa principali eſt expectan-
dum.l.properãdum. in prin.& ibi glo.
C.de iudi.quam ſequuntur communi-
ter omnes doct. Nec poteſt reperiri mo
dus, per quam poſsit inſtãtia tunc pro-
rogari. Tamen ſolet dari vna optima
cautela, qua mediante protenderetur
etiam inſtantia triennii elapſa: videli-
cet quòd partes iurent de non opponen
do exceptionem, quòd lapſa ſit inſtan-
tia.ita refert Bar.in l.properandum.in
prin.prꝗalleg.Quæ tamen cautela erit
deluſoria,ſi iudex voluerit:quia ipſe po
terit repellere partes cõparentes in iu-
dicio elapſa inſtantia, cùm ſibi ex actis
conſtet:& ſic ſibi ſit notorium, eſſe ela-
pſam inſtantiam:vnde poterit de facto
ſupplere.& hoc ſecundũ Inno.in c.per
tuas.de teſti.& in c.ex inſinuatione. de
appel. Sed iſta cautela erit vtilis, ſi iu-
dex noluerit repellere partes,vel ſi non
perpenderit elapſam fore inſtantiam.
Nam ſi pars allegabit ſententiam fore
nullam,non audietur:ne veniat contra
ſuum iuramentum. Hæc eſt ſententia
Bar.in d.l.properandum.in princ.& ſic
modo expeditum eſt pleniſsimè, quan-
do præſumitur pro ſententia & quan-
do in dubium reuocatur proceſſus: &
vbi de iuſtitia ſententiæ quæritur. Vnũ
reſtat

restat videre, nũquid præsumatur pro sententia, quando in dubium reuocatur processus: eò quia de nullitate sententiæ agitur. idest, nunquid, si quis dicat nullam, an in dubio præsumatur pro sententia quòd sit aliqua.

Additio.

¶ Adde de hoc plenè per firmianũ, in suo aureo repertorio in ver. sentẽtiam præsumitur, ver. j. Bart. in l. j. ver. vlterius no. C. de rela. Ange. in auth. vt spõ. larg. §. & hoc insuper. & Inno. hîc ad fi. in glo. in ver. processu. Celsus.

¶ Et primò præmitto, ꝙ de nullitate sententiæ potest agi dupliciter: vel simul intentando appellationem & nullitatem: vt quia dicitur hoc modo, Dico sententiam nullam, & si qua appello.

Additio.

¶ Sed quid si dicat, Appello à sentẽtia, reseruata mihi nullitate dictæ sententiæ. vide do. Alexã. de Imo. in consi. lx. in. iiij. parte. Tu adde de hoc, & an possint nullitas & appellatio simul cumulari. per Bald. in l. edita. in repetiti. C. de eden. & omnino. per Cardi. in cle. j. q. x. de re iudic.

¶ Et tunc isto casu prosequitur solam appellationem: & sic actum sit solùm de iniquitate sententiæ. si autem perẽpta est instantia appellationis, non est perempta nullitas: quia adhuc potest de nouo intẽtari causa nullitatis in noua instantia. Ita tenet singulariter Bar. in l. vnica, ver. tertio quæro. C. quando prouo. non est neces. & in l. qui testa. de excu. tuto. in princ. Si aũt est intentata sola appellatio, & nihil est dictum de nullitate, & perẽpta est instãtia appellationis poterit agi de nullitate, vsque ad. xxx. annos: secundum Barto. in l. si expræssim. ff. de appel. & est ratio, quia nullitas imploratur p officiũ iudicis: vt voluit Bal. in l. vnica. C. ne li. in vna eademq́; causa ter prouo. & tenet Ang. in d. l. j. qñ prouo. non est neces. & officiũ iudicis durat. xxx. annis. gl. est in l. quærelã. C. de fal. & hoc dicunt doct. in alia materia, scilicet in sentẽtia arbitrorũ, quæ põt reduci ad arbitriũ boni viri vsq; ad. xxx. annos: quia talis reductio petit per officiũ iudicis. Et plus dico, circa illã nullitatẽ, ꝙ si sentẽtia mãdata est executiõi, si probetur sentẽtia nulla, reuocat executio. Iste est text. in l. si cùm nulla. ff. de re iudi. vbi hoc tenet Bar. & ratio est, quia sententia nulla, non est sententia. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. l. non putauit. §.
41 non queuis. de cõtra tabu. † Vbi autẽ essent latę tres sñiæ condẽnatoriæ cõfirmatorię, certum est ꝙ amplius nõ potest appellari: vt in rubro & nigro. C. ne lice. in vna eademq́; causa. ita si quis tribus sententiis latis cõfirmatis, velit dicere sententiã nullam: non auditur, nec impeditur executio: sed executio fit, & postmodùm auditur, volens de nullitate docere. Iste est text. in cle. j. de iu. & quod voluit Ioannes Andr. Bald. & Ange. in d. l. j. His itaque præmissis, in præsenti membro est distinguendum pro concordia opinionum. Aut sententia est lata præsente vtraq; parte & non contradicente: & tunc præsumitur pro sententiam, nisi probetur cõtrariũ, scilicet de nullitate.

Additio.

¶ Adde quis erit iudex, quando nullitas principaliter deducitur vt notatur per Felin.in c.ex literis.vers.quis dicatur iudex.de offic.deleg.& ibi per do. meum,do.Decium.vbi concludit Fel. quòd intentans nullitatem, habet in optione illa coram illo, qui sententiã illam,decuius nullitate agitur intentaret:aut coram superiore eius:quod tamen dic esse verum,in iudice ordinario nullitas enim licet totã causam ad superiorem deuoluat, quemadmodum & appellatio.In delegato tamen non, nisi sibi esset expresse pmissum.vt not. ple.Salic.in l.si præses.& ibi Guil.de Cug.& quod etiam ibi ad eum addidi. in ver.quæro an sententiam.C.quo & quando iu.De quo per eundem do.Feli.in c.per tuas ver.cõtrariam partem. col.iij.de sen.excom.

¶ Item si sententia est lata altera parte absente per contumaciam veram:secũdum do.de Rota conclusione. xcvj.& ita voluit Specu.in titu.de re iud.§.fi. ver.in summam.Si autem fit absens fictè contumax,non præsumitur pro sententia:secundum Anto.de Bu.nisi peruenisset ad notitiam absentis infra.x. dies appellandi: secundum Ioan. de Imol. quia tunc præsumitur pro sententia,Vbi autem est lata absente altera parte,tamen est nulla, vt in l.j.C. quomodo & quando iudex. Nunc

42 quæritur de vna quæstione, † Nunquid verba enuntiatiua aliquorum actorum in instrumento, probet illa acta interuenisse.verbi gratia,dicit notarius in instrumento, Viso libello,visa lite contest.&c. nunquid probetur per instrumentum illa acta interuenisse.

Additio.

¶ Vide omnino Barto.in l.j.in ver.vlterius no.de rela.vbi etiam per doc.& Rotam,in decisio. cclxxxij. & Paul.de Cast.in consi.iij.&.d.Alexã.de Imo.in consi.xlj.iiij.par.& in consi.cxxij.in.ij. parte.& in consil.cxxxv.ea.parte. vbi, an probet interuenisse citationem.Sed nunquid probet quem esse procuratorem.Vide Feli.in c.cum in iure.in ver. sententia.de offi.delega.& his adde Roma sin.suo.cccccxxxvj.inci.verba enũtiatiua.mathesil.sing. xxxiiij.inci.nota quòd si in instrumento procuratoris. Alexan.in l.ex hac.de dona.do.meum Iasonem, in l. admonendi.in repet.d. l.ff.de iureiuran.Paul.de Cast.consilio suo lxxxiij.inci.ius de vela.Barto.consil.xxiiij.incip.factum sic se habet.& ibi posui,in addi.ad ipsum, post casum summarium.& dixi post collecta.in c. cùm venissent.nume.viij.in apostil.in versicu.verba enuntiatiua.de institutio.Celsus.

¶ Conclude secundum Barto.in l.sciendum.ff.de ver.obliga.quod si narratur talis actus in tali instrumento,qui potuit interuenire tempore dicti instrumenti confecti:per tale instrumentum probatur tales actus interuenisse. verbi gratia,quod si illo instrumento aut sententia dicitur,vtraque parte presente: tunc bene probatur interuenisse præsentia vtriusque partis. Idem si in instrumento, aut sententia dicitur,Visa admonitione: quia per instrumen-

tum tale, probatur citatio: non autem libellũ interuenisse. & si sit tale quid, cui per partes non potest renuntiari, quia non præsumitur interuenisse, secundum eundem Barto. quem hic sequitur Anto. de Butri. Quæ omnia limitantur vera secundum Hostien. nisi notarius adiiciat se rogatum ad illum actum, cum replicatione diei: quia tunc tale instrumentum, probatur indistincte hoc modo: viso libello de quo ego notarius fui rogatus tali die. &c. Ex hac doctrina possunt inferri plures quæstiones. Pone, Notarius dicit, Talis testis iuratus deponit, nunquid tale instrumentum probat interuenisse iuramentum testis: certè si iuramentum poterit interuenire tempore dicit testimonium, probatur iuramentum interuenisse, per supradicta. Si autem iuramentum non poterit interuenire, puta quia est examinatus die feriato: tunc
43 non probatur iuramentum testis. † Nã (vt scitis) testis potest examinari quolibet die feriato, ob honorem dei: iurare tamen non poterit. gloss. est sing. in cle. j. de offi. dele.

Additio.

¶ Adde Fede. de senis, in consi. . incip. Marcus &c. & omnino domi. Alexã. de Imol. in consi. ccx. in. j. parte.

¶ Nullum enim iuramentum potest interuenire die feriato. Iste est casus, in c. j. §. de feriis Et per hoc infero, quòd vbi rector ciuitatis ingreditur officium suum in die feriato, & iurat obseruare statuta, vt moris est: tale iuramentum non valet, & ille tanquam nõ iurauerit, poterit contrauenire.

Additio.

¶ Adde de hoc Thomam ferretium, in suo trac. cautelarum. caute. iij. inci. cõmuniter per ciuitates italiæ. vbi refert Lanfran. hic: & illum sequitur dans ibi hanc cautelam, vt iurans seruare statuta non incurrat periurium, licet non obseruet illa si præstet illud iuramentum die festo. Celsus.

¶ Item potest per hoc determinari alia
44 quæstio. † Dicit notarius in instrumento, quòd mulier fuit certiorata de beneficio Velleiani: nunquid per tale instrumentum probetur quòd fuit certiorata: consuluit Bald. quod per illud non probatur. ego puto contrarium, verum: quia certioratio potuit interuenire tempore confecti instrumenti, & ita tenet gloss. Ioannes de Imol. hic licet Anto. de Butrio sentiat contrarium. Sed dubitatur, quid si est lata sententia præsentibus partibus, nec apparet quòd aliquis terminus sit datus ad probandum: an valeat sententia? dico quod sic, nisi ex breuitate termini aliud præsumeretur: Nam tunc quasi sententia sit lata sine causæ cognitione, erit nulla: vt si hodie hora tertiarum sit lis contestata, & hora vesperarum sit lata sententia.

Additio.

¶ Istud fuit singu. dictum Pet. de Ancha. consilio. cccxxij, incip. à vilis facti narratione. quem refert & sequitur Andreas Barbatias in repetitione cap. ecclesia sanctæ mariæ. de constitutio. prout vtrumque refert. Ant. Cor

ſe.in ſingu.ſuis.in verſi.minor.l.j.inci. decretum iudicis.Celſus.

¶ Ita determinat Bar.in.l.prolatam.C. de ſenten.& interlo.omn.iudi.quod limitat hic Ioann.de Imo.niſi ſententia foret lata præſentibus partibus. Nam tūc etiam ſi interuenerit breuitas temporis, valebit ſententia:ſed ſi ſit lata præſentibus partibus,& non contradicentibus: nam tunc eſt imputandum parti,ſi non reclamet.& hæc eſt reclamatio domini Anton.quæ in ſe habet veritatem & equitatem:eo maximè attento quòd valet probatio ſine dilatione.vt in.l.vna.§.cognitorum.ff.de quęſtion.& in.l.de crimine adulterii.ff.de adulte.hanc ſententiam tenuit Cyn.& Bal.in l.ſi quando.C.de dila.quamqui dem ſententiam etiam tenuit Barto.in dicta.l.de crimine adulterii.& idem de inſtrumentorum productione,quæ valet etiam ſine dilatione:ſecundum Barto.in dicta.l.ſi quando. Modò habetis expedita ea,quæ tanguntur per Docto. in c.iſto,licet plenius ego addiderim,tamen vt habeatur iſta materia, de qua fit mentio in iſta decre.vltra doc.cogitaui per plures quæſtiones fore percurrendum per ſingula acta,de quibus fit mentio in hac decretali: & in ſingulis actis attingam quęſtiōes,ex quibus patebit materia pfectè dilucidata. Vnde capio primum in ordine literæ.

*

CAPVT PRIMVM.

DE CITATIONIB.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Iudiciarius ordo.*
2 *Princeps iudiciorum ordinem ſeruare non compellitur.*
3 *Poteſtatis multiplices ſignificationes.*
4 *Iudicum & arbitrorum differentia.*
5 *Agere quis compellatur.*
6 *Iudicium alienum quis ſequatur.*
7 *Citatio,vtrùm de proceſſu ſit.*
8 *Præſens vtrum citari debeat.*
9 *Vbi quis citari debeat.*
10 *Citatio quibus conſtet. & ibidem citationis legitimæ exceptiones.*
11 *Citatio ad inſtantiam partis fieri debet.*
12 *Citatus coram quo debeat comparere.nu.21.*
13 *Citatio vtrùm peremptoria eſſe debeat.*
14 *Citatio quando dicatur peremptoria.*
15 *Nulla citatio expectatoria,eſt, peremptoria.*
16 *Index vtrum poſſit terminum citationis abbreuiare.*
17 *Quando vnica citatio ſufficiat.*
18 *Citatio partis abſentis,quando non neceſſaria.*
19 *Citatio ſine termino vtrùm valeat.*
20 *Præceptum abſque citatione,nullum.*
22 *Citatio generalis ad totam litem, an valeat.*
23 *Subditus vtrum poſſit citari extra territorium.*
24 *Citatio relatio,vel executio, die feriato facta,nunquid valeat.*

1. Iudiciarius ordo eiusque substantialia.

- a. Potestas.
  - In magistratibus, imperium
    - Iudex.
      - Delegatus.
      - Ordinarius.
      - Dispēsator rei suæ.
    - Arbiter.
      - Vt siue æquum, siue iniquū, pareamus.
      - Vt ad boni viri arbitrium redigatur.
  - In seruos dominiū.
  - In liberos, patria potestas.
    - Matrimonium.
    - Adoptionem.
    - Arrogationem.
    - Principē.
    - Dationē curiæ.
    - Dotalia instrumēta.
- b. Actor.
- c. Reus.
- Citatio.
- Dilatio.
- Recusatio.
- Exceptio.
- Petitio.
- Interrogatio.
- Respōsio.
- Cōfessio.
- Testes.
- Instrumentorum productiones.
- Appellationes. Expensæ.
- Causæ delegatæ & summariæ.
- Litis contestatio.
- Iuramentum calumniæ.
- Recusationes.
- Vt conuincatur.
- Conclusio.

1 QVAM † necessarius sit iudiciarius ordo, Cic. pro Publ. quintio, satis demonstrat. Eum igitur interpretaturus, Paulò altius repetendū esse duxi, quā Lāfran. hic fecerit Primùm igitur iudicē meminisse oportet, vt sit aliquis ordo postulantium. sci licet, vt omnium desyderia audientur l. nec quicquam. §. obseruare. ff. de offi.
2 proconf. Princeps † tamen iudiciorum ordinē seruare non tenetur. Sola enim veritatis inuestigatio, corā eo fit. Qua cognita, definit etiam si iudiciarius ordo vel fuerit peruersus, vel prorsus amissus. Causę tamē cognitio exigitur. Bal. l. fin. C. de leg. Idem. c. j. §. fin. de nouatio. est text. in. c. ad petitionem. in fin. de accusa. Sed iam ordine Scema nostrum explicemus.

POTESTAS. In magistratibus, im-
3 perium. † Qui enim iurisdictioni praeest, imperium habet l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictio. omn. iudi. Cuius potestatis, duæ sunt species. Alii eñ sunt iudices. sic appellati, quòd populo ius dicant. c. forus. de verbor. significat. alii arbitri. Arbitrorum quoque itidē. Quidam enim sunt quorum arbitrio siue æquo siue iniquo standum est. Puta si ad arbitrum, vel ad comprossum ventum sit. Sibique imputet, qui compromisit. l. diem. §. stari. ff. de arbi. Qui doli mali exceptione repeili poterit. l. iij. C. eo. Alterum arbitratorum genus est, quod ad boniviri arbitrium redigitur. Cuiusmodi illud est, quod arbitrio domini. vel procuratoris confertur. l. in personam. §. generaliter. & ibi Dec. nu. 1. ff. de reg. iur. A quo sicut à iudice appellare conceditur. l. arbiter. ff. qui satisda. cog. † Iudice tamen iurisdictionē 4
habent: arbitri autem notionem tantū. l. cùm antehac. C. de arbitr. sine in arbitrium, §. fi. l. pe. e. Nihil tamen impedit quominus executioni mandetur vt. l. ait prætor. de re iud. veteri iure nō itē l. quid ergo. §. ex compromisso. ff. de his qui no. infa. l. j. C. de arbi. Alia est potestas quæ in liberos competit. §. j. instit. de pa. po. c. si annum. §. fin. de iud. in vj. De qua, non hîc est dicendi locus.

ACTOR. Cùm citatio, ad instantiā partis, qui actor dicitur, fieri debeat, vt Lanfran, infra. num. 11. meminit. Meritò ei admonitoria quædam faciemus. agere igitur licet nemo compellat, l. vnica C. vt nemo inuitus. l. fin. de vsur. pop. l. creditor. C. de pig. speciales tamē, quidam casus sunt quos in sequentibus referre duximus necessarium.

5 Agere compellitur.
- a. Susceptor negotij.
- b. Procurator.
- c. Tutór.
- d. Hæres.
- e. Mater.
- f. Adulteratorem quoque pecuniæ, accusare compellimur.

a [a] SVSCEPTOR. Negotij, perficere cogitur. Sicuti est negotiorum gestor. l. si autem. ff. de nego. gest. Reipu. administrator l. ij. §. si eo. ff. de admini. re.
b ad ciuita. pertine. [b] Procurator. l. à pro
c curatore. C. man. [c] Tutor, l. ij. C. arbit. tutel. l. debitoribus. l. tutores. C. de admini. tuto. Hæres, l. j. C. de his quib. vt indig. Si enim necem testatoris iniultam omiserit, fructus integros cogitur restituere. Mater quoq; cùm ad successionem pupilli mortui vocatur: si infrà annum à morte testatoris tutores non petierit, eius successione priuatur. l. sciant. C. de legi. hær. Generalior verò actio est, in adulteratore pecuniç gl. defrandanda. c. quantò. est de iureiurã. Cùm enim maiestatem lædat. qui reticet punitur. Dec. Reg. culpa caret. nu. 2. Cuius vniuersæ facultates, fisco subiiciuntur, tàdem comburritur. l. j. & ij. C. de fall. mone. l. quicunque. ff. ad leg. Cor. de fal.
c [c] REVS. Et si actor, forum rei sequi teneatur: hoc tamen generaliter verum non esse, sequens scema indicabit.

6 Alienum iudicium sequitur.
- Reus criminis.
- Alienus possessor.
- Certo loco promittens.

REVS criminis, vbi deliquit, eius forum sequi tenetur. l. contraxisse. de act. & oblig. l. iij. de bo. auc. iud. possi. [A] lienus possessor. Toto tit. vbi in rem act. C. l. fi. e. Et si de finibus litigetur. l. j. ff. fin. reg. si de termino amoto agatur. l. j. C. de accusa. l. ij. de termino amot. Denique; sine interdicatur. l. indebiti. §. sed si. ff. de condi. indebi. siue vendicetur, l. in rem. ff. de rei vendica. siue de hypotheca quæratur, aliaue iusta & Causa, extra territorium reus factus sit, hoc ædicto quod perpetuum est, l. ædita. C. de ædcn. §. j. instit. de satisda. tuto. locum habet. l. fina. C. vbi in rem act. Cessantibus priuilegiis quibuscunque. l. fina. C. vbi de crimin. agi oport. His sic præfatis, facilior aditus ad citationis materiam, quam Lanfrancus in sequentibus refert, perueniemus.

IACOBVS BONIOVR.



7 CITATIONES. Et primò quæro, † Vtrũ citatio sit de processu? & videtur quòd non: quia iudicium incipit à lite contestata: vt in l. prima. & ibi glo. C. de iudi. & in l. fina. §. illud. C. de tempo. appella. In contrarium quòd citatio sit de processu, casus est ad literã. in. §. omnium gesta. institut. de pœna temerè litig. & ipsa est veritas. imò ipsa citatio, est, primus actus & processus. ita tenet Angelus, & Bartol. Saxoferr. in lege prima. digestis de in ius vocando. Sed libellus qui est da-

tus iudicii,& inquisitio quæ ponitur in actis, non est de processu. determinat Barto. in extraua. ad reprimendam. in verbo,summariè.& ideò nimirùm,si libellus posit offerri die feriato ad honorem dei,quia non est de processu. Quod libellus datus iudici nō sit de processu, mihi videtur textus ad literam. in l. libellus aduersus.ff. de in ius vocan. Ita est tex.etiam in l.miles.§.sexaginta. ff. de adul.per gl.& Doct.in c.fi.s̄.de iudi. & per doct.in l.j.ff.de fer. Secundò quæro, † Nunquid præsens debet citari?

8

Additio.

¶ Vide Fel.in eo.c.in ver.no. etiā quod præsens suprà,de iudi.vbi etiam,an cogatur pati,vt sibi libellus offeratur,etiā si ad hoc non fuit citatus.& vide per eū in c.primo de libel.obla. ver. an autem & quando præsens respondere cogatur. vide per eum in dicto c. j.in versi. non igitur. de præsente, an debeat citari. & maximè si ex forma statuti citatio requiratur. vide Bald. quod non in auth. si omnes.ver.& hoc facit ad quæstionē. C.si vt se ab hæredi. absti. Ioan. Andr. in c.quis.de electio.libr. vj.& Philipp. Franc.in c.cum para.in ij. quæstio.iiij. princip.de appella.Archidia. in c. proposuisti.lxxxij.distinctio.Bald.in auth. cessante.versicu. porrò si quis. C. quomodo & quando iudex.& Alexan. in l. de vnoquoq;.versicu.an autem præsens cum concordan.ibi per eum.datis.ff. de re iudi.Celsus.

¶ Quidam dicunt ,quòd sic., sed Bald. & Bartol.& Angel. in l. prima.ff. de in ius vocan.tenuerunt contrarium, quòd imò præsens non debet citari, ea ratione freti,quia per præsentiam habetur finis & effectus citationis,& effectus est comparatio:tamen Anto.de Butr. dicit quòd si præsens dicat se nō fore instructum,& velit tempus ad deliberandum quòd tunc non potest compelli respondere:quia sibi statui debet terminus ad ter respondendum , quod æquissimum est.Ita tenet ipse,in c.fina.supra de iudi. Pro hac sententia Barto.& sequacium,facit quod habetur in simili. Nam vbi citatio est nulla,ratione alicuius defectus:si citatus compareat, actus tenet non ratione citationis,sed ratione præsentia : adeò quòd poterit ad vlteriora procedere.quod non posset,si citatio esset nulla. Istud est dictum singula. Bal. in auten.si omnes. C.si vt se ab hæreditate abstinean.Tertiò quæro,† vbi quis debet citari. Respondeo personaliter, vel ad domum.Ita dicit text. in. §. j.de libe.agno.& in l.scire oportet.§.sufficit ff.de excusatio.tuto.& in l.aut qualiter §.fi.fortè.ff.quod vi,aut clam.& in cap. causam quæ.suprà de dolo & contumacia. Quæ verba debent intelligi, quod primò quis debet citari personaliter,si reperiatur: & si non reperiatur, debet posteà citari ad domum vnde illa alternatiua , personaliter , vel ad domum : non denotat electionem , sed denotat citationis ordinem : videlicet, vt primò personaliter citetur,si reperiatur:& si non reperiatur , tunc ad domū. Hæc fuit sententia Richar.malumb. & Dyn.in l.iiij.§.prętor.ff.de dam.infect. quem ordinem sequitur.

9

Additio.

¶ Et ibidem ad modum vide latè Do. Alex.

Alexan.de Imo.& moder.Barto. Bald. Paul. de Castro.& Salice. post. Guliel. de Cugno.in l.consentaneum. C. quomodò & quando iudex.Ludouicus Bologn.in. §.si verò. in authenti. de exhiben.reis.in secundis interpreta. Guido Pape, in decisio. grationop. ccccxlv.& ibi dixi,in additio Abbatis Siccul.consilio. versicu. facit ad hunc.& ibi etiam not.in addi.ad eum.& in consi. seq. lib. ij.& in c.causam.& ibi Maria,Socin.de dolo & contu. Docto.in cle.causam. de elect. Ioan.de Imo.consil. cv. Alexand. consil.ij.ver.alia ratione.volu.iij.Bald. consi.xj.incip.citatio ad domum. volu. iij.& consi.ccccxij.in fin.volu.ij.Ludo. Roma. consilio.cccclliij.Matth.mat.in singu.suo.cxxxij.incip.nota.quòd citatio facta ad domum. & ibi posui in addi.ad eum.& Feli.in c. in nomine domi ni.versicu.vno casu saluat.de testi.dixi post collecta.in c.causam.in fin.in apostil.in ver.ad domum.de dolo & contu. dixi post Guil.de Cug. in l. properandum.§.sinautem reus.nume.vj. in vers. ad domum. C.de iudi. dixi post Barto. in l.si tamen.in fin.in versicu.consilium quòd nuntius dicat. ff. de legat.ij. post Bal. in l.iuris ordinem. numero secundo in.ij.not.in versi.ad domum,vbi tûc moratur.& ibi ad quam domum debet fieri.C.de iurisdi.om.iudi.post Barto.in l.tertia.§.permittit.nume. iij. in versic. ad domum habitationis. ff. de lit.agno. & in stil.parla.parte.j.tit.de adiornamẽtis.versicu.item sciendum est, quòd in personalibus.Celsus.

¶Hanc sentẽtiam tenuit Ioan. de Imo. in c.si aduersarius.supra de eo.qui mitti.in possessio.causa rei seruandæ.Si tamen statuto cauetur, quòd quis debet citari personaliter,vel ad domum:tunc electio daretur citanti vel personaliter vel ad domum.

Additio.

¶Adde Matth.Mat.sin.suo.lxxxv. incinata mirabile dictum Barto.& in addi. ad eum,vbi improbat opi. Barto. quam Laufran.hîc alleg.Celsus.

¶Et posset incipere à citatione:vt fieret ad domum,etiam si reperiri posset personaliter.ista sunt verba Dyn.& Bart. in dicto.§.prætor.& hoc vt statutũ operetur aliquid plus vltra ius commune. argumen.l. si quis quando.ff. de lega.j. Sed dubitabatur in casu quo dixi debere citari personaliter,si reperiatur: & si non reperiatur, debere citari ad domũ An requiratur,quòd non reperiatur, vt ad hoc citetur ad domum. Respondeo, quòd aut loquitur in causis quæ celeritatem desiderant:vt in causa alimentorũ dam.infe.& tũc ad hoc vt valeat citatio facta ad domũ, sufficit quòd non reperiatur in iudicio. dato quòd sit in ciuitate,vt l.iiij.§. prætor. ver. abesse. ff. de dãno infecto. Aut loquimur in aliis causis:& tunc prima citatio, quæ debet fieri,requiritur quòd vt quis possit citari,ad domum inuestigetur per ciuitatem. & si non reperiatur, valet citatio facta ad domum: quia qui non statur personaliter,non potest reperiri: vt est text.§.si verò.in authen.de exhibẽ. reis. Aut est citatio, quæ fit postquam quis semel fuit in iudicio: & vt tunc possit fieri citatio ad domum,requiritur quòd non reperiatur in iudicio. Ista est sententia Innocen.in dicto cap. si aduersarius

rius supra allega.& Bar.in dicto.§.prætor.Quartò quæro,de qua domo intelligatur, nunquid poterit quis citari ad apothecam in qua singulis diebus stat ad laborandum: Dico quòd non,imò ad domum in qua habet familiam suam. Ita tenet Barto.in dicto. §. prætor. pro quo est casus in l.j.ibi in tex.familiariter.ff. de liberis agnoscendis. & si certa parte anni habitaret in tota domo, & certa in alia:puta de hyeme in æstatem & de estate in hyemem:debet fieri citatio in loco habitationis portæ suæ: & ita tenet Bartolus multùm singulariter in dicto.§.prætor.& si nullam habet habitationem, & conueniatur pro aliqua re immobili, debet schedula affigi illi rei,vel domui:vt in dicto versicu. absens.

10 † Quintò quæro, quid debet inseri in citatione:dicite quòd debet comprehendi locus,dies & hora, nomen iudicis citantis,& citati:& ita debet clarè citatio fieri,vt in illa nulla appareat obscuritas.Textus est in l.aut aliter. in principio. ff. quod vi aut clam. Adeò quòd si quis citetur ad vnum factum, adiecta certa qualitate,& qui gerit postmodùm aliud factum,vel idem sub diuersa qualitate,citatio non valet:ita tenet singulariter Bartol.in l.præallega.Prætereà non valet citatio,si citetur quis, qui nõ possit venire ad iudicium: secundum Barto. in loco proximè allegato, & ibi bonus tex.Nam solet dici, quòd si citetur quis absens,& impeditus iusto impedimento, Vt iudex hoc sciat,quòd citatio sit nulla. vbi autem iudex ignoraret, tunc valet citatio, & actus subsecutus virtute dictæ citationis. ita tenent Docto.maximè Barto.in l.quæsitum.ff. de re iudica. & est bona gloss. in l. contra maiores.ff.eo.titu.Est etiam notandum quòd citatus ad locum notoriè non tutum,non artaĩ vigore talis citationis.

Additio.

¶ Adde Feli.in c.cùm ordinem.in vers. ad gio.supra de rescrip.& in c.olim.infra de excep. & Oldra. consil. xliij. vbi plenè.& dixi in apost.ad Barto. in l. recusare.§.de ętate.nu.iij.in apost.in ver. non habet locum.ff.ad Treb.Celsus.

¶ Et cautus est si mittatur excusator: vt not.per Innocentium,in c.prætereà. de dilationi.& in c.præsenti. de rescrip. & etiam tenet Angel. l. ij. ff. si quis in ius vocatus non ierit. & facit text. in c. ex parte tua.eo.titu.ff.de appel.& in clem. pastoralis.de re iudi.Bartol. tenet indistinctè citatum,non arrari loco citationis,existente non tuto:vt in l. omnes. si vero apparitor.C.de epis.& cle.

11 † Item est notandum, quòd citatio, ad instantiã partis fieri debet vt in l. ad peremptorium.ff.de iudi. & in l. properandũ. C.de iudi.

Additio.

¶ Adde si non apparet, an præsumatur fuisse facta ad instantiam partis. Felin. in cap. primo in tertio notab. de iudic. Abb.in versiculo tertio nota. & ibi posui in additio. ad eum. ibidem concludendo,vt infra Idem tenuit d'Gudo de Suza.in lege ad peremptorium.ff. eod. titul.de quo dixi post Bald.in lege cùm clericis. numero tertio versiculo, deinde in notab.in apostil.in versicu. sine commissione.C.de episcop.& cleric. & in l.si finita.§. Iulianus. numero tertio versi.

ver. in addi. ad Bar. in verſ. ad petitionẽ partis. ff. de dam. infecto. Celſus.

¶ Et eſt ratio, quia citare, eſt facti: & cõmiſsio citationis, eſt iuris: & iudex non poteſt ſupplere de facto perſonaliter; vt in rubro & nigro. C. vt quæ deſunt aduoca. & gloſſ. eſt in nigro. Hinc eſt quòd in citationibus ponitur. Ad inſtã-
11 tiam talis, &c. † Nunquid autem citatio valeat ſi non apparet, facta ad inſtantiam partis? Dicite quòd non.

Additio.

¶ Adde Franciſ. Aret. in conſil. xxxvj. vbi, An præſumatur facta ad inſtantiã partis, & in quibus caſibus non facta ad inſtantiam partis, valeat: vide Felin. in cap. primo in verſicul. valeat autem. vbi etiam in principio an præſumatur facta ad inſtantiam partis.

¶ Illud requirit pro forma, quòd pars inſtet: vt iuribus ſuprà allega: Ita tenet Barto. in l. iiij. §. hoc autem. ff. de dam. infect. tamen ſi appareret de citatione & relatione nuntii, præſumitur facta ad partis inſtantiam. Ita tenet Gui. de Cu. in l. peremptorium. s. allega. Idem tenet Anto. de Butr. & Ioan. de Imo. in c. primo ſupra de iudic. Notandum eſt
12 etiam, † quòd citatus debet comparere coram iudice ordinario, ſi dubitetur, an iudex ſit competens allegaturus priuilegium ſui fori: vt in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi.

Additio.

¶ Pro qua materia, vide Felin. in c. cùm ordinem. verſicu. ad allegandum ſupra de reſcrip. & in c. ſi duobus infra de appella. & in c. prudentiam. de offi. deleg. & in cap. olim infra de except. & in c. veniens. de accuſatio. in fi. & quod dixi in dicto cap. olim. in apoſtil. & de hoc per Alexan. in l. ſecunda. ff. de appella. reci. & in l. ſi quis ex aliena. ff. de iudiciis. zaba. in cap. ſuper literis. de reſcriptis. collecta. in c. graue. numero. vij. dixi in apoſtilla, ad ipſum, in verſi non tenetur venire de offic. ordin. & dixi in ſtilo parlamen. parte. iiij. arreſt. cvij. & arreſto. clxvij. Celſus.

¶ Et iſtud intelligitur. ſi citatio apprehendat citatum in territorio iudicis, ſecundum Bald. & Ange. in dicta l. ſi quis ex aliena. Nam iudex poteſt citare forenſem exiſtentem in ſuo territorio: ſecundum Bald. quidta notat in l. teſtamento. C. de teſtamen. vbi autem eſſet certum, citatum non eſſe de iuriſdictione iudicis citantis: tunc non tenetur cõparere citatus. Ita intelligitur. l. fin. ff. de iuriſd. om. iudi. puta, quia citatus eſt clericus, & iudex Cremæ citat Laudenſem
13 exiſtentẽ Laudem. † Vlterius quæro nunquid requiratur citatio peremptoria, vt actus valeat? Bal. dicit ꝙ requiritur ad ſententiã diffinitiuam audiendã vel ad ſententiam ferendam ab obſeruatione iudicii, vel ſuper annotatione bonorum in criminalibus. Iſta eſt ſententia Inn. in c. ad petitionẽ. j. de accu. & generaliter perẽptoria citatio requiritur ad quẽcunq; actum, qui eſt magni preiudicii. fallit vbi proceditur ſummariè & de plano &c. quia tũc etiã ad audiendam ſententiam diffinitiuam, non requiritur citatio peremptoria.

Additio.

¶ Tu vide caſus, quibus poſsit procedere

dere ad sententiam diffinitiuam, sine citatiõe partis, per Roma. sing. suo. ccccclxvij. secundũ meum numerũ. quod incip. An valeat sententia iudicis. & eundem. sing. suo. dclxxj. incip. seculares faciunt. Celsus.

¶ Imò sufficit vna citatio. Iste est casus ad literam in cle. sæpe. in verbo, sententiam. de verbo. sig. & ibi glo. vbi autem actus est parui præiudicii, & tunc non requiritur citatio peremptoria. Hæc est conclusio notabilis Ange. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. Sed quæro,

14 † quando dicatur citatio peremptoria? Dico quòd citatio peremptoria dicitur, tribus modis.

Additio.

¶ Vide Feli. in c. consuluit. de offi. dele.

¶ Primò quando interuenit trina citatio per interualla non minus. x. dierum cuiuslibet citationis: vt in l. per interualla. ff. de iudic. & tunc non est necesse quòd adiiciatur verbum, peremptoriè: vt in l. tres denuntiationes. C. quomodò & quando iudex. Secundò dicitur peremptoria citatio, quando est vnica citatio: tunc sufficit vna citatio, sed debet adiici verbum, peremptoriè: vt in l. ad peremptorium. cum duabus legibus seq. ff. de iudi. sed ista citatio debet continere tantum tempus, quantum cõtinerent tres citationes, quæ fierent loco peremptorii: vt in iuribus s. allega. ita tenet Barto. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec. Tertiò dicitur citatio peremptoria, admonitio iudicis, quando iudex admonet partem. ista dicitur peremptoria: quia habent vim peremptorii, nec alia requiritur citatio

Iste est text. singu. in l. cessante. quę est, l. ij. C. quomodò & quando iudex. Vbi verò par citat parem, sufficit vna citatio, quæ propriè dicitur requisitio: vt puta, si sint electi plures arbitri, & vnus arbiter se absentat nolens arbitrari: arbitrij alij citabunt consocium suum: & sufficit vna citatio: & sic de singulis. ista est glo. sing. in cle. j. in ver, requisierunt. de hæreti. cuius gloss. non fuit memor Ange. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. sed istam sententiam tenuit: vt s. dixi. & ibi Bald. tenet idem, allegãs istã

15 glo. † Est prætereà notandũ, quòd de se nulla citatio expectatoria, est peremptoria. Ita dixit Ange. in dicta l. ad peremptorium. peremptoria enim citatio

16 cõstituitur his supradictis modis. † Sed quæro, nunquid istum terminum, qui ponitur in quacunque citatione, possit iudex abbreuiare? dico quòd sic ex iusta causa. vnde iudex cautè faciet, si quando abbreuiet dictum terminum, inferet causam, & melius si interloquatur de abbreuiando dictum terminum. Ita dicit singulariter Innoc. in c. ad petitionem infrà de accu. Vnum est singula

17 riter aduertendum hac materia, † quòd si citetur aliquis ad audiendum sententiam, sufficit vna citatio, si addatur peremptoriè. vel si iudex comminatur in illa citatione, se processurum, nisi veniat vsque ad sententiam diffinitiuam illa comminatio habet vim peremptorij: puta quia iudex dixit, infra dies tres compareas: & si non comparueris, vlterius ad sententiam diffinitiuam procedetur Ista comminatio, haberet vim peremptorii: vt est text. in l. peremptorio. ff. de iudic.

Addi

Additio.

¶ Adde Anto.de Butr.& Inno. in c.causam.de rescrip.& Feli.in alleg.c. consuluit.versicu.iij.not.de offic.deleg. Specu.in titu.de cita.§.viso.versicu.quid si lata.Sed quid si iudex comminatur se cessurum,nisi venerit,quantùm de iure poterit.dic quòd tũc nõ habet vim peremptorij:vt not.s.allega,Anto.de But. & Innocen.vbi s.Idem.Anto.in c.ex literis.de restit.in integ.& Inno.in c.causam quæ.de rescrip. Bart.in l. Manciplorum.ff.de optio.leg.& Bald.in rub. C.communia.vel epistol.&c.& Feli.c. & versi.s.alleg.& Matthe.Mathe.singu. viij.incipient.nota quòd est differentia Celsus.

¶ Vbi autem iudex comminatur, vlterius procedere,tunc non habet illa cõminatio vim peremptorij,Istud est dictum singulare Innocen.in c. causam. s.de rescript.Item sciendum est, quòd citatio potest fieri sub conditione hoc modo,præcipiatur tali, quòd compareat infra tres dies,si sua putauerit interesse.vt in l.ea quidem.C. si mancipi.ita fue.alle.& ita tenet Angel.in l. peremptorium.præalleg.

Additio.

¶ De quo latè per:Fel.in c. cũ inter.in versic.limita.ij.nisi.de exceptio. & de hoc dixi in tracta.clausularum,in clausula rescriptorum. versicu. compareas si tua putaueris interesse.Celsus.

18 ¶ †Sed pone, factum est compromissum in arbitrum & arbitratorem infra mensem finiendum:fertur sententia infra dictum terminum,an requiratur citatio partis absentis?dic quòd nõ:quia vbi terminus apponitur per partes, vel iudicem,& sententia fertur vltima die termini,non requiritur citatio: secus si terminus esset appositus à lege,vel statuto:ita no.decidit Bald. in authent.ei qui.C.de temp. app. Sed quæritur,

19 †nunquid valeat citatio sine termino? veritas est,quòd fuerunt variæ opiniones in hoc articulo.

Additio.

¶ Tu vide de hoc Collecta.in.c. omnis vtriusque sexus.nu.x.& quod ibi posui in addi.ad ipsum.in versicu.sine die.extra de pen.& remis.dixi post Panor.j.c. consuluit,nu.v.in apo.in versicu.hora: de offi.deleg.& post Barto.in.l.doli.in princi.in ver.incertus.ff.de verbo.obli. Lud. not.in rub.ff.de ar.& in.l.j.eo.titũ.& Bald.in.l.hæc conditio.la picola. ff.de condit.& de.Celsus.

¶ Quidam voluerunt quòd non valet tanquàm obscura & incerta.Alij dixerunt indistinctè valere, quod vbi non est,appositus terminus,intelligatur citatus,vt compareat quamprimùm potest.Alij vt Ange.pro concordia dixerunt, quòd valet talis citatio,quo ad hunc effectum,vt citatus posit puniri tanquàm cõtumax:vt autem possit procedi ad vlteriorem contra aliquem tanquam verè citatum,talis citatio nõ valet.hoc probatur per omnes.in c.j. de senten.excommu.lib.vj.ita tenet Ang. in l.per interualla.ff.de iu.quod est notandum.

20 Quæritur vlterius,† nunquid valeat præceptum factum, nulla præcedente citatione? dic quòd non: quia à preceptis non est inchoandum: imo

imò à citatione: vt in l. prima. C. de excusa. rei iudic. ad instar nostri saluatoris, qui primò citauit Adam dicendo, Adam, Adam vbi es: deinde fecit praeceptum, scilicet, In sudore vultus tui viues. Et similiter de muliere accusata, quia dixit Iesus, Qui te accusant. quasi dicat: Tu non ex citata: & illa dixit, Nemo. Haec vera sunt, quòd non potest incipere à precepto, nisi in praecepto inseratur clausula iustificatiua, si senseris te grauatum compareas.

Additio.

¶Adde de hac clausula, & illius effectu, & operatione, quod no. in trac. clausularum. in clausu. rescriptorum. versi. si senseris te grauatum.

¶Nam tunc talis clausula, habet vim simplicis citationis, & conuertitur in simplicem citationem. Ista est gloss. vnica in corpore iuris. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. no. nun. & ibi hoc tenet Barto. quòd etiam ipse tenet, in l. j. C. de execu. rei iudica. Item tenuerunt Bald. & Ange. in l. ad peremptorium. superius allega. Vnde non omittes singularissimum, quòd vbi ad sententiam diffinitiuam proceditur ante lit. contesta. contra regulam iuris communis. idem in sententia excommunicationis non valet citatio, nisi fiat personaliter. iste est text. in capitu. sacro. de senten. excommuni. Istud est dictum singula. Innocen. in capitu. si aduersarius. supra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. quod est verùm, nisi iste se absentet fraudulenter. vt ad eum perueniat citatio: secundùm Innocen. in loco praeallega. Ita sequitur. Ange. mul-tum not. in l. vt perfectus. C. de anna. excep. Not. etiam, †quòd vbi ali quis citatur, & conuenitur in aliquo loco ratione contractus vel delicti, in quo loco quis aliàs non poterat conueniri; si conuentus excipiat se ibi non contraxisse, iudex antequàm cognoscat de negotio principali, debet ante summariè cognoscere de ista excep. vtrùm contraxit vel ne. Et si actor non potuit probare eum contraxisse, in illo loco: iudex pronuntiabit se iudicem incompetentem. Si autem probatum fuerit se contraxisse, tunc pronuntiabit iurisdictionem suam esse, cognoscendi de praesenti causa: & posteà super principale negotium disceptabitur: secundùm Innocen. in c. Romana. de foro competen. libro. vj. & Bald. in l. ij. C. si contra ius vel vti. publi. †Quaeritur nunquid citatio generalis facta ad totam causam valeat & teneat? doc. tenent quòd sic. ita no. legi. & maximè Barto. in. l. qui ante calendas. ff. de verborum obligatio, sed cano. in capitu. consuluit. de offic. deleg. tenent quòd requiritur citatio specialis ad sententiam, nisi esset citatio quae fieret per archiepiscopum, vel patriarcham in longinquo itinere.

21

22

Additio.

¶Dic in hoc tantùm esse verum, vt etiam si iudex exprimeret aliter, in citatione, quàm ad audiendum sententiam. puta ad audiendum voluntatem, seu intensionem iudicis: sententia esset nulla, tanquàm contra non citatum lata. No. allega. per Lanfran. Anto. de Butri. in capi. cùm cessante. de app. do. de san. Ge. in c. ij. de do. & contu. Feli. in alleg.

alle.c.consuluit.versi.secundò no.secūdùm Inno.de offi.deleg.Adde an & in quibus casibus ad validitatem sentētiæ non requiratur citatio.de qua s. per Ludo.Ro.sing.suo.cccclilij.inci.An valeat sententia.& sing.dclxxj.quod incipit.sæculares.Celsus.

¶Quia tunc non requiritur specialis citatio:secundùm Antonium de Butr.in d.c.consuluit.tamen si citatus ita generaliter comparuerit in iudicio ad vnū actum,debet postea citari ad singulos actus specialiter,aliàs processus valeret.ita tenet Federi.de senis: vt refert Ioan.de Imo.in c.licet causam. s.eod.

23 †Quæro vtrùm subditus,possit citari extra territorium.

Additio.

¶Adde omnino per Alexand.in alleg.l.fi.ad fi.versi.item facit an iudex. cum multis concor.ibi per eum signatis.vbi Barto.& doc.ff.de iurisdi.omni. iudi.& in l.j.§.j.de postu.re.& Bal.& docto. in c.fi.de foro compet.& Cardi.in cle.j.q.ij.de iudi.dicit,quòd citatio potest committi in territorio,& fieri extra si iudex alterius territorij patiatur.cui assentitur Old.consi.lxxxvij. vbi dicit quòd commissio citationis, non potest fieri extra territoriū: sed bene actus nūtij.

¶In hoc articulo fuerunt variæ opinio.Dic quòd vbi sunt dominia distincta,non valeat citatio:vt in cle. pasto. de re iudi.Si autem territoria non sunt distincta, tunc valet: vt in l.omnes.§. aparitor.C.de episcop.& cleri.& ista est sententia Barto.& Ange.in l.fi.ff. de iurisdictio.omni. iudic. Tandem

24 quæritur,†nunquid,valeat citatio facta die feriato,vt quis compareat die non feriato.& est communis opinio quæ est vera.& omnes docto. concordant in hoc,quòd citatio non valeat, si citetur die feriato ob honorem dei. Si autem citetur die feriato ob necessitates hominum tunc bene valet. Ista est sententia Oldra.quam sequitur Barto. in l.j.§.nuntiatio.ff.de ope.noui nuntiatione. eandem sententiam sequitur Bald.in l.fina.C.de ferijs.& text.in l.j. de ferijs.qui loquitur de ferijs ob necessitatem hominum,quæ solummodò consyderant effectum secundum comparitionem, quam, quis non tenetur facere in talibus diebus. Sed l.fin.alleg. suprà resistit actui citandi,& resistit initio.Et ideò nimirùm si non valeat citatio facta die feriato ob honorem dei. Aut quis citatur die non feriato:vt cōpareat die feriato,& tunc non valet citatio:vt in l.ij.ff.si quis in ius voca.Interdum quis citatur,vt compareat infrà quatuor dies.tunc si vltima dies accidat in diem feriatam,bene valet citatio.Item si dicat quòd compareat infra decem dies, vel vsque ad decem dies Nam valet citatio,sed tenebitur comparere proxima die ante diem feriatam.Iste est text.in c.cum dilecti.de dolo & contu.Quod dictum videtur obstare textui.in capit.veniens. de accu. vbi quis fuit citatus, vt debeat comparere ad pasca in die resurrectionis christi:& tamen ibi dicitur, quòd valeat & per consequens non videtur verum quod supra dixi,videlicet, quòd si fiat die iuridica,vt compareat die feriata;quod non valeat citatio. Secundum Oldradum.

Addi

Additio.

¶ Adde quòd Ang.in l.ij.ff.si quis cautionibus.tenuit valere citationē talem: ita quòd alia die seq.teneatur cōpere. Ioan.de Imo.in l.j.C.si plures vna sententē.tenuit expressè oppositū dicēs,quòd talis ad diem feriatā citatus,nullo modo nec illo die,nec alio comparere teneatur.secutus est eū Feli.in c.quòd ad consultationem. ver. obstat secundò text.de re iudica. Item tenuit Guil.de cung.in l.dies festos.nu.j.in ver.dico ꝙ non.C.de fer.& ibi dixi in aposto.ad Bart.nu.ij.ver.vlti.etiam quærendū in apost.in eo.ver.& ibi dixi etiam in addi.ad Bald.nu.ij.ver.quærit hîc Cy.in ver.teneatur comparere.dixi post Dy. qui contra ius.in apost.in ver.sententia.post do.Boerij.post collecta.in c.cōquestus.nu.ij.in ver.ad diem feriatam. de fer.& post Barto.in l.j.§. nuntiatio. nu.ij.in apost.in ver.an citatio.ff.de no ui oper.nuntia.Celsus.

¶ Dic,quòd ibi suppletur dictio vsq;, sed illud est diuinare, vel alter dic: ꝙ ibi loquitur in papa & ipse est supra ius,quia sicut ipse ordinauit ferias:ita potest etiam tollere:quia eius est tollere cuius est condere.vt in l.omni nouatione.C.de sacrosan.eccle.Et hæc omnia prædicta procedunt,de actu citādi. Commissio autem quæ fit nuntio,potest quolibet die fieri. Ita tenet Barto.in d.§.nuntiatio.Bald.autem tenet contrarium.in d.l.fi.sed melior est

5 opinio Bar. † Relationem autē pōt facere nuntius quacūq; die:quia nō requiritur causæ cognitio. Executio aūt sentētiæ pōt fieri in die feriato,ob necessitatem hoīm: vt in c.fin.de iudi.

Additio.

¶ Vide Fede.de senis,in consi.cxxxix. & do.Alexan.de Imol.in consil.cxxx. in iij.parte.Be.Vadus.

¶ Et tenuit Barto.in d.§.nuntiatio.Canonistæ tenent,in d.c.fi.de iudi. In feriis autem ob honorem Dei,nō potest fieri executio.Ita tenet Bart.in d.l.fi.& in l.prouinciali.eo.tit.Idem tenet in l. ij.de feriis.Subiiciens,ꝙ etiam sequestrum potest fieri in die feriato, ob honorem dei,& etiā remoueri. quod etiā remoueri.quod etiam sequitur Bald.in l.omnes.C.de feriis.quod not.

CAP. II.

DE DILATIONIBUS.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *In dilationibus, quæ principaliter spectanda.*

2 *In dilationibus,qui dies computantur. & nu. 14.circa medium.*

3 *Dies impedimēti,in dilatione non cōputantur.*

4 *Diem continuum in quibus spectemus,qui cōputentur.*

5 *In vtilibus diebus,qui insunt.*

6 *Nulla dilatio expectatoria, est peremptoria: secus in dilatione probatoria.& nu.11.*

7 *Quot dilationes ad probandum dari debeant.*

8 *In criminalibus & ciuilibus causis quatenus admittendæ sint dilationes.*

9 *In prima leui causa cognitiōe,quæ requiritur*

10 *Impedimentum quomodo probetur & nu. 12.*

11 *Dilatio data reo,an actori prosit.*

12 *Vbi dilatio datur absenti, debet per iudicem intimari.*

13 *Quæ dilatio,iudicis ministeriū non requirat.*

Dilatio

14 *Dilatio secunda cur detur.*
15 *Vnica dilatio, ad plura probanda dari potest.*
16 *In pecuniarijs causis quot dilationes dentur.*
17 *Post terminum dilationis probatio facta non valet.*
18 *A breuiori dilatione, vtrum appelletur. & numero sequent.*
19 *Consuetudo fori, est iusta causa terminum abbreuiandi.*
20 *Dilatio vbi dari non potest, prorogari tamen poterit.*
22 *Natura verbi, potest.*

1 IN † dilationibus locorum, temporumque interualla, diligentissimè spectanda sunt. argu.c.cùm sit Romana.de appellat.l.nonnunquàm.ff.de iud. Primaque tantùm nisi ob causam peremptoria esse debet.c.dilecti. de dilationi. Qua facta si non comparuerit, aduersarius in possessione mittendus est. c.de illicita.xxiiij.cap.iij. Cùm tamen summum contumacis periculum hîc versetur, videndum est in dilatione sibi concessa, qui dies computentur, ad hoc vt elapsis finibus, verè cõtumax sit.

2 Dies.
- a. Continuus.
- Vtilis. Qui postulat.
  - Iudicis.
  - Actoris.
  - Rei copiam.
  - Partium conuentionem.

3 S I † in ius Cal.Ia.vocatus, aut si quid dari Cal.Ia.stipulatus quis fuerit: si iustum aliquod impedimentum intercesserit, in pœnam non incidit. Non enim dies impedimenti computandi sunt. l.quibus diebus. ff.de condi.& demonstratio.l.j.ff.de in ius vocan.Bald.l.ij. C.commoda.

a [a]CONTINVVS.† In vsucapione dies
4 continuus est.l.iij.ff.de vsucap. similiter in actione de dolo optimum enim est ex eo die, quo se amissum quisque dolum didicisse meminerit, non infra anni vtilis tempus, sed potiùs ex eo die, quo asseritur admissus dolus, infra continuum biennium de dolo actionem moueri. Siue abfuerit, siue præsto sit is, qui se dolum passum esse conqueritur.l.fin.C.de dolo. In hoc continuo tempore, computantur feriati dies: potuit agere, nécne: potuit intendere prætor, nécne: reus conueniri, nécne: præsens sit, vel absens.l.fi.C.de præscript.
5 long.temp. In † vtilibus verò diebus, in primis experiendum est, vt sit facultas agendi.l.quibus diebus.ff. de condit.& demonstrationi. iudicis facultatem habens.l.j.ff.de diuer.& temp.præs. Néue actor quouis modo experiri impediatur. Qua in re cedunt tantùm dies vtiles.l.si seruus.ff.eod. Proinde siue apud hostes sit, l.si seruus. ff.de stipulat.ser. siue reipub.causa absit, siue in vinculis sit, aut si propter tempestatem alicubi detineatur, vt neque experiri, neque mandare possit: in ea causa est, vt experiundi potestatem non habeat. l.sed & si. §.aduersus. ff. ex quib.cau. Quæ sententia, in omnibus bonæfidei possessoribus locũ obtinet: vt in dilationibus

ipsis datis, vtiles tantùm modò dies computentur, incipiantque currere, cumprimùm sciuerit. Ideoque si à te stipuler, ne à me ante Cal.Ia.debitum petas, dies tantùm vtiles computabuntur.l.annus.ff.de calumniat.Quandoque tamen dicitur annus vtilis, in quo etiam feriati dies computantur: non absentiarum, aut minorum ætates. Sicuti annus vtilis qui datur minoribus in quo læsi fuerint.l.j.C.de tempor.in integr.restitutio.

IACOBVS BONIQVR.



DILATIONES. In qua materia præmitto, quòd dilationes aliæ sunt expectatoriæ: aliæ dantur ad excipiendum, aliæ ad reprobandum, aliæ ad agẽdum, & aliæ probatoriæ. de prima loquitur text.in authen.qui semel. C.quomodò & quando iudex. De secunda loquitur tex.in l.Titia.ff.de accusation. De tertia loquitur text.in l.fina.C.qui accu. non pos. De quarta loquitur tex.in.l.j. C.de dilatio.& l.fina.ff.eodem. Circa quam dilationẽ expectatoriam not.
6 secundum Angel.† quòd nulla dilatio expectatoria, de se est peremptoria. Ita tenet Ange.in.l.fina.ff.de feriis. Omnis autem dilatio probatoria, de sui natura est peremptoria: secundum Barto.& Ange.in dicta l.fina.de feriis. Pro inuestigatione materiæ dilationum quæro de pluribus. Et primò† quot dilatio-
7 nes debeant dari ad probandum. Respondeo secundum Bartol.Bald.Guil. & Angel.in dicta l.fina.quòd in causis ciuilibus, non possunt dari nisi duæ dilationes. In causa autem capituli, dantur duæ accusatori, & tres accusato. Iste est text.ad literam, in dicta l.fina.

Sed maxima altercatio inter docto-
8 res insurgit, † Nunquid in causis criminalibus, in quibus nõ ingeritur pœna sanguinis, puta, in causa damnorum datorum, debent dari dilationes, sicut in ciuilibus dantur. videlicet nisi duæ, an sicut in capitalibus. Breuiter opin. tenentium, quòd debeant dari dilationes in criminalibus, in quibus non ingeritur pœna sanguinis: secundum quod dantur in ciuilibus, est verior de iure: sed de consuetudine, quæ est optima legum interpres, dantur dilationes moræ causarum capitalium. Ita tenet Anto.in dicta l.finali.& per consequens in causis damnatorum datorum dantur accusato tres dilationes, & accusatori duæ: & etiam de facto aliàs sic feci seruare. glos.autem in dicta l.fina.ponit duas opin.super hac quæstione, sed finaliter concludit, vt supra dixi. Est aduertendum, quòd in ciuilibus, probato & allegato impedimento, datur secunda & tertia dilatio: sed in criminalibus, dãtur omnes dilationes, etiam nullo allegato impedimento: secundum Bartol.& Bald.in dicta l.fina. Secundò quæro, Nunquid in causis ciuilibus, detur secunda dilatio, sine causæ cognitione? Dico quòd non: imò nulla etiam prima potest esse, sine causæ cognitione, saltem modica dari.

Additio.

¶Quæ autem cognitio præcedere debeat, vide do.Alexand.de Imol.in consil.xlj.in.ij.parte.vbi etiã an & quando dilat

dilatio sit concedenda, & an possit assignari sine causæ cognitione? vide domi. Alexand. de Imol. in consil. cviij. in j. parte. B. Vadus.

¶ Vt in l. j. & in l. à præcedente. C. de dilatio. tamen vbi dilatio nullam vel modicam requirat causę cognitionem, & tractaretur de leuissimo præiudicio: posset dari dilatio à iudice non sedente, aliàs secus. Ita dicit Ioan. de Imo. in c. præstereà. supra de dilat. sed differentia est in dando primam dilationem in ciuilibus, & in dando secundam. Nam datur prima dilatio, cum leui causæ cognitione: secunda autem requirit magnam causæ cognitioně. Et ideò quæ-
9 ro † quæ requirũtur in prima leui causæ cognitione, ad hoc vt iudex debeat dare primam dilationem? Ang. qui melius cæteris dicit in hoc articulo, quòd tria copulatiuè requirũtur, ad dandam primam dilationem. Primò quòd considereretur distantia loci: vt in l. j. C. de dilat. Secundò quòd iudex aspiciat, an probatio releuet probantem.

Additio.

¶ Vide pro hoc dicto, glo. sing. secũdum Bal. ibi, in c. cùm contingat. de offic. deleg. quem ad hoc refert & sequitur An. Corse. sing. suis, in vers. iudex. incip. iudex non debet admittere. Quod an sit verũ indistinctè vide And. Barb. in alleg. c. cùm contingat. Celsus.

¶ Aliàs dilationem concedere non debet: vt in l. ad probationem. C. de probat. Tertiò quòd non petatur, per euidentem calumniam. Item requiritur, ꝙ petatur, à parte dilatio, aliâs dari nõ debet: vt in l. j. C. de dilat. in verbo, postulantis. vbi tamẽ vtraque pars esset præsens, potest dare iudex dilationẽ etiam nemine petente. si autẽ altera pars esset absens, tunc non posset dare ipse iudex dilationem, nisi parte præsente & petẽte: ita tenet Bald. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduoc. vbi autem datur secunda dilatio, tunc omnia ista requiruntur, & vlterius requiritur, quòd ille qui habuit primam dilationem & non probauit, probet de impedimento. Sed
10 modò quæritur, † qualiter probetur impedimentum? Specu. in titu. de dilatio. §. & cùm postulamus. & Iacob. de Aret. & Cyn. in l. j. C. de dilatio. tenuerunt, quòd per solum iuramentum probatur impedimẽtum. per text. in c. quia propter. de electio. §. illud. & per text. in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tutor. Alii autem dixerunt requiri plures probationes. Bal. Bar. & Ang. in d. l. fin. concludunt in hanc sententiam, quòd si impedimentũ non potest de facili probari, tunc sufficit solum iuramentum: vt in iuribus. supra alleg. dummodò iurans sit persona honesta, & fide digna. arg. l. non omnes. §. à barba. ff. de re milit. vbi autem potest de facili probari, tunc debet probari per testes: ita tenet Bart. in l. ij. §. quod dixim⁹. . si quis cau.

Additio.

¶ Vbi vide do. Alex. de Imo. & Oldr. in consi. ix. & Bar. in consi. incip. ex facto proprio. B. Vadus.

11 † Sed (vt ampliemus reg. nõ licet.) pone quòd data est accusato dilatio, nunquid in illa dilatione data accusato, poterit accusator probare? Respondeo quòd sic: quia vbicũque est data dilatio

terminus est communis vtrique parti: ita quòd quilibet potest in illo probari.

Additio.

¶ Vide Feli.in c.prudentiam. suprà de mu.peti.Melius per eundem,in c.de te sta.in primo not.& ibi etiam per Abb. versi.quæro pro declaratione. & quod posui in addi.ad eundem Abb.de testa. vbi concludit prout l.quòd si pars vna renuntiaret dilationi ad producẽdum testes,quòd nihilominus pars quæ non renuntiauit,poterit alios producere:vt no.Bar.in l.j.§.renuntiatio.in vers.sed nunquid.C.de temp.in integ.restitu.& clarius per Bat.in.l.petendæ.& per Lã fran.alleg.& quam ita limitabis, dum dicit quòd dilatio vni parti data,est cõ munis vtriq;.ita no.Feli.vbi suprà.De bent igitur cauti aduocati renuntiare nunquam dilationi,nisi & pars aduersa etiam renuntiet. de quo dixi post Bal.in l.quod fauore.nu.2.in apostil.in in versi.dilatione.C.de leg.& in l.petẽ dæ.nu.5.in vlt.no.in ver.dilatio est cõ munis.C.de temp.in integ.rest.pet.

¶ Iste est tex.in l.petendæ.in fi.C.de tẽ po.in integ.restitu.peten.sed si ille cui est data dilatio re integra renuntiet dilationi,aduersarius non poterit probare.vt est text.notabilis & optimus in argu.l.si iudex circunuento.ff. de mino. Quod autem,suprà dictum est, videlicet nullam dilationem expectatoriam,fore peremptoriam: fallit vbi est data dilatio præsenti consentienti: quia tunc talis dilatio est peremptoria: adeò quòd nulla alia dari potest. Item si detur absenti dilatio,& respondeat inde venire: talis dilatio est peremptoria:ita not.singulariter Ange.in
12 l.fin.ff.de feri. Not.etiam†quòd vbi dilatio datur absenti,debet per iudicẽ intimari,quòd talis dilatio tali absenti data est.secundum Bald.in l.j.in fin. C.de tempo.appella.Item si dilatio est data absenti.iudex potest de facto pro absente supplere:vt est in causa appellationis:vt in.l.ampliorem.in princip. & ibi glos.C.de tempa.appella.idem si detur absenti.& ei personaliter intimetur termini assignatio:secus est si intimetur ei ad dominum:secundum Bal. in authen.ei qui.C.de tempor.appell. Nam tunc debet adiici verbum,peremptoriè.vel debent interuenire tres citationes:secundum Bald.vbi suprà.

Istud est etiam singulariter attenden-
13 dum,†quòd omnis dilatio quæ datur à lege,vel à statuto,non requirit ministerium iudicis,& est peremptoria: vt in l.mancipiorum.ff.de optione legata.& in l.peremptoria.C.senten.rescin. non poss.Istud est dictum singulare Ang.in l.fina.ff.de feri.Exemplum est in appellatione.Nam lex dat.x.dies ad appellandum,ideò non poterit elapsis.x.diebus alius terminus assignari. Est quoque illud dictum singulare & menti tenendum:videlicet,si quis probauerit intentionem suam per testes,vel ex communicationem,vel aliud simile: & perdiderit acta,etiam si casum probaret,nulla est amplius danda dilatio.ita singulariter inquit Innoc.in c.prudentiam.de ofic.deleg. Quæro vlterius,
14 †qualiter detur illa secunda dilatio, & propter quid detur.Respon.nam dilatio secunda datur solummodò respe

ctu

ctu tẽporis,in quo fuit impeditus:& respectu eius rei,in qua fuit impeditus: & ideò si fuit impedit⁹ producere vnũ testẽ,quia procurauit quantùm potuit in prima dilatione,vt haberet istum testẽ,certè dabitur dilatio noua, ad producendum illum testem, & non alios, quos non procurauit in prima dilatione producendos.

Additio.

¶ Adde do.Feli.latè in c.vltra tertiam ver.no.vlt.de testi.& ibi limitat dictũ istud.Celsus.

¶ Iste est tex.ad literam, secundum Iaco.But.in l.admonendi.in tex.ibi,quibus solis vsurus sit. de iureiur.Similiter si fuit impeditus duobus diebus,dabitur mihi noua dilatio ad duos dies:secundum Bar.& Ang.in d.l.fi.Si tamen non staret per partẽ,quominus faceret suas probationes in prima dilatione, sed staret per iudicẽ:quia non redderet ius in illa die,tunc non est danda noua dilatio,sed debet restitui ad tempus amissum:vt in l.sed si praetorẽ.§. ꝙ si feriae.ff.ex quib.cau.ma.in integ.restitu.

Illud etiam addo.ꝙ vbi dilatio data est ad probandum,vel ad aliud faciẽdum:cõputantur in dilatione etiã dies feriati:vt si est data dilatio .x.dierũ ad probandum,vel ad aliud faciẽdum: & si in his.x.diebus interueniant duae festiuitates:certè festa connumerabũtur: vt est tex.in l.siue pars.in fi. C.de dila. & est ratio duplex.prima quia cui est data dilatio,poterit prouidere,ne inciperet in diẽ feriatam:vt in d.§.ꝙ si feriae.Alia ratio est,quia terminus in dubio est continuus:secundum gl.sing.in l.de diuer.& tẽp.praescrip.& ideò cùm sit continuus,feriae connumerabuntur secundum Bal.in l.j.C.de ferij.verum tamẽ si data est dilatio à lege,vel à iudice,vel per rescrip.principis,quae dilatio absorberet maiorẽ partẽ termini propter multitudinẽ feriarum,ita ꝙ feriae essent tot,quòd absorberent maiorẽ partẽ dilationis:tũc feriae de medio excluduntur:ista est doctrina notabilis Hosti.in c.licet causam.ĩ.eo.tit.pone exemplum,Princeps prope festa natalia scriberet potestati suo, ꝙ terminet talem causam infra.xv.dies:modò.xv.dies immedietatẽ sunt feriati:nunquid expirabit iurisdictio?certè non licet Bal.distinguat in dilatione data à lege,seu à principe:quia si à principe, tunc connumeratur tẽpus feriarũ:aut tẽpus est datum à lege,& tunc verũ dicit Hosti.Ita dicit Bald.in l.si quando C.de testi.& pro hac allegat text.in l.pia.de excep.lib.vj.ille tex.nihil facit: & ideò sentẽtia Hosti.mihi placet indistinctè tanquã verissima.& moueor cõtra Bal.in eo ꝙ dicit,si est data dilatio à principe,connumerantur dies feriati.&c.Nam princeps verisimiliter scit dies fore feriatos:nec potest ignorantiam praetẽdere,cũ sit publicũ,& cõmuniter scitur.l.si pupillus.§.proscribere ff.de iniur.& gl.singul.in.l.si ,tutor qui petitus.C.de peri.tu.hoc praesupposito si nos volumus dicere ꝙ si voluerit procedi in his diebus tale praeceptum, est impossibile:de iure ergo nullum.vt in l.fi.ff.quę sentẽ.sine appel.rescin.& est regula iuris, Impossibilium nulla est obligatio modò est regula iuris,ꝙ semper debemus interpraetari actum in il-

Iam partē, vt potius res valeat, quàm pereat: vt in l.quoties.ff.de reb.dub.ergo debemus interpretari ꝙ intellexit de xv.diebus, non feriatis. Et si dicatur principē voluisse, ꝙ in illis feriis procedatur.& sic videtur sustulisse dictas ferias. Respondeo hoc non potest esse, quod princeps de sua potestate, ferias ob honorem Dei inductas, à summo pontifice destrueret: seu tolleret: vt in c.fin.de feriis. quia clarum est: quòd summus pontifex maior est omni principe: vt in c.per venerabilem. qui filij sint legiti.

Additio.

¶ Et an sit superior imperatore remissiue vide Feli.in c.nouit.in versi.in gl. ij.ad fi.versi.B.Vad.

¶ Et ita concludo vna cum Hosti. Et si aliquis dicat, illud quod dicit Bal.procedit in summo pontifice, adhuc dico, quòd non est verum. Nam hoc non potest papa de ordinaria potestate; vt in d.c.fi.de feriis.de absoluta verò potestate potest. quia eius est tollere, cuius est condere: sed per solas illas literas, in quibus dicit quòd vult quòd causa terminetur infra xv.dies: non videtur vti absoluta potestate. ergo &c. probo, quòd non dicatur vti absoluta potestate: quia nunquā princeps, vel summus pontifex dicitur facere factum de absoluta potestate. nisi quando ponitur in rescripto illa clausula. Nō obstante tali lege: vel ponaā clausula scilicet. Ex certa scientia, vel proprio motu. ita dicit Bal.in l.testamentum non iure factum.C.de testa.& in.l.fi.C.de senten. rescind.non posse.& ideò posset dicere verum Bal.hoc casu, quando papa posuisset in suis literis Non obstante lege tali, vel statuto, vel motu proprio, vel clausula ex certa scientia. Istud
15 est etiam notabile, †quòd potest dari dilatio vna, ad probandum plura capitula simul cōpassibilia.& pendente dilatione super vna, poterit super aliis ꝓcedi: vt est textus l.generaliter.§.pen. C.de rebus creditis. Si autem essent capitula incompassibilia, nō posset dari vna dilatio simul adinuicem, imò debet singula dilatio singulis capitulis exprimi. Ita intelligitur tex.in l.fin.ff.de fer.& pendente dilatione super vno c. debet conquiescere iudicis officium super aliis capitulis: vt est text.in l. siue
16 pars.C.de dilatio.† Item est illud pro veritate tenendum, quòd in causis pecuniariis, quatuor possunt dari dilationes.

Additio.

¶ Imò videtur vnica tantū vt no.in c. vltra tertiam.ver.no.quartò.de test.de cuius veritate, vide ibi qualiter intelligatur.B.Vad.

¶ Prima scilicet, cum leui causæ cognitione: vt in alia lectione dixi. | Secunda & tertia, cum maiori causæ cognitione: quia debet probari impedimentum: secundum ea quæ.s.dixi. Quarta autem non potest dari, nisi seruata solennitate iuris: vt in authen.at qui semel.C.de probatio. ita tenet Ang.in l. fin.ff.de feriis. Sed generaliter istud
17 menti teneas, †quòd quamuis sit data & cōcessa dilatio ad probandū: elapso termino si fiat probatio, non valet, neque tenet.

Addi

Additio.

¶ Neque tenet. Adde ad hoc do. Peli. in c. licet ver. limitatur tertiò, nisi terminus isto ti. de probá. vide quæ no. Iac. Rebuf. in l. si tempora. nu. 1. & in additi. meis. ibidẽ. C. de iur. fis. lib. x. vbi remisiuè examinaui hunc arti. Celsius.

¶ Ita tenet Ang. in d. l. fina. Præterea
18 quæritur, † nunquid à nimis breui dilatione posset appellari? Respondeo, quod sic, à duobus interuenientibus copulatiuè si terminus est nimis breuis, & si sit peremptorius.

Additio.

¶ Adde Pau. de Ca. idẽ tenentẽ, in consi. xxv. Tu vide de hoc omnino per Bal. in l. ij. C. de epis. audi. ver. sed hic quæritur. Bar. in l. ij. ver. tertiò principaliter est videndũ. ff. de app. recipiẽ. Bal. in l. j. in tertio no. C. de dila. & in c. j. de mili. vasal. qui contu. est & in c. pastoralis. §. fi. ver. quæro iudex. de offi. deleg. & in addi. ad Spec. in ti. de app. in vers. sed an à breuitate. & Pau. de Ca. consilio mihi xxv. vbi no. quod sic. an vero à nimis lõga dilatione posit appellari. vide eundẽ Bal. in cõtra alleg. l. ij. ver. alterius. xij. quæritur. C. de epi. aud. Cel.

¶ Si autẽ terminus breuis est non peremptorius: tunc non posset appellari à nimis breui dilatione: ita tenet no. Io. And. in c. j. s. de dilatio. & ibi probatur
19 in tex. & in ita † causa abbreuiãdi terminũ est consuetudo fori. secundũ Ant. de Bu. & Io. de Imo. in loco præalleg. Idẽ si esset res tẽpore peritura, vel esset causa alimentorum: vt no. Barto. in l. ij. de re iudi. Limitantur tamen supradicta, videlicet vbi dicitur, quòd ad hæc vt posit appellari à nimis breui dilatione, requiritur quòd sit terminus peremptorius: quia etiam vbi terminus non esset peremptorius, sed adeò esset breuis, quòd non posset quis infra eum cõparere. quo casu etiam appellari posset: secundum Doctor. in dicto c. j. Eodem modo potest appellari à nimis lõga dilatione: & multò magis à denegata: secundum Bald. in l. j. C. de dilatio.
20 Finaliter vnum non omitto, † quòd licet dilatio non posset dari, nisi vt suprà dixi.

Additio.

¶ Adde an alias data valeat. Barto. in l. hæc stipulatio. §. diuus. ff. de legi. notat Pau. de Ca. in l. fi. ff. de fer. Bal. in l. fi. §. & hic quidam. C. de iure delib. & in l. j. & ibi Bar. C. de dilat. eundem Bar. consi. suo incip. super petitione cuiusdam. & Alex. consi. xlij. in fin. volu. iiij. & de hoc dixi in stilo parla. noua. titu. de defectu super act. reali. versicu. itẽ præmissa.

¶ Tamẽ poterit prorogari. Ita tenet gl in l. fina. ff. de fer. quam sequuntur Docto. & illa non erit noua dilatio, sed erit prima prorogata. Nam differentia est inter nouam dilationem, & prorogatam: & differentia inter aliquid de nouo facere, & aliquid prorogari: Nam prorogatio debet fieri antequam primum tempus dilationis sit finitum. Tẽpore autem toto finito, tunc non poterit habere locum prorogatio, sed erit noua dilatio: vt tex. est in l. sed si ma-
21 nẽte. ff. de precario. † Adeo in eo quod dixi impedimentum probari per iuramentum

mentum,& sufficere ad dandum secundam dilationem: vt supra dixi quod vbi semel est probatum impedimẽtum per iuramentum, si interim allegetur illud impedimentum: ita singulariter notat Ange. in lege finali.ff.de ter.pro quo est text.in l.fin.de bonis auth.iudici.pos. Item in eo quod dixi, secundam dilationem dari debere probato impedimento: vt supra dixi, & aliis requisitis: si data fuerit dicta secunda dilatio, non adhibita causæ cognitione: videlicet quòd non est probatum impedimẽtum, nec valet talis dilationis assignatio: & pro hoc est text. in l.fin. ff.de fer. In text.ibi, plusquam semel tribui non
22 potest.† Nam verbum, potest, cui præponitur negatiua, inducit necessitatem Ita tenet glo.in c.j.de reg.iur.lib.vj. ita determinat Bar.& Ang.in l.fi.supra alleg.quod bene not.

Additio.

¶Adde Feli. in c. quantò de præsump. quòd licet præcedat negatiua, non tamen semper importat necessitatem. de quo per Barto.in l.iij.ad princip. C. de pig.& in l.fi.in.ij.q.ff.de fer.& in l.Gallus.in princip.versic.quandoq; verbum potest.ff.de libe.& posthu.& in l.creditores. nume. iij.& ibi posui, in addi. ad ipsum.in versi.de dictio potest in repe. dicti legis primę. C. de pignor. dixi in apostil.ad Dynum. in reg. beneficium. post Dominũ Boerii. in versicu. potest post Collec.in cap.at sit clerici. numero sexto in versiculo dictio potest. vbi dixi in apostill. ad Panor. post Eneam falco nu.xx.ver.sed quęro an episcopus in ver.potest.de iudi.& de hoc no.Corse.sing.suis.in ver.potest.incip.verbum potest.Celsus.

CAP. III.

DE RECVSATIO.

SVMMA CAPITA.

1 *Recusatio in scriptis facienda.*
2 *Absentiarum multa genera.*
3 *Contumax quibus modis quis dicatur.*
4 *Iudicium quibus præsentibus ferendum sit.*
5 *Exceptio recusationis, quando locum habeat.*
6 *Arbitrator seu merus executor, non potest tanquàm suspectus recusari, arbiter, consultor, assessor seu notarius vtiq;.*
7 *Iudex quando suspectus recusetur.*
8 *Allegans suspitionem, tenetur iurare.*
9 *Debitor solo iuramento creditoris suspectus, an detineatur in carceribus.*
10 *Debitor vbi contraxit conueniendus est.*
11 *Debitor pauperrimus, tanquam suspectus detineri non potest.*
12 *Quando non sit locus euictioni aduersus venditorem.*
13 *A sententia arbitri, vel arbitratorum an appelletur.*
14 *Quæ sint causæ legitimæ recusandi iudices suspectos.*
15 *Quis cognoscet de causa suspitionis.*

1 SIVE †recusetur iudex, siue aduersarius propter absentiam: in scriptis recusatio facienda est. c. secundò requiris.c.cùm speciali de appella. Qua opposita vlterius super principali procedendum non est. Verùm cùm multis modis quis absens dicatur: quæ iustam recusationis causam, & quæ non præbeant, videamus.

Non

2. Absentia.
- a. Contumacis.
  - Non veniens.
  - Ocultans.
  - Citationem impediēs.
  - Non exhibens.
  - Non respondens, vel restituens.
  - Recedens.
- b. Voluntaria.
- c. Probabilis & necessaria.
- d. Probabilis tantùm.
- Necessaria tantùm.

3 CONTVMACIS.† Vt quis in ius vocatus, non paret. c. ex literis. c. cùm dilecti. ext. de dolo & contu. Aut malitiose sese occultat, impeditve quò minùs ad eum citatio deferatur. c. quoniam. §. porrò ext. vt lit. non contesta. v. q. j. c. quidam. ff. de euict. l. si dictum. §. si pręsente. Si non respondeat, vel recedat, cõtumax est. l. si creditor. §. j. ff. de appell. Et meritò non auditur. l. & post. §. fi. ff. de iud. Ex tempore tamen aduenit, si iudice sedente pro tribunali interfuerit. l. Diuus. ff. de in integ. resti. Non exhibens. Iussus à iudice, aut se aut alium exhibere posteà neutrum exhibet, seq; non pariturum respondit, contumax est, cui vnica sufficit denunciatio. l. Fulsinus. §. fin. ff. ex quib. cau. Denegandumq; appellationis auxilium ei est. Non respondens, vel restituens. Qui apud prætorem tacuit, in ea causa est vt instituta actione insolidum conueniatur: cum non respondens, contumax sit. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. ac. Generaliter sciendũ est quòd aut quis neget, aut interrogatus taceat, obscuré ve respondeat, vt incertum dimittat interrogatorem, aut in iudicio vocatus recedat, pro contumace habendum esse. Et meritò in iudicio recusabitur. c. prout. ext. de dolo. xj. q. iij. certum. extra de procura. c. constituti de iudi. cap. primo. Additur quandoq; fictus contumax. Sicuti is est, qui se venturum dicit nec venit. Cui tertiò nunciandum est. l. contumacia. §. j. ff. de re iudi. Sin non inueniatur? Sunt qui putent, contumacē fieri non posse. l. j. §. j. ff. quę senten. sine appel. Quidam probant sufficere, si domi nunciatum sit. ar. l. pe. in fi. C. de annа. excep. l. iiij. §. abesse. ff. de dam. infe.

b [b] VOLVNTARIA. Voluntarius absens sine contumace, est mercator, qui in nundinis proficiscitur. Qui minimè restituendus est cùm ne per sententiam quidem lędi posit. l. de vna. ff. de re iudi.

4 † Præsentibus enim illis quorum interest, iudicium ferri debet

c [c] PROBABILIS & necessaria absentia. est militia. Ideoq; in integrum miles restituit l. quia absentes. ff. de procurat. l. ab eo. C. quomo. & quan.

d [d] PROBABILIS, tantùm est studium lege nec non. ff. ex quib. cau. Necessaria tantùm. Nõ enim

 negli

negligentibus subueniendum est, sed necessitate rerum impeditis.l.nō enim ff.ex quib.cau.Vt sunt relegati, quibus causa cognita subuenitur. Vt si procuratorem relinquere non potuit: aut reliquit, sed moritur.l. sed & si.ff.ex quibus caus.

IACOBVS BON IOVR.



RECVSATIONES Quia facta citatione, datur dilatio aduersario ad probandum: in qua comparatione, recusatur plerunq; iudex,tanquam suspectus. Sequitur in ordine de materia recusationis, debet opponi ante lit.contest.vt in lege apertissimi.C.de iudi. Plus dico, quòd debet esse prima exceptio, quæ opponatur,adeò quòd si alia opponeretur, non posset posteà opponi illa: quia per oppositionem alterius exceptionis, videtur consensisse in iudicem. Ita tenet Innoc.in c.inter monasterium.infra de re iudi.Idem tenet Barto.in l.quidam cōsulebat.de re iudi. hanc eandem sententiam tenet Bald.in l.fi.C.de iudi.verūtamen si plures exceptiones simul forent oppositæ,& in ordine litere alia exceptio quàm recusationis foret prima: puta, quia sic agens non potest stare in iudicio, quia minor, vel quia infamis, seu infans.Item dico quòd vos domine iudex,non estis iudex competens. Item dico quòd habeo vos iudicem pro suspecto,tamen valeret, intelligitur preposita exceptio recusationis, non atten to ordine literæ:vt in l.tale. in prin. ff. de hære.insti.ita tenet Barto.& Bald.in locis prælleg. Interdum tamen potest opponi exceptio recusationis post litem contestatam.

Additio.

¶ Tu dic quòd quamuis ista exceptio, debeat prior apponi:secundum Doctrinam glo.& doct.in c.pasto.de except.& in fi.& doct.C.eo.ti. Si tamen aliæ exceptiones omittantur,& ista per errorē omittatur:non videtur consentire in iudicem.& ita not. Barto. in l. fideicommissum.§.quoties.ff.de iudi.quod limita,secundum Pau.de Castr.consi. cxlij. vnde doct.in l.si per errorem.per illum text.ibi nisi valebit:quòd actum est. ff. de iur.om.iud.dant vnam cautelam, vt reus conuentus coram incompetenti iudice, nihil dicat: donec ad finem processus,vbi excipiat de incompetētia iudicis:quia hoc modo poterit trahere actorem ad concordiam,quia potest ista exceptio incompetentiæ opponi quandocunq; prout not. Bal.in l. exceptionē nu.xv.& ibi posui in apostil.ad ipsum, in ver.incompetentis.C.de proba.& illam cautelam ponit.Cyn.in l.vnica.C. vt quæ desunt aduoca.licet dicat ibi ab ea esse abstinendum in foro pœnitētiæ & Gerar.de petra insecta sing.suo.l.incip.not. pulchram cautelam.& ibi posui,in addi.ad Dy.post do.Bern. in reg. ea quæ sunt.in apo.in ver. si à non competente iudi.Celsus.

¶ Videlicet quando suspitio est orta post litem contestatam:vt est text.in l. non distinguemus.§.cùm quidam.ff.de arbitr.Facit etiam textus in lege Iulianus. ff. de iudici. Ita tenet. Angelus in lege finali. C. de iurisdictio. omnium iudicum.

Addi

Additio.

¶Imò etiam post conclusionem in causa.vt not.do.Abb.in c.pasto. versi. item requiritur.& ibi not.in addi.ad eum.de exceptio.d.de sancto Ge.in c. iudex. de offic.de leg.lib.vj.& Felin.in c.pastora. versi.excipiuntur certi casus. & quis dicatur suspectus. & quæ sint istæ suspitionis causæ. Vide per do.Philip.Deciũ consi.lxxv.Celsus.

6 †Est tamen notandum,quòd arbitrator non potest tanquam suspectus recusari? Arbiter autem de iure sic.Ista est sententia Guil.de Cug.in l. si quis ex consensu.C.de episc.audi.Item merus executor non potest tanquam suspectus recusari:vt est casus,in c.nouit.de appell. secus est in mixto executore : vt ibi tenet glo. Consultor autem & assessor tanquã suspecti possunt recusari : quia ex eo apparet assessor, debet esse confidens vtriq; parti.vt est tex.in c. statutũ §.accessorem.de rescript.in. vj. Item notarius examinator testium,potest tanquam suspectus recusari.

Additio.

¶Sed quid si iniustè recusatus fuerit pro suspecto ? dic quòd posset agere actione iniuriarum:Bal.in c. super quæstio.de offi.deleg.

¶Ita tenet Bald.in l.apertissimi. §. sæpè.C.de iudi.gl.est sing.in auth.de trié.

7 & semis.§. quoniã sæpe.† Iudex autem ordinarius de iure ciuili non potest tan quã suspectus recusari : sed si appareat suspectus,sibi est episcopus associandus vt in auth.si contigerit. C. de iud.fallit in casu sing.l.j..C. si quacunque prædipo.Et sic remanet conclusio quòd solus delegatus & arbiter possunt tanquam suspecti recusari. Itẽ potest ordinarius recusari rõne præcedẽtis aduocationis.

Additio.

¶Adde an & per quos casus & causas, possit iudex vt suspectus recusari : per Spec.in tit.de positio.§.vij.vers. quid si pones.melius per Philip.Frã.in ti.de appel.c.postremò.vbi ponit.xl.causas propter quas potest iudex vt suspectus recusari:& inter illas ponit, quòd si aduersarius meus pendente agitatione causæ meæ loquatur ad aurem iudicis, potest vt suspectus pro me recusari talis iudex alleg.dictum sing. Spe.vbi supra quem secuti sunt do.Anto.& alii doct.in c.accedens.vt lit.non contesta.allega. illud pro sing.Roma.sin.suo.clix.incip.nunquid si aduersarius.Quod tamẽ id specula.limit.paulòpost,non procederẽ:si iudex reuelabit parti quòd sibi ab altero secretò fuit collocutum. & de hoc per Panor.in c.causam.num.ix.& ibi posui in addi.ad ipsum in versic. recusari.:infra de iudi.Celsus.

¶Item vbicunq; est suspectus, eò quòd non est verisimile,ꝙ esset sibi cõtrarius vt in l.eos.inprin.C.de app.ita no.Bal. in l.apertissimi.De iure cano. siue ordinarius,siue delegatus,tanquam suspecti recusari possunt. Ita probatur in cap. suspitionis.de offic.deleg.& in cap.cùm speciali. de appellat.& in capit. requiris.eodem titu.in vj. & in cap. tertio de foro competenti. Est & alia maxima differentia inter ius ciuile & canoni, in hac materia recusationis. Nam de iure ciuili, sufficit allegare suspitionem, & sic

& se habere aliquem iudicem suspectũ, nec requiritur, quòd exprimatur causa suspitionis: vt est textus in l. apertissimi. in verb. putant. C. de iudi. Est & sententia communis legistarum, licet aliqui teneant contrarium. vt not. glos. in d. l. apertissimi. communis tamẽ opi-
8 nio est: vt suprà, dixi. † sed allegans suspitionem, tenebitur iurare: prout not. gloss. in dicta l. apertissimi. notat etiam Barto. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. Idem tenet Bald. & Ange. in d. l. apertissimi. & dicta recusatio est proponenda in scriptis, & dirigenda iudici recusato, si est præsens: si autem est absens eius superiori, vt dicimus etiam in appel. vt est text. in d. l. apertissimi. coniuncta. l. fin. C. de iudi. quia recusatione porrecta infra triduum, eligi debent arbitri, qui cognoscant de causa principali. Et si partes non fuerint concordes de ipsis arbitris eligendis, ipse iudex eligit. d. l. fin. & sententiam latam per ipsos arbitros iudex recusatus mandabit executioni: vt in d. l. fi. & si prouocatum fuerit, non appellabitur ad recusatum, sed ad delegantem, qui delegauit recusatũ: vt in d. l. fin. isto modo est practica iuris ciuilis. Ex qua colligitur suspitio probatur per solum iuramentum. quòd est verum: secundũ Bald. in d. l. apertissimi. vbi quis non tenetur allegare causam suspitionis: vt patet ex præcedentibus. Sed vbi quis tenetur allegare causam suspitionis: vt tractatur de magno præiudicio, nõ sufficit iuramentũ: imò debet summatim discuti per testes coniuncto iuramento. Et per hoc infer-
9 tur ad quæstionem quotidianã. † Pone, quis petit suum debitorem debere detineri, quem suspectum habet: nunquid stabitur suo iuramento. allegando ipsum suspectum. Bald. in d. l. apertissimi. determinat quod non. idem tenet Angel. in l. si ab arbitro. §. qui ex cau. ff. qui satis. cog. qui dicit se multos incarceratos fecisse relaxare. quia sæpè imperiti iudices, imperitiã aduocatorũ insequentes, faciunt detineri debitores: tamen creditores solùm allegant suspitionem suo iuramento: quod non sufficit. imò requiritur quòd seruetur ordo infrascriptus. Primò requiritur quod cõstet de debito, & sic sit liquidũ: aliàs nõ potest fieri incarceratio. iste est tex. in l. j. C. de prædi. cu. li. xj. Secundò requiritur ꝙ iste probet suspitionem per duos testes summariè. nec requiritur: secundũ Bal. in authen. ei qui. C. de bo. authen. iudi. pos. ꝙ in delatione iuramenti testium, citetur aduersarius, ne instruatur fuga debitoris: facta fide de debito, posteà interuenire debet iuramentum. Item requiritur, ꝙ ista suspitio sit causata de nouo. Nam si ista suspitio suberat tempore debiti, nihil fie-
10 ri potest. † Et ideò si quis contraxerit cũ forense. sed posteà veniat ad terram debitor, & dicat creditor. Domine iudex, habeo debitorem hîc, quem vellem detineri: non poterit hoc, quia impute-
11 tur sibi quòd contraxit cũ forense † Itẽ si tempore contractus debitor erat pauperrimus. nam tunc si tanquã suspectũ de fuga vellem detineri, facere non possem. text. est in l. si ab arbitro. §. qui ex causa. ff. qui satis. cog. & in l. qui bona. §. de illo. ff. de damno infecto. Requiritur ergo, quòd ille qui vult facere detineri suum debitorẽ tanquã suspectum, prob

probet quòd tempore dicti debiti contract. stabat in hac terra. & nunc stat in territorio forensi: & si hoc allegat, causam suspitionis, allego, quia forensis.

Additio.

¶ Adde quia iste videtur sentire ꝙ aliquem esse forensem, sit iussu causa suspitionis. tu iudex cui propter tales, aut alias causas petitur debitorem suspectum de fuga tuo precepto detineri: dic breuiter tunc demum te id posse, si infrascriptæ conditiones concurrant. Primò si allegatur aliquis forensis ad hoc vt possit sola illa occasione capi, requiritur ꝙ in loco quem inhabitat, nō possideat immobilia: tunc enim non videretur suspectus, per ea quæ habentur in l. sciendum. §. possessor. ff. qui satisf. cog. & in. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in frau. cre. Itē ꝙ tempore cōtracti debiti, non erat forensis: ita Bart. in l. si creditores. ff. de priui. cred. aliâs videretur eius personam à principio approbare. vt not. idem Bart. in supra alleg. §. debitorem. In aliis verò allegata suspitio per duos testes saltem probetur: & esse de nouo exorta, puta, quòd tempore debiti contracti erat diues, & nunc pauper. aliâs secus: vt suprà proximè dixi. Ita not. Ang. in l. si ab arbitro. ff. qui satisf. cog. vbi dicit se ita fecisse destrui mille capturas debitorū. Idē in l. nemo carcerem. & ibi not. in addi. ad Iaco. Rebuffi. C. de exac. tribu. & Imo. in princi. ff. solu. matrimo. Alexā. de Imo. consi. xix. incipien. viso processu capturæ. volu. iij. Ange. Are. Insti. de act, in princip. Roma. consi. cccxx. incip. hæc istorumcunque captura. Dominus Philip. Decius, consilio. lxxv. incipien. diuino &c. & pro tenui &c. quod si non fuerit ante capturam probatum, & articulatū, est ipso iure captura nulla: quamuis postea probetur: vt plenè per Roma. in consi. cclj. incipien. spectabiles domini. Nec probatur suspitio ꝑ solùm iuramentum, sed per duos testes ad minus. vt præmisi, saltem per coniecturas debet probari suspitionis causa: vt not. Bald. & Angel. in l. apertissimi. C. de iudic. vbi instituit idem Bald. iudicem, vt sit cautus ad interrogandum de qualitate causæ, & de causa suspitionis. & idem Ange. & Imo. in l. qui bona. §. qui damni. ff. solu. matri. & Bald. in terminis concludens, quòd per solum iuramentum suspitio non probetur. in l. creditor. ff. si cert. pet. & ista est communis opi. licet aliqui contradicant. vt not. domi. Decius consilio, suprà allega, lxxv. ver. iiij. hoc deducitur. & magnus practicus Angel. Are. instit. de authen. in princip. vbi inquit ꝙ cùm agatur de graui præiudicio propter verecundiam debet probari suspitio fugæ per duos idoneos testes. Idem etiam voluit Bald. ff. solu. matri. quem sequitur Alexan. de Imo. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cog. Paul. de Cast. consili. xxxxvij. incipiē. pro pleniori examine. & do. Ioan. Bapti. in trac. de debi. fug. in vj. q. princip. Item debet esse debitum clarum, & liquidum: vt Bal. in d. l. apertissimi. ad fin. tenuit expressè. Item ꝙ probetur dictum debitum per publicū instrumentū: vt voluit do. Mat. in tract. suo de carcere. vbi hoc probat: vel saltē (vt humanius loquamur) ꝑ testes, aut instrumentū. ita dicit Ang. in d. l. si ab arbit

arbitro.§.fin.ff.qui satisda.cog. vbi dicit cautum esse debere aduocatum in fidem faciendo de debito per testes, vel instrumenta.& idem tenet Ange.in supra alleg.l.nemo.dicens debere talem probationem fieri quæ ad condemnationem sufficeret.quos secutus est do. Io.Bap.in loco suprà,allega.Et hęc materia quoties tibi ò iudex occurret, sequere do.meum do.Decium suprà,all. consil.lxxv.vbi plenè de suspecto debitore tractat:nisi dum tenere videtur, ꝙ his concurrentibus,non posśit per iudicem etiam incompetentem capi volẽs restringere dictum Pet.de Ancha.consi. mihi.xcij.incipi.in auxilium. quem ad hoc d.Alexan.& Roma.corruptè. licet alleg.consil.clxxxiiij.Quod licet etiã Fran.de Are.consil.xcv.incip. respondendo dubiis:dicat esse falsisśimum: nisus illud pluribus iuribus reprobare. procedit tamen eius dictum,s.ꝙ his cõcurrentibus,posśit per iudicem incompetẽtem carcerari:nec posśit impugnãdo capturam, iudicis incompetentiam allegare:vt voluit etiam Rom.post Pe. de Ancha.consi.ccxlij.incip. vnum est & idem.& in l.de pupillo.§.meminisse. ff.de no.ope.nun.& in l.ij. de iur.omn. iud.quòd tribus fortisśimis rationibus probo.Potest enim iudex laicus debitorem clericum de fuga suspectum capere.maximè quando periculum est in mora:quod etiam posset ipse creditor laicus:vt not.Abb.in c.cùm non ab homine:vbi etiam tract.in apost.ad eum. de iudi.& ibi etiam Bald. ante eum.& in d.c.dilectis.de app.Item vbi periculum est in mora,potest iudex aliàs incompetens examinare testes,& probabunt,non obst.incõpetẽtia.vt Bar.in l. admonendi.versic.q d si dictũ testis. ff. de iureiur.melius in l.ij.C.de nauf.lib. xj.quem Ro.in l.si verò.§. de viro. in liiij.fal.ff.solu.ma.sequitur,& Ant. corse.sing.suo.ccclxviij.in verb.testis incip.in loco &c.vbi etiã ampliat. sequitur Anto.de But.in c.fin.de iureiu.Tertiò si creditor potest propria autoritate debitorem suum capere:vt proximè dixi,dũ est suspectus de fuga:vt est text. in suprà alleg.l.ait prætor.§.si debitorem.ff.de his quæ in frau.credi. multò fortius est,cùm iudicis licet incompetentis autoritate.Est enim regula quòd quando aliquid de necesśitate ad vnũ actũ non requiritur,si illud licet malè interuenit,non vitiet illum actũ.l.vnica.C.de rei vxo.act.& quòd tũc iudicis incompetentia non noceat quando requiritur.est glo.sing.in §.multis.in versicu.in transitu.secundùm do.meũ Iaso.may ibi super quã posui in apostil. in versic.sine eo fieri poterat institu.de libe.quam ad hoc reputat singu. Bald. in l.consentaneum.C.quomodò & quãdo iudi.& in l.ij.C.de iure emphiteo.& in c.j.§.si verò.de pace iura.fir.Celsus.
¶ Item requiritur quòd probem, quòd tempore contracti debiti erat idoneus: & tunc non sit talis.& in iuribus supra allega.probatur.plus infert Ange.in d. §.qui ex causis.quod etiã posito quòd de nouo superuenerit ista suspitio: qa si diu tacuit,creditur sciens ipsum esse suspectũ,non amplius poterit ipsum tã quã suspectũ petere incarcerari: vt in l.si creditores.ff.de priui.credi. ista est doctrina elegãtisśima do.Ang.in d.§.q ex causis. Circa pdicta est notadũ,ꝙ illi

illi arbitri qui eliguntur de iure ciuili, nõ propriè sunt arbitri: sed dicuntur iudices delegati, vel sunt quædam aliæ species de per se. Ex quibus infertur,
12 secũdũ eũ, † φ licet sit factum compromissum, de iure & de facto, inter conuẽtum & agentem, denũtiatione facta vẽditori: vt moris est, non potest habere regressum de euictione contra venditorem. vt in l. si dictum. §. si compromisse ro. ff. de euictio. tamen si est factum cõpromissum ex forma statuti, puta, quia sunt coniunctæ personę, vel socii, & sic factum est de necessitate: & sic res est ablata per tales arbitros: emptor poterit habere regressum de euictione: quia intelligitur, si denuntiatione præcedente fuit habita mentio. ita dicit Bald. in
13 dicta l. finali. de iudiciis † Item licet à sententia arbitri non possit appellari: vt in l. j. C. de arbitris, & in l. diem proferre. §. stari. ff. de arbitris.

Additio.

Vide omnino. Feli. in c. fin. de re iudi. & quod ibi dixi, in apost. sed nunquid cut à sententia arbitratoris, appellari nõ possit: ita etiã nõ possit appellari à sentẽtia iudicis subrogati in locũ eius? vide. d. Alex. de Imo. in cõs. xx. i. iii j. pt. ¶ Tamẽ à sentẽtia arbitrorũ, ex forma statuti electorum, poterit appellari. Ita tenet Barto. in l. si arbitro. ff. qui sa. cog. & ibi est glo. singu.

Additio,

¶ Adde an tales arbitri ex forma statuti inter consanguineos electi, cogantur acceptare: vide Inno. in c. suspitionis. de offi. dele. & ibi Imo. Feli. in c. pastoralis. ver. est alius. de off. del. Celsus.

¶ Supra dicta forma recusandi iudicẽ suspectũ adhibetur de iure ciuili. De iure autẽ canonico seruaĩ alia forma: nam debet allegari causa suspitionis legitima, q̃ si esset vera, repelleret iudicẽ à iudicando: & debent eligi arbitri, quę habent cognoscere de causa suspitiõis: quæ si probata, fuit causa alibi cõmittitur, vel superior cognoscet: vt in c. legitima. & in c. cũ speciali. & in c. secundò requiris. de appella. & in c. suspitionis. de offic. deleg. Si aũt causa suspitionis nõ erit probata, vel non erit legitima: tunc iudex procedit: vt ex dictis iuribus euidentissimè apparet: & si arbitri non erũt cõcordes ad procedendum super dicta causa suspitionis: procedet in causa iudex recusatus per statutũ: vt in d. c. legitima. quæ est noua cõstitutio: licet aliter seruetur de iure antiquo
14 in d. c. cũ speciali. Sed q̃ro, † quæ sunt causæ legitimę recusandi iudices suspectos? R ñdeo φ minor cã repellit iudicem à iudicando, quã testes à testificando: vt in gl. c. accedens. el. j. vt lit. nõ cõtest. & in c. cum eo. de offi. dele. in iure autem expressas solum inuenio causas infrascriptas recusandi iudices suspectos. Prima, si iudex fuerit affinis, vel consanguineus alterius partis.

Secunda, si fuerit inimicus alterius partis. Tertia, si fuerit affinis inimici mei: hæ causæ probantur in capitulo accedens. el secundo suprà, vt lite non contestata. Quarta causa si iudex sit suffraganeus alterius: puta, quia causa vertitur inter arciepiscopum Mediolanensem & episcopum Papiensem. Vnde si causa sit delegata

episc

episcopo Cremonensi, poterit episcopus Papiensis recusare episcopum Cremonensem: vt est tex.in c.accedens.vt lit.non contesta. Quinta causa, si iudex est dominus, vel superior alterius partis: vt est text.in c.causam quæ. de offic.deleg. Sexta causa, si fuerit socius alterius partis: vt in c.insinuante. de offic.deleg. Septima est, consimilitudo causæ: si iudex delegatus habeat vnam consimilem causam: & est in consimili gradu, in quo est altera pars: vt est tex.in c.cùm causam.supra de iudi.

Octaua est, si fuerit familiaris alterius partis: vt in c.insinuante.de offic. deleg. Nona est, si duo sint ciues qui sunt eiusdem ciuitatis, qui reperiant se esse in territorio forensi, & alter litigat cum ciue illius loci, cum quo se reperit, si alter detur iudex pro altero, potest recusari tanquàm suspectus. Ita intelligunt doct.in dicto c.accedens. Si vnus forensis litigat in hac terra, & detur vnus iudex in hac terra, poterit recusari vt suspectus. Alias causas non inuenio in iure expræssas.

Additio.

¶ Adde d.Phil.de Peru.in tract.suo, de appel.in c.postremò.quem supra nu.j. in apost.mea.in ver.præcedentis aduocationis, allegaui: vbi ponit.xl.causas, propter quas potest iudex vt suspectus recusari. sed vtrùm possit Papa committere causam iudici suspecto recusatione remota? Et dic post Feli.in c.cùm inter.versi.limita secundo nisi &c.quòd communis opin. est, quòd Papa indistinctè committere possit causam iudici suspecto ex certa scientia, recusatione remota.not.ità glo.in l.eos.C.de appellat.& in l.apertissimi.in versi.recusaret.C.de iudi.& Sali.in l.fi.C.de senten.& Phil.in rub.de appel.& in alleg. c.postremò. eod.titu.licet do.Abb.in c. ad hæc.in fi.de rescript.teneat omnino contrarium.& idem in c.cùm inter.supra allega.versic.ij.per glo.fi. De quo dixi in apost.ad eundem.in c.accedens. nume.vj.& in versic.quòd posset recusari.vt lit.non contest.dixi post colle. in c.secundo requiris.nume.iiij.in versic.parti est suspectus.de appel.in apostil.ad Bart.in l.idem Vlpianus. §.sunt & alii.post Alex.in versic.certa scientia principis. ff.de excu.tut.& post Salyc. in l.apertissimi. nume.ix. versicu. quæro modò. in versic.recusatione remota.C.de iudic.Celsus.

¶ Alicubi tamẽ si aliæ reperientur causæ legitimæ quæ inducant causam suspitionis, licet non sint expressæ in iure: tamen debent admitti: & omnes illæ dicuntur legitimæ: quæ sunt difficilioris expræssionis in iure. istud est dictũ Inno.in c.cùm speciali. infra de appel. & hoc residebit in arbitrio iudicis: secundum Innoc.qui plus dixit, in c.cùm speciali.quòd si legitima causa suspitionis proposita & probata, pronuntiarent arbitri hoc modo: Pronuntiamus talem causam suspitionis propositam non esse admittendam. Talis sententia est nulla. quia est contra ius scriptum: secus si pronuntiarent hoc modo, Pronuntiamus talem qui proposuit talem causam suspitionis, non esse admittendam: quia tunc sententia valeret & transiret in rem iudicatam, nisi appelletur: quia talis sententia est contra ius

litigatoris ; hæc sententiæ differentia probatur per tex.in.l.ij. C.quãdo prouoc.non est necess.intellige inquantùm dixi illam sententiam nullam in primo casu: videlicet, quando fuit aliqua causa suspitionis ex causis expræsis in iure: secus si fuit alia exceptio legitima, sed non expræssa in iure. Sed pone quòd altera pars est locuta, iudici in aure secreto, nunquid ex solo hoc poterit recusari tanquàm suspectus. Respondent doct.quòd sic. Ita tenet Specul.in titu.de disputa.ad fi.idem Ioan. de Imol.in dicto c.accedens. sequens Specul.in c.accedens.el.ij.supra, vt lit. non contestat.

Additio.

¶ Quæ autem sint causæ suspitionis: vide Philip.de Peru.in c.postremò.j.de appellat. vbi ponit quadraginta causas suspitionis.& Pari.de puteo, in tracta.sindi.in versic.suspitio.& quod ibi dixi, in apostil.adde quæ posui supra, isto versic.nume.j.in apostil.quæ incipit præcedentis aduocationis vbi istud dictum limito:& in apost.quæ incipit. Aliâs causas non inuenio. Celsus.

15 ¶ † Vlterius quæro, pone, altera pars proposuit causam suspitionis, & dubitatur vtrum sit legitima.vel non: quis debeat cognoscere. Respondeo quòd arbitri de hoc debent cognoscere: videlicet an sit legitima. Idem dicit glo.no. in c.cùm speciali.de appella.& sequuntur doctor. Finaliter etiam notandum, quòd dicti arbitri debent dari & eligi per partes: vt in c.cùm speciali. supra alleg. Si verò fuerint discrepantes, iudex dabit.

CAP. IIII.

DE EXCEPTIO.

SVMMA CAPITA.

1 *Exceptionum genera.& nu.9.*
2 *Qui errat, excipere potest.*
3 *Metus & necessitas iustam exceptionis causam parant.*
4 *De damnis fatalibus naturæ & hominis.*
5 *Nauta vel colonus, quatenus teneantur.*
6 *Commodatarius quatenus excipere possit.*
7 *Damnum facto hominis, domino nocet. Inter socios verò commune quando sit.*
8 *Quæ sit exceptio actionis, & intentionis, seu facti.*
9 *Exceptio à defensione, in quo differat.*
10 *Quando dicatur esse conclusum in causa.*
11 *Reus plures exceptiones opponere potest.*
12 *Qui excipit, aduersarij intentionem non fatetur.*
13 *Exceptio qualiter opponatur.*
14 *Exceptio quando litis contest.non impediat. Et qualiter formetur.*
15 *Exceptio post sententiam, an admittatur: & seq.nu.circa med.*
16 *Restitutio in integrum, impedit executionem sententiæ.*
17 *Iudex, tutor, & infamis nihil possunt.*
18 *Exceptio in scriptis proponenda est.*
19 *Qui exceptionem obscuram opponit, succumbere debet.*

1 Exceptio.
- a. Emergens.
- b. Dilatoria.
  - Iudicii.
  - Ante ingressum litis.
  - Solutionis.
  - Mixta.
- c. Peremptoria.
- d. Incidens.

a [a]EMERGENS, quæ ad processum opponi solet. Vt si quæratur, an quis testimonium deferre posit, vel an hodie sit in possesione. b [b]DILATORIA. Quædam declinatoria iudicii, quæ fit siue contra principis rescriptum, vel contra iudicem probetur. In quibus ante omnia iudicis recusatio proponenda est. argumē. c. quoniam. de probat. Bal. c. fin. de except. Alia est dilatoria quæ ante ingressum litis proponitur. c. inter. de re iudica. Puta, præscriptiones fori. l. ita demum. C. de procurat. Alia solutionis. Quæ antè litem contestatam, postquam actor intentionem suam probauit proponenda est. iij. q. vj. c. exceptionem. l. exceptionem. C. de probatio. Quæ etiam in causa appellationis proponitur. l. siquidem. C. de exceptio. Alia mixta, quòd partim dilatoria sit, & partim peremptoria. Cuiusmodi est exceptio excommunicationis, quæ ante litem contestatam, & post sententiam proponi potest, & iudicium reddit nullum. c. ad probandum. de re iudica. c [c]PEREMPTORIA, ante sententiam proponitur: etiam antequàm in causa conclusum sit. c. auditis. de præscriptio. d [d]INCIDENS, ad merita causæ. Vt si pupillo agenti petitione hæreditatis contra hæredem scriptum: obiiciatur quòd non sit filius. Iudex de principali & incidenti inquirere debet. Non tamen de incidenti pronuntiandum est, sed de principali duntaxat. l. j. C. de ordi. iudi. Excipiuntur quoque alia, quæ in sequentibus demonstrabimus.


Excipitur.
- a. Error.
- b. Motus.
- c. Necesitas.

a [a]ERROR. † Qui per erroré aliud pro alio gesit, excipere potest. l. ij. ff. de iudic. l. si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iudi. Quid enim tam contrarium est consensui, quàm error. l. si procurator. ff. de acquiren. rer. domi. Quæ sententia tunc locum habet, cùm in facto erratur. §. si quis agens. instit. de actionib. Hinc est quod facti alterius iusta ignorantia est. l. plurimùm interest. ff. de iuris & fac. ignorant. l. quod vulgò. ff. pro empt. l. qui in alterius. ff. de regu. iur. l. fina. pro suo. sin iuris, non item. l. si patronus. ff. si quid in fraud. patrona. l. ij.

l. ij. ff. confess. l. idem. ff. ad leg. Aquil. Hoc, enim casu probabilis, sicut rei suæ dicta. l. plurimum. l. si patronus. ff. si quid in fraud. patrona. ignorantia non est.

b [b] METVS, † iustam exceptionis
3 causam parat. l. si cum. §. in hac. ff. quod metus causa. Cui libertas opponitur. Qua in re fauorabilior est causa mulierum. Pro minori enim metu excusatur: vt no. Deci, reg. fœminæ. nume. 88.

c [c] NECESSITAS. Est tamen præcisa quædam necessitas, quæ iustam adfert causam vt actus perficiatur. quã meritò adimplere necesse est. Est alia, honestatis, qua princeps cogitur. §. fina. insti. quib. mod. testamen. infir. Cogitet igitur minus sibi licere, quàm possit. Superest vnicum schema, quæ non solùm ad exceptionum materiam, verùm etiam ad infinitas propemodùm iudicii causas vtilissimus extabit.



FATVM, casum fortuitum & in-
5 opinatũ appellamus. Puta, † si vis tempestatis calamitosæ contigerit, vt nauis naufragio pereat: id nautam præstare non oportet. Et meritò iure excipiet, si ab eo petatur. l. Cæsar. ff. de publ. l. inter. §. fin. man. Nec refert in itinere, vel in fluminis ob obreptam tempestatem perierint: ad earum enim æstimationem, nusam tenebitur. l. ex conducto. §. j. loca. Quod vsu maximè collonis venire potest. Si enim fato labes facta sit, omnisque fructus ablatus fuerit: damnum coloni non erit. l. ex cõducto. §. idemque. ff. loca. l. in ratione. ff. ad legem Falcid. Si qua tamen vitia ex ipsa re oriantur, hæc damno colono sunt veluti si vinum coacuerit. Si spinis aut

herbis segetes corruptæ sint.

b ᵇNIVES. Cùm frumenta quæ in her bis erant vendidisses, dixissesque, Si quid vi aut tempestate euenisset, præstaturum. Si frumenta niues corruperint, si quidem immoderatæ essent, & contra consuetudinem: iure excipere poteris. lex empto subuenîatur. l. si fistulas. §. fina. ff. de contr. emp. Ang. l. sed & si quis. §. quæ sit. ff. si quis cautio. Bal. c. cùm frequenter. nu. 9. &. 10. auth. vt lit. non contest.

c ᶜVREDO. Si ventus, fructus vrens, aut solis feruor, vel aer corruptus minusque assuetus, eos corruperit: damnū domini est.

d ᵈMORBVS. Commodum, solā eius vtilitatem continet, qui commodat.

6 †Ideoque culpam, diligentiamque & omne periculum, si res æstimata data sit, præstabit. Si tamen senectute, vel morbo quid acciderit: iure excipiet. Non enim tunc ei imputandum est, qui commodatum accepit. l. si certæ. §. commodatum. ff. commoda.

f ᶠTERRAE Motus. Si domum facien dam à Titio conduxeris: deinde operis parte effecta, terræmotu concussum sit ædificium: Titij erit periculum. l. Mutius. ff. loca. Hæc sunt quæ ad fatum naturæ. Superest vt de his videamus, quę

7 facto hominis contingunt. †In quibus contra dominum interpretatio facienda est. Ideoque si res legata conductaue, naufragio, ruina, incendio, l. seruus. §. si fornicarius. ff. ad leg. Aqui. Bal. l. videamus. & seq. l. item quæritur. §. exercitus. ff. loca. vi hostium, l. si merces. §. vix. l. ex conducto. §. idemque. e. prædonum, latronum amissa sit: periculo hæ-

redis perit. d. l. in ratione. ff. ad leg. falc. Inter socios tamen commune hoc damnum est. l. cum duobus. §. damna. ff. pro soc. gl. l. j. C. depo. Si quidem nulla culpa notetur socius. l. si putator. ff. ad leg. fal. l. argentum. ff. commo. l. cum qui. §. idē scribit. ff. de fur. PVBLICATIO. Si fundus quem mihi locaueras, publicatus sit: teneberis ex conducto actione, vt mihi frui liceat. quamuis per te non steterit, quò minus id præstes. l. si fundus. l. dominus. ff. loca.

e ᵉONERATIO Nimia. Si nauē conduxi vt Massilia in Angliā nauigare, oleis tribus milib' impositis, certa mercede. Si propter magnitudinem oneris subuersa sit, aut diutius retineatur: vecturā nauis, eius temporis quo locationis dies cessit, onerisq; aduersi fatū, locator exigere poterit. l. pen. §. fin. loca.

f ᶠLES. Si vinum de cōmitata transportandum quis conduxisset, deinde mora à quodā lite, sigillo signatum in apothecam deposuisset: locati tenetur. l. videamus. §. pe. ff. loca. Denique quæcunq; iniuriosè collono illata sunt, periculo domini cedunt. l. si ea res. ff. de ac. emp. Et merito iure excipere poterit.

IACOBVS BONIOVR.



EXCEPTIONES. Aduertendū est quod quædā sūt exceptiões actionis, & quædā intentiōis

8 & facti. †Exceptio actionis dicitur, quotiescunq; actori cōpetit actio. Nā tunc quicquid opponit reus, dicitur exceptio. actionis. Exceptio intentionis dicitur, quando actor agit sine actione, ita quod ei nulla actio cōpetit: tunc

tunc quicquid opponit reus, dicitur exceptio intentionis & facti, ita est gl. no. in l. ij. §. in verbo intentionem. ff. de excep. sed propriè dicitur exceptio, quando actori cõpetit actio, quia est actiõis
9 exclusio: vt in l. ij. §. alleg. in prin. † Vbi autem actori nulli actio cõpetit, sed agit de facto: tũc id ꝙ opponit reus, propriè vocatur defensio. ista est gl. in. c. j. de lit. contes. lib. vj. vnde propriè defensio, cõcernit actũ gestum & factum per actorẽ: tamen alibi habetur ꝙ defensio, est nomen magis generale, ꝙ sit exceptio: quia si statuto cauetur, ꝙ cõtra instrumentum, vel sententiã, nulla possit opponi exceptio: tamẽ nõ obstante statuto, reus poterit implorare officiũ iudicis: vt imponat actori ꝑpetuũ silẽtiũ.

Additio.

¶ Ad qđ vide no. doctri. d. Felin. in c. in præsentia. ibi. sed etiã. de proba. & in. c. cũ oporteat. circa prin. de accus. cũ nõnullis concor. ibidẽ per eum signatis. & Pari. de Put. in tra. sindi. in ver. officiũ. ¶ Sed si statutũ dicat, ꝙ cõtra sentẽtiã, vel instrumẽtũ, nulla possit opponi exceptio, neq; defensio: tũc nõ poterit implorare officiũ iudicis. Ita tenet Bat. in l. j. in. §. & parui. ff. quod vi aut clã. Idẽ tenet Ang. in l. filiusfa. in. §. veterani. ff. de procu. & in l. fi. ff. de peti. here.

Additio.

Ita no. Bar. in l. si à domino. §. pe. & ibi Ang. ff. de peti. hære. Bal. in authẽ. præsente. C. de fideius. Cardi. in cle. j. §. j. de prohi. sequæst. Pet. de Ancha. in cle. j. §. j. de excep. & Pau. de Cast. consil. mihi. ¶ Prætereà est notandũ, quia triplex est species exceptionis: quædã est declinatoria iudicii: vt excipiẽdo, vos nõ estis cõpetens iudex: & tu nõ potes esse procurator. & iste exceptiones debent opponi antè litẽ contest. aliàs frustra opponuntur: vt. l. fi. C. de excep. ꝙ verum est, nisi fuerit orta illa exceptio post li. contest. quia tunc opponi poterit. vt in l. non distinguemus. §. cũ quidam. ff. de. arbi. & in l. ij. C. de consor. eiusdem lit. & in c. insinuante. de offi. deleg. Quędam sunt dilatorię solutionis: vt est pactũ de non petendo vsque ad bienniũ: & istæ similiter debẽt opponi ante lit. contes. vt in l. exceptionẽ. C. de proba.

Quædam sunt peremptoriæ: vt est exceptio pacti de non petendo, & solutionis: & istæ possunt opponi vsque ad sententiã: dũ tamen non sit conclusum in causa. vt in l. perẽptorias. C. sent. rescin. non pos. post conclusionẽ in causa nihil põt allegari & proponi: vt in c. cũ
10 dilectus. de fi. instr. † Et dicitur esse cõclusum, vbi partes renuntiauerũt omnibus exceptionibus, & allegationibus facti & iuris. Ita tenuit Inn. in c. pastoralis. §. de causa pos. & propriè. & idẽ gl. in. §. quia verò. in authẽ. de testi. super verbo cõcluserũt. quã ibi sequitur Ange. vbi autẽ essent solũ publicatæ attestatiões: posset de nouo noua exceptio opponi & probari. istud est dictũ Bald. in l. officiũ. ff. de rei vend. & hoc etiam tacitè sentit Ang. & est ratio prædictorũ, quia post publicationẽ attestationũ prohibetur productio testiũ timore subornationis. in authen. & qui semel. C. de proba. & in cle. fi. de testi. Cũ autem nulli fuerint testes præcepti, vel producti super præsenti exceptione: nulla

poteſt timeri ſubornatio.ergo &c. Ex his ſequitur.quòd poteſt reus plures exceptiones opponere,etiam diuerſis temporibus.

Additio.

¶N.Boe.remiſsiuè in apoſt.ad Dy.in reg.nullus. in addi.j.& ij.de re iur.& ibi.An ſufficiat illo caſu probare vnã, ad victoria cauſæ & multa alia ad hanc materiam.Celſus.

¶Quod eſt verum,niſi fuiſſet ſtatutus terminus per iudicem ad opponendum exceptiones:quia tunc illo elapſo,non amplius audietur niſi forma ſeruata, de qua in c.paſtoralis.ĩ.de except. vbi vbi hoc expræſſè probatur.plures autem exceptiones poteſt reus ſimul & ſemel opponere,etiam contrarias: ſecundùm veram opi.Inno.in c.cùm venerabilis.ĩ.de exce.licet Bar.aliter voluerit,in l.nemo.ff.de reg.iu.& in l.nõ vtiq;.ff.de excep.& Dy.aliter in c.nullus pluribus.de regu.iur.lib.vj.Sed verior eſt opi.Inn.in iſta practica tenen-

12 da. Iſtud quoq; eſt notandũ, †quòd qui opponit exceptionem,non videtur fateri de intentione aduerſarij:vt in c. exceptionem obiiciens.de regu.iur.lib. vj.& in.l.nemo. ff.de regu.iur.& in.l. non vtiq;.ff.de exceptio.

Additio.

¶Adde.d. Abb.in c.cùm venerabilis. vbi finaliter idem quod hic concludit. & ideò ſi actor non probaret intentionem ſuam,& tunc reus veniret abſoluendus.& iſta eſt communis opi.vt dicit Ludo.Roma.in l.cùm mulier.ff.ſo. matri.& in l.alia.C.de his,quib.vt indi.Alex.de Imo.in l.decem.ff.de verb. oblig.Dyn.in regu.exceptionem.& ibi do.Nic.Boerij,in addi.ad eũ,de regu. iur.Latiſsimè per Feli.in d.c.cũ venerabilis.vbi ampliat non tantùm non fateri excipientem,ſed nec etiam declarare dubiam eius probationem : & hanc dicit eſſe communem opinioné, ſaluis tamen limitationibus, quas ibi ponit.& de hoc dixi in apoſt.ad Dyn. poſt eum,in l.non vtiq;.in ver.in intelligitur confiteri.ff.de excep.& in alle. re.exceptionem.poſt do.Berñ.in verſi. confiteri.dixi poſt Barto.in l.vt creditor.nume.ij.in apoſt.in ver. præſumptionem.§.ij.& C.de prob,poſt col.in c.prout.nume.viij.in verſ.confiteatur. de dolo.& in ſtilo parlamen.parte.j.ti. de exceptio.verſicu.item ſi quis conueniatur.Celſus

¶Vnde ſi actor petat decem, & reus ſimpliciter excipiat,quòd ſibi eſt factum pactum de non petendo, tenebitur actor probare contractum mutui: quia reus allegando pactum ſibi factũ non videtur fateri mutuum eſſe factũ: cùm inducta ad vnum effectum, non debeant contrarium effectum operari: vt in l.non omnis.ff.ſi cer.pe. videlicet cùm reus oppoſuerit ad effectum contradicendi,non eſt æſtimandum.Si tamen reus conuentus excipiat hoc modo,Verum eſt quod mutuauit,ſed fecit pactum de non petendo.Nam tunc bene videretur confiteri:& actor tunc habet fundatam ſuam intentionem. Iſta eſt ſnĩa cõis & tenenda,quam etiam tenet Bal.in l.exceptioné.C.de proba.& de hoc per Cano.in c.cùm venerabilis.ſ.allega.Et non eſt attendenda opi. Barto.

Barto.in d.l.non vtiq;.qui fecit vnam suam distinctionem, totaliter fundamento carentem:quæ sententia communiter probatur;in l.siquidem. C.de
13 except. †Debet esse exceptio nominata & specificatè opposita?Puta.Oppono exceptionem,veluti præscriptionem &c.quare sæpè destruitur practica in totum aduocatorum & procuratorum,opponentium clausulam illam, Saluis omnibus suis exceptionibus. &c.quia nihil operatur.

Additio.

¶ Tu dic de hac clausula & illius operatione ac effectu,prout habetur in tracta. clausularum.in clau. libellorum. versicu.Saluis alijs exceptionibus. vbi habes,quòd nihil aut parum operatur. prout notaui in apost.ad Bald.in l.edita.nume.xxj.ver.& ideò.in apostil. in eo.versi.C.de eden.

¶ Vnde apposita d.clausula post conclusionem, vel dum renunciatum est omnibus probatiõibus,vel etiam pars allegaret solutionem corã iudice in allegationibus,& ostenderet sibi instrumentũ &c.nihil certè releuat, etiam si instrumentũ solutionis fuisset in actis productum in termino.Quia exceptio debet expresè & nominatim opponi: vt est glos.no.in c.cũ venerabilis.j.de excep.Hanc sñiam tenet Bart.immemor huius glo.in l.scire oportet.in §. scire.ff.de excu.tuto.& in l.Titiæ textores.ff.de lega.j.vt dixi,exceptio peremptoria potest opponi vsque ad sen-
14 tentiã.Sed est aduertendum, †quòd exceptio peremptoria opposita,non potest impedire lit.contesta.imò per eius obiectum fit lit.contesta.vt in c.j.vt lite non cõtest.lib.vj.quod fallit in exceptione litis finitæ,quę sunt exceptiones iuramenti,transactio & rei iudicatæ.vt in d.c.j.Itẽ exceptio præscriptionis:vt in.l.j.§.fi.ff.ad tertu.& exceptio solu.& liberatiõis:& generaliter omnis executio,dicitur esse litis finitæ, quæ præsupponit agentẽ experiri sine actione,secundũ vltramontanos,quos sequitur Iac.de Are.vt refert Cy.in l.ẽptor. C.de præscrip.lon.tẽp.quos ibi sequitur Cy.& Ang.Et huiusmodi exceptiones opponi possunt ad processum & ad merita causæ .vbi opponuntur ad processum,debent opponi ante litẽ cõtest. hoc modo. Domine iudex, vlterius nõ procedatis,ecce instrumentũ solutionis:Tũc iudex viso instrumẽto,absoluet partes ab obseruatione iudicij. Opponuntur etiam ad merita causæ, sed tunc debet opponi post lit.contest. hoc modo. Domine iudex,ego nihil debeo isti:quia solui:videte instrumentũ solutionis.Tunc iudex discutiet iura vtriusq; partis.& si repererit exceptionẽ fore cõpetentẽ,absoluet diffinitiuè reũ.Hoc tenent doct.Bar.& Bal.& alij in l.elegãter.§.si quis post.ff.de cõdi.indeb.& in l.nam & posteà.in prin. ff.de iureiur.Item tenet Ange.in l.emptor.Præallega.& hę omnes exceptiones possunt opponi vsque ad sententiã dũmodò non sit conclusum in causa vt
15 in c.cũ dilectus.de fi.inst. †Post vero sententiã,nulla est regulariter admittẽda:vt in d.l.perẽptorias.quod fallit.Primò s.qñ est talis exceptio q̃ reddat iudiciũ retro nullũ:quia tũc talis exceptio, ẽt post sñiam opponi põt:vt in l.licet.C.

de procu. Hinc est quod exceptio inepti libelli & malè formati, potest opponi post sententiam, & impedit executionē sententię: quia exceptio nullitatis, si est euidens ex actis impedit sententiæ executionem.

Additio.

¶ Vide Franc. Aret. in l. qui à latro. §. si quis. in vj. col. de testa. & quod ibi dixi in apost. addo do. Barto. Soci. in consil. clviij. incip. visis. versi. ex quibus ibi: si ex aliquo. in ij. parte. contra tres sententias non impedit executionem.

¶ Ita voluit Bar. in l. iiij. §. condemnatū ff. de re iudi. idem tenet Angel. in l. j. C. quando prouo. non est neces. & in l. falsam. C. si ex fal. instru. & Bald. in authē. quæ supplicatio. C. de preci. impe. offe. Et est glo. sing. insti. de verbo. obliga. in prin. Si autem exceptio nullitatis, requireret altiorem indaginem, ita quòd nullitas non esset euidens & oporteret fieri strepitum in iudicio: tunc bene potest opponi talis exceptio nullitatis: sed non impeditur sententiæ executio: imò fiet executio, & post de nullitate cognoscetur: & si reperiretur sententia nulla, reuocabitur executio. per text. ad literā in l. si cùm nulla. ff. de re iudi. & ita tenet Bald. & Ang. in locis præalleg.

Additio.

¶ Amplio istud dictum, cum Bald. in l. j. C. ne liceat ter prouo. quem Oldr. cō sil. cviij. sequitur, scilicet quòd etiam si post tres conformes sententias opponatur nullitas euidens, retractabitur executio sententiæ, & hoc sing. dictum Bal. refert & sequitur Ro. in l. si verò. §. de viro. ff. so. mat. in xxxij. fallen. vbi dicit ita se consuluisse. Idem tenet Io. An. in add. ad Spe. in tit. de sen. §. vt autem. in addi. quæ incip. adde ad ea. Idem Bald. in l. vnica. & in multis aliis locis ibi per Alex. in addi. mag. quæ incipit executioni. C. ne liceat. &c. supra alleg. sequitur Car. in cle. j. §: fi. de sequest. pos. & fruct. Ang. consi. vj. in fi. & Pet. de Anch. consi. ccvj. Celsus.

¶ Et est ratio, quia vbi exceptio nullitatis quæ requirit altiorem indaginē, nō impedit executionem sententiæ, quæ executio debet esse summaria, & in executione iudicium est summarium: vt in l. ij. C. de Carbo. edict. & in l. à diuo pio. §. si super rebus versi. exequuntur. ff. de re iudi. Sed in iudicio summario, non potest ventilari aliqua exceptio, quæ requirat altiorem indaginem: vt est text. in l. iiij. §. idem subiunxit. ff. ad exhi. & in l. ille à quo. in. §. ad tempestiuum. ff. ad Treb. & in l. is cui. §. fi. ff. vt in pos. lega. Et quod exceptio libelli inepti potest opponi post sententiam.

Additio.

¶ Adde Felin. in c. in literis. circa fin. de offi. & potesta. iudi. delega. de quo dixi post Bal. in l. licet. nume. vij. versic. vlterius quæro. & his adde, quod notaui in apost. seq. in ver. insti. vbi. s. Celsus.

¶ Glo. est sing. insti. vbi supra & hoc expressè tenet Bal. in l. iij. C. de procu.

Additio.

¶ Dic quòd corruptè & mendosè allegatur glo. illa per Lanfran. supra proxi. Allegant enim gl. insti. de verb. obli. in prin. & debuit allegasse gl. in prin. insti. de

de obl.in ver.secundum iura.Quod tamen limita, nisi in dicto inepto libello, esset posita clausula,Ius & iustitiam mi nistari:vt no.Feli.in c.examinata versi. saluat tñ post Abb.ibi:& quod no.in ad di.ad eum.de iud.& in c.ij.de ordi. cog. quia tunc ita sustentaĩ libellus ineptus vt ex eo possit sẽtẽtia ferri si tamẽ cõstat de libellantis intentione.quibus ad do Pau.de Cast.consil.suo.clxiij. & istis adde Ang.consi.clxxvij.Alex.cõsi.cxxj. & Panor.in c.cùm dilectus.nume. lij.& quod ibi posui,in add.ad ipsum.in ver. peto mihi ius & iustitiam. de ordine cog.Celsus.

16 ¶†Restitutione autem in integrum impetrata post sententiam ante executionem factam.impedit executionem sententiæ, si præsumptio est contra impetrantem. Si autem est pro impetrante, & illam restitutionem peteret infra. x. dies datos ad appellandum: tunc impeditur executio sententiæ: secundũ Bal. qui ita notat,in l.falsam.§.alleg. & hoc etiam per Bar.in l.defendẽtẽ.ff.de execu.tut.licet pleniùs loquatur Ange.vbi supra In casu tamen vbi executio non impeditur,propter petitam restitutionẽ cauere debebit actor: quod si apparuerit ius fore pro aduersario, restituet omnia:vt in c.suscitata.de in integ.resti. secundum Ang.& Bar.in locis præalle. plus dico,quòd si statuto cauetur, quod contra sententiam,vel instrumentum, nulla possit opponi exceptio, non obstante statuto, poterit opponi exceptio nullitatis.tenet Barto.in l. j.§.& parui. ff.quod vi aut clam.Idem tenet Bal. in l.j.C.de condi.inde. & in l. si non fortẽ §.indebitum.ff.de condi.inde. & est ratio,quia statutum vult,quòd contra sententiam,vel instrumentum, nulla possit opponi exceptio.sed ille qui opponit exceptionem nullitatis, dicit sententiã esse nullam,& non opponit contra sententiam:quia sententia nulla, non dicit esse sententia:vt in l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudi.& in l.non putauit. §. non quamuis. ff.de contra. plus est etiã iure cautum, quòd si statuto caueatur, quòd nulla exceptio posset opponi,nec etiam nullitatis:tunc potest opponi exceptio nullitatis,quæ prouenit ex defectu iurisdictionis:vt est glo sing.in cle. vnica.de seque.pos.& fructuum.

Additio.

¶Adde quod illam glo. dixerunt singu. Pet.de Anch. in cle.j.de re iudi. Pau.de Cast.in l.fi.C.de arbi.Pet.de Anch.con si.cclxxij.incip. deti.Abb.consi.lxxxij. inci.conditor omnium.& ibi plenè dixi & nouissime Hipo.de mar.sing.x.quod inci. tu scis. vbi dicit, non tantum post vnicam sẽtẽtiam, talem exceptionem nullitatis, ex defectu iurisdictionis causatam posse opponi;sed etiam post tres conformes sententias:vt per doct. quos allegaui.Quinimò voluit Inno.in c.ex ratione.de app.& Bald.in sua marga.in ver.agens. quòd etiam post executionẽ sententiæ potest hæc ventilari. Quod tamen limita nisi talis sẽtẽtia esset per papam,aut imperatorẽ approbata: possunt enim de plenitudine potestatis ratificare sententiam à iurisdictione carẽte latam:vt no.idem Inno.in c.prudentiam.in glo.sua,quæ incip. sed quid iudex.iiij.de offi.deleg.Quod dictum Innoc.pro valde notabili refert & sequi-

not.Bal.in l.j.C.de testa.

Additio.

¶ Vide do.Ias.Ma.in rub.de sum.tri. & Fel.in c.licet causam in fin.j.de proba.

18 ¶ † Vtrùm auté exceptio, sit in scriptis proponenda.s.plenè notaui,in apparatu glo. Vos autem in practicando illud tenere debetis,quod si exceptio proponatur per modum exceptionis, non requiritur vt in scriptis proponatur, sed sufficit verbo,causam coram iudice explicare,vt in l.scire oportet.§. oportet. ff.de excu. tu. Demum debebit in actis redigi:vt in hac doctrina doctorum. Si autem exceptio proponatur per modũ actionis:vt in exceptione non nu.pecu. & in exceptione non nu.do.tunc illa debebit in scriptis proponi:vt in auth.hác quærelã.C.de non nu.pecu.hanc senténtiam tenet Ang.in l.j.in prin.ff.de eden.

19 † Item scias quod reus opponens exceptionem obscurè, succumbere debet vt in l.j.§.Labeo.ff.de flu.& in cle.cùm ad repulsionem.de appel.

Additio.

¶ Quia habetur pro non exceptione:vt per Feli.in proœmio decre.& Francis. Aret.in l.antisti.in fin.de acquiren. hereditate.

¶ Quod intellige, si est oppositum per actorem de obscuritate, secundum Bal. in l.ab Anastasio.C.manda.

CAP. V.

DE PETITIONI.

SVMMA CAPITA.

1 *Petenti quid obseruandum.*
2 *Petenti quibus actionibus subueniatur.*
3 *Vna actio quando altera grauior sit.*
4 *Interesse triplex.*
5 *Libelli duo genera, & quid in his requiratur.*
6 *In libellis conclusionem,non narrationem spectamus.*
7 *Iudicium duplex. Et ibidem quando intentetur actio personalis & quando actio realis. Vbi quæ sit causa remota & proxima ac personalis & nu.10.*
8 *Forma libelli realis & actionis.*
9 *Libello generali,vel obscuro,reus respondere nõ cogitur. Et ibidem quæ sit causa remota & proxima actionis realis & nu.seq.& 11.*
10 *In ac.rei vendicationis, qualiter concludatur.*
11 *Libellus necessariò concludere debet.*
12 *Libellus quibus constet.*
13 *In iudicio vniuersali non est necessaria causa expreßio.*
14 *Iudicium vniuersale quod sit.*
15 *Libellus vtrùm in scriptis porrigatur.*
16 *Libellus vtrùm sit de substantia iudicij.*
17 *Positiones & responsiones de his fieri non possunt, quæ in libello continentur.*
18 *Libelli si contrarij sint, quibus standum.*
19 *Libellus incertus, vtrùm procedat.*
20 *Libellus vtrùm sit de processu.*
21 *Processus sine citatione vtrùm fieri poßit.*
22 *Rescriptum qualiter pro libello habeatur.*
23 *Libellus iuris aduersarij non meminit.*
24 *Libellus secundum ius commune concludit.*
25 *Libello vtrùm quippiam addi poßit.*
26 *In notorijs non est necessarius libellus.*

AXIOMATA.

1 PHAEDRVS † Platonis, eum qui aliquid petiturus est admonet ne quippiam petat, nisi probabile

Petep

bile sit quod petitur. Subindicare volens, opinor tam in petitione, quàm in defensione, verisimilia inducenda proponendaque, & omnino dicentem veri simile quidem persequi oportere. Petétem quoque admonitum esse velim, vt petitionem suam per scripturam deferat. Quandoquidem sententiam secundum petitionis formam ferre aporteat c.licet de simo. Ideoque si inepta fuerit petitio, succumbet. c. examinata de iudi. Et si incertum sit quod petitur quinta quæstio. ij. c. si primates & tertia quæstio. nona capitu. indicias. Quibus autem modis ipsi succurratur, videndum est.

2 Petens † agit Actione.
- In rem.
- In personam.
- a. Ex contractu.
- b. Ex facto.
- c. In factum.
- d. Famosa.
- e. Iudicati.
- Inficiationis.
- Pœnali.

PRIORES duas actiones, satis vtiliter in. §. omnium. inst. de ac. interpretati sum[a]. [a] Ex contractu actio est, quoties sui lucri gratia, aliquis contrahit. l. actionum. ff. de ac. & ob. Veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, cũ

b similibus [b] Ex facto actio est, quoties ex eo teneri quis incipit, quod ipse commisit. veluti si furti, vel iniuriarum

c arguatur [c] In factum actio dicitur, qualis illa est quæ datur patrono aduersus libertum, à quo cõtra edictum prætoris in ius vocatus est.

d [d] FAMOSA. † Hæc & sequẽtes actio-

3 nes ostendunt, quando vna actio, altera grauior esse dicatur. Si igitur ex famosa causa (vt furti & tutelæ) & non famosa debeatur: id solutum videtur, quod ex famosa causa est debitum. l. si in duabus. ff. de reg. iur.

e [e] IVDICATI. Si ex causa iudicati, quæ propter maiores causas durior est, & non iudicati debeatur: id solutum videri debet, quod ex causa iudicati erat in obligatione. Ergo si ex causa quæ inficiatione crescit, vel pœnali debetur: dicendum est id solutum videri, quod pœna habet liberationem. l. cũ ex pluribus. ff. de sol. l. si in duabus. ff. de regu. iur. Iuuatur quoque actor, quibusdam adminiculis interesse, quę paucis ex sequentibus apparebunt.

4 Interesse. { a. Commune. b. Conuentum. d. Singulare. }

a [a]COMMVNE interesse, in criminali bus spectamus. quod etiam extra rem venit. l. si seruum. ff. ad leg. Aq. Si enim quis ex pari mularum, vnum occiderit non solùm perempti corporis æstimatio facienda est, sed considerare etiam oportet, quanti cætera quoque corpora depretiata sunt. l. proinde. & seq. ff. ad leg. Aq. l. inficiundo. §. j. ff. de fur. Præterea in hoc commune interesse, venit damnum, & non lucrum. l. sterilis. ff. de ac. emp. §. cùm per venditorem. l. fin. de pericu. & com. rei vendi. l. Proculus. de dam. infec. Hodie tamen receptum est, vt huic quoque lucrum accederet: sicut & in singulari. l. vnica. §. & hoc. C. de sen. quæ pro eo. Quod quidem singulare interesse, maximè in venditionibus, locationibus & similibus contractibus venit. d. l. vnica.

b [b]CONVENTVM interesse locū habet, cùm inter contrahentes actum fuit l. j. ff. de pact. Hæc sunt adminicula quę in iudicio peti solent. Cætera Lanfrancus in sequentibus annotabit.

IACOBVS BONIOVR.



PETITIONES. Quia petitio plerunque ponitur in libello, & per libellū, expeditur: vt in auth. offerat. C. de litis cōte. & in c. j. s̄ de libel. obla. Ideò præmitto,

5 †quòd duplex est libellus. quidā quærimonialis, & quidam conuentionalis, Quærimonialis est, qui porrigitur in causis criminalibus: vt in l. liberorum. ff. de accu. Libellus conuentionalis est, qui porrigitur in causis ciuilibus: vt in authen. offeratur. In primo, sufficit sola narratio facti, nec requiritur aliqua conclusio. text. est in l. j. §. j. ff. ad Turpi.

Additio.

¶ Adde Francis. Areti. in l. improbū. C. ex quibus causis infa.

¶ Hæc est sententia Bald. in l. & si seuerior. C. ex qui. cau. infa. irrog. nec est doctor aliquis, qui ab hac recedat. & est ratio, quia in causa crimnali, nihil cōcludi debere dari, vel fieri parti: quia aut est pœna corporalis, & applicatur corpori: aut est pœna pecuniaria, & applicetur fisco: vt in l. agraria. ff. de termino. & ibi pulchrè per Barto. Cùm ergo cōcludatur, nihil debere fieri parti, nimirū si nulla cōclusio est necessaria in tali libello: quia incōtinēti narrato facto, succedit pœna legalis: quæ est à lege, vel à statuto ordinata. Vel si est arbitraria, iudex debebit imponere talē pœnā, q̄ est cōsueta imponi pro talibus delictis: vt est tex. in l. confessus. ff. de cu. reo. exhi. Vnde iudex qui est legis minister & administrator reipub. sine aliqua petitione partis, imponet pœnā à lege statutā. In secūdo aūt libello, s. cōuētionali, in causis ciuilibus duo requirūtur: scilicet narratio, & cōclusio: narra

narratio pcedit,& cõclusio sequitur.&
6 †debet attẽdi cõclusio libelli, nõ autẽ narratio: ad cognoscẽdũ si libellus est ineptus,& q̃ actio sit intentata. Hæc est sententia Inno. in c. sup literis. in verbo. in cõi forma. de rescriptis. eandẽ sententiã tenet Cy. in l. edita. C. de edẽ. Itẽ tenet Bar. in l. Aurelius. §. idẽ quęsiit. ff. de liber. leg. Hoc voluit Bal. in l. & si severior. C. ex qb. cau. infa. irroga. Eã tenet Ang. in l. q̃ interogat'. ff. de pe. hę.

Additio.

¶ Adde d. Bar. Soci. in consi. suo. incip. in præsenti. ver. cõfirmatur ista opi. in fine, in ij. parte.& d. Mari. so. in consil. xxxix. incip. visis. versic. vtrùm. quia in j. parte.& d. Bar. in consi. cxxxiiij. incipi. visa. versi. secunda via. in ij. parte.& d. Alexan. de Imo. in j. parte. cxxj. in j. parte. Et ibidem quid de conclusione generali, an procedat.

¶ In quo libello couẽtionali debet exprimi causa, sed diuersimodè. quia habemus discurrere per tria iudicia†Nã
7 quoddã est iudicium generale,& quoddam est vniuersale. Quo ad primũ, hîc est considerãdum ꝙ interdũ intẽtatur actio realis,& interdũ actio personalis. Si libellus porrigitur in actione reali, debet exprimi causa proxima: nõ aũt remota. In actione aũt personali: est totum oppositũ. quare est aduertendũ, quòd si habemus contractum, ex quo cõtractu resultat obligatio, ex obligatione nascitur actio: vt in l. licet. §. ea obligatio. ff. de procur. quæ actio est illa, q̃ deducitur in iudicio:& dicitꝰ illud ius, quod cõpetit nobis ad cõsequẽdum id quod nobis debetur, vt in institu. de actio. in prin. ex quo peruenitꝰ ad sentẽtiã, ex qua sententia puenitur ad executionẽ. Causa remota in actiõe personali, est cõtractus. Cã autem proxima, est
8 obligatio. †Vnde sic formatur libellus in reali, Mutuaui Titio x. qui recusat mihi restituere: quare ipsum peto condẽnari ad dandũ mihi. x. nõ aũt debet exprimi ipsa obligatio. Ita tenet glo. in l. j. in princ. ff. de eden. quã sequitur ibi Bart. Ang.& cæteri doctores. Eãdem sententiã tenet gl. in c. significantibus. extrà de libel. obl. quã sequitur Io. An. Inno.& cæteri. doc. Verùmtamen si quis porrexerit libellũ in actione personali, nõ inserta causa remota, hoc modo Talis mihi debet x. quare peto ipm cõdẽnari. procedit libellus, nisi opponatur: vt in l. fi. C. de anna. excep.& hoc tenet Ang. in l. j. in prin. præal.& idem Io. de Imo.& Auto. de Bu. in d. c. signi-
9 ficantibus. †Cautela est pro reis cõuentis, quãdo libellus est generalis vel obscurus: ꝙ nõ petant, libellum declarari, sed dicant se nõ teneri respondere. Nam si diceret reus debere declarari, actor cito declaret si enim dicat, Nõ teneműr respondere. Nõ percipiet actor ex qua causa hoc agat. Et si non declarabit, succumbet. Et ista fuit notabilis, cautela Petri fratris Baldi & Angel.& etiam Abb. in capit. finali ꝰ de libelli oblatione.& ibi est tex. bonus, quẽ etiã etiam sequitur Ioan. de Imol.

Additio.

¶ Et hoc idem tenet Fel. in c. significantibus. in versi. quinta declaratione.

¶ In actione reali, causa remota est titulus,& causa proxima est dominium.

Vnde

10 †Vnde in rei vendicatione, hoc modo concluditur, Talis possidet talem rem, licet indebitè & iniustè: quam dico spectare ad me iure dominii. &c. Nō enim est necesse ꝙ inferatur causa remota. i. titulus, vt est, quam ré emi à Titio &c. quare hoc contingit, ꝙ in actione personali inferatur causa remota. & in reali proxima: respondeo ꝙ actor debeat ita dare libellum suum cōceptū, quòd reus possit deliberare, vtrùm velit cedere, vel contemnere: vt in l. j. in prin. ff. de eden. Item in libello debet tale quid apponi, quod si esset verū, posset sequi sententia pro actore. Vnde si in actione personali, actor insereret causam proximam solùm, dicendo, Peto x. à Titio. ad quæ est mihi obligatus, quare &c. iste libellus esset ita generalis, quod non potest reus deliberare an velit cedere vel contendere. Nam reus posset merito dubitare, scilicet qualiter sit obligatus, & ex qua causa: sed si dicat hoc modo, peto à Titio, quæ sibi mutuaui. ecce modo ꝙ reus est certus, an sit verum. & ideò debet inferi causa remota: quia ex illa redditur certus, an velit cedere, vel contendere. quod non fit per insertionem causæ proximæ. Itē in actione reali, s. in rei venditione, si dico, Peto talem rem mihi restitui, quam emi à Titio, quæ est causa remota. non est insertum in libello tale quid, quod si esset verū, posset obtinere actor: quia etiam probato quòd emeret illam rem à Titio, non poterit obtinere. quia ista stant simul. quòd illam rem emerim à Titio, & quòd nullum ius habeāt. quia Titius non erit dominus. not. cleme. ij. de sen. & re iudi.

Additio.

¶ Quòd certū est, ꝙ libellus in petitorio vel remeditatione satis sufficienter concludit, si petat rem restitui: dato ꝙ prius dicat reum cōdemnari. no. Barto. in l. ex diuerso. §. vbi aūt. ff. de re mili. & feli. in c. inter. dilectos. in princ. de fin. instrumen.

præiudicat confitenti: etiam quo ad onus probandi, nisi sit emanata præsente aduersario: Ita tenent Anto.de Butr.& Ioan.de Imo.in c.si cautio.de fide instrumento.Idem tenet Bartol.in l.cum falsa. C.de iur.& fac.ignoraut. idem Bald.in l.generaliter.suprà allegat. Restat tamen plusculum dubitationis in confessione emanata ad liberandum. Nam glo.in l.non solùm.§.liberationis. ff.de libe.legat.tenuit confessionem emanatam ad liberandum, etiam absente aduersario tenere,& nocere confitenti. veluti si dicam, Titius nihil mihi debet dare. Nam ista confessio etiam emanata Titio absente, præiudicat mihi confitenti, adeò quòd nihil amplius petere possum: secundum illam glo.sed alia glo.in l.idem in duobus. ff.de pactis. tenet, quòd talis confessio non nocet absente aduersario: pro quo est casus ad literam, in l.si tibi decem millia. in.§.si pactum. ff.de pact. Et hanc sententiam sequitur Barto.in dicto.§.liberationis.cum limitatione, nisi vbi esset aliquis tertius, etiã si non habet mandatum qui recipit confessionem nomine absentis: tunc talis confessio bene nocebit confitenti: secundum Barto.vbi suprà.& sic con-
32 clusio,† quòd confessio emanata ad liberandum, non præiudicat confitenti: si est emanata absente aduersario, nisi in casu limitato per Barto.vbi suprà & hanc sententiam etiam tenent Cano. in c.si cautio.de fide instrumentorum.

Vnum est menti tenendum, quòd in omni casu, in quo dixi confessionem factam absente parte, non præiudicare confitenti; tamen de equitate canonis, quilibet confitens etiam absente parte compellitur,& compelli potest ad solutionem,tãquàm fuerit emanata præsente aduersario.

Additio.

¶ Adde Cald.& Abb.in alleg.c.si cautio.in versi.& not.singu.de veritate cuius quæstionis vide per Felin.ibidem. & multas limitat.ad dictam reg.de fide instrument.& do.Deci. consil.xviij. & consil.cxlvj.Celius.

¶ Maximè in his quæ stimulant conscientiam: istud est dictum singu.Anto.de Butr.in d.c.si cautio.quem sequitur.ibi Ioan.de Imo.quod est not.dignum: quia limitant omnia iura mundi. Circa id quod diximus heri, videlicet quòd vbi in libello est deducta numeratio,& posteà in processu probata est confessio: quia deberet succumbere petitor, quasi aliud sit petitum,& aliud probatum.

Additio.

¶ Adde Bartol.in l.certi condictio.§.si nuntius.versic.his monet. ff.si certum petat.vbi tenet & obtinet agens actum mutui.qui probauit per aduersarii confessionem mutuum: etiam si non probaret numerationem, secutus est eum Bald.in l.ij.§.fina.eodem titulo.Imol. in.l.j.§.si quis ita.ff.de verborum obligationibus.Salicet.in l.si ex cautione. post Guliel.de Cugn.& quod ibi not. in addi.ad eum.nume.ij.C.de non numer.pecu.de quo tamen plenè per Feli.in alleg.suprà c.si cautio.Celius.

¶ Arbitratur Anto.de But.fore verum & in mutuo; quia alia obligatio insurgit

git ex naturali mutuo, & alia ex confessione facta super illo: vt in l.ij.§.mutui. ff.si cert.peta. cum his quæ ibi nume. Barto.& in l.si ex cautione. C.de non nume.pecu.cum ibi not.per Cyn. & Bald.secus in deposito, & in cæteris contractibus: vt si in libello est petitum depositum, quasi pecunia fuerit numerata: si postmodùm probabitur in processu de confessione, obtinebit petitori. quia ex ista petitione, nulla insurgit obligatio: sed solùm declaratio & probatio deductorum in iudicio in libello: & maximè hoc procedit, vbi testes sunt iurati de dicendo veritatem super tota causa: hæc sunt verba sua, in c.si cautio.infra de fide instrumentorum. & cum eo ibi transit Ioan.de Imo.quæ etiam mihi verissima videntur. Circa aliud vbi dictum fuit, quòd si in libello, erat deducta confessio mutui, vel depositi: si postmodum in processu probetur numeratio, quòd succumbere debeat petitor: imponatur pro prædictis Anto.de Butr.quòd imò debeat obtinere petitor: & hoc quia secundum eum verba libelli debent impropriari: vt libellus sustineatur. vt in l.sed possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiur.& idem not.Guil.& idem tenet Bar.in l.olei.C.loca.& Bar.in l.& is.§.j.ff.de acqui.hæred.& idem Bal.l.ij.C. de vsufruc. Vnde cùm actor dixerit in libello, debitorem suum esse confessum se habuisse.x.ex causa depositi.postmodùm in libello petatur debere condemnari, intelligitur non vi confessionis, sed ipsius depositi: secundum ipsam, vt libellus sustineatur: & hæc vera potissimè, si in libello sint apposita illa, quæ consueuerunt opponi: videlicet & prædicta petit fieri debere omnimodò meliori via iure & forma, quibus modis melius potest & debet: ita intelligit Ioan.de Imo.in d.c.si cautio. sequens Ant.de But.Ad hoc facit in simili quod not.Bart.in l.ij.in fi.ff.si cert.pet.& in l.si debitorē.ff.de nouat.qui dixit quòd si quis procurator constituatur ad suscipiendum pecuniam,& confitendum se habuisse & recepisse, quòd procurator non intelligitur habere mandatum quòd possit confiteri se habuisse pecuniam, nisi verè receperit ipsam: quia si hoc esset, quòd posset confiteri procurator se habuisse, cùm non habuisset, esset donatio: quam procurator facere non potest: etiam si haberet mandatum generale cum libera. vt in l.contra iuris regulas.§.j. ff.de pact. pro hoc facit text.in l.j.§.item si mutuaui. ff.de his quæ in fraud.creditor.

Additio.

¶ Facit pro hoc dicto, quod not.Roma. sing.suo.xxiij.in c.quòd habens mandatum. & quod not.Guil.de Cugn.in l.cuicunque.§.non tamen. ff.de instit. Celsus.

¶ Item secundum eundem, in d.l.si debitorem.si est cōstitutus procurator ad exigendum quoscūque debitores, & ad confitendum se habuisse solutionem, quòd virtute dicti mandati non poterit procurator generalis confiteri se habuisse dictam pecuniam nomine solutionis, nisi interueniat pecunia, per rationes suprascriptas.
33 † Est enim aduertendum, quòd si in instrumento dicatur per notarium, Talis confessus

fuit habuisse & recepisse.x.à Petro dante & soluente. Per ista verba, nulla probatur numeratio, sed sola confessio: secundum Bal. qui ita not. tenet, in l. vnica. C. de confes. Item si dicat notarius in instrumento, Talis confessus fuit se habuisse & recepisse.x.à Petro, quæ habuit & recepit. Nam per hæc verba nõ probatur numeratio: secundum Bald. qui ita no. in l. si ex pretio. C. si cer. pe. & cæteri docto. in l. cùm de indebito. §. fi. ff. de proba. secus si verba notarij sint talia, secundum Docto. Talis confessus fuit se habuisse & recepisse decem à Petro & habuit & recepit. Nam tunc probatur vera numeratio.

Additio.

¶ De quo dixi. s. eo. §. nu. 15. ver. quæro nunquid confessio. in apost. in ver. fallit in mutuo. Celsus.

¶ Et est ratio differentiæ inter vnum casum & alium: quia vbi est terminus ly quæ, quod est relatiuum referens antecedentia: vt in l. Stichum qui meus erit de lega. j. sed antecedentia denotãt confessionem: ideò per, ly quæ. quod est relatiuum, intelligitur esse repetitũ sed de natura copulæ est adiungere: nõ non autem referre & adiungere diuersa: sed in primo facta est mentio de cõfessione, cùm posteà sequatur & habuit & recepit: videtur adiungere diuersam s. numerationem, & non confessionem vt in l. s. alleg. Vidimus suprà, quòd confessio facta sine causa, non valet re-
34 gulariter. Nunc est videndum, †an cõfessio facta cum causa valeat. Et an sit nulla ipso iure. an ope exceptionis? & est magni effectus, hoc scire: quia vbi aliquid est nullum ipso iure, iudex potest supplere, agente etiam parte non petente, secus quando est nullum ope exceptionis: quia tunc iudex etiam si sciat nullum esse, non debet supplere: nisi pars opponat. glo. est sing. in l. vbi pactum s. de transac. & ibi Bal. & idem Bart. in l. Lecta. ff. si cer. pet. Redeundo ergo ad propositam quæstionem, dico confessionem factam sine causa, ipso iure non valere: & est ratio, quia cõfessio facta sine causa est incerta: & cõfessio, est quædam species probationis.

Additio.

¶ Vtrùm autem confessio dicatur esse probatio? vide do. Alex. de Imo. in consi. xxv. in j. parte. Adde Abb. post Ioan. And. in rub. de confes. Ant. de but. Imo. & Io. And. in c. bone. el. ij. de elect. Bal. in c. j. §. vasallus. in. ij. q. in fi. si de feud. fue. contro. inter do. & agna. Ludo. Ro. in l. admonendi. de iureiuran. Adde Feli. in rub. de confes. ver. vlterius secũdo loco. Hyp. de Marsi. & quod posui in addi. ad eum, in singulari suo. ccccxvj. in ci. communis doctorum opi. &c. vbi cõcludit, quod post lapsas omnes dilationes probationum, poterit nihilominus probare per aduersarij confessionem. Alle. sing. dictum Imo. in c. vltra tertiã de testibus. De quo per Panor. in rubr. eo. titu. de probatio. nu. 3. & ibi posui. in apostil. ad ipsum in versicu. confessio. B. Vadus.

¶ Vnde sequitur quòd talis confessio incerta, est probatio & ius disponit probationem incertam, nullam esse, atque nullus effectus. text. est in c. præsentia. supra eo. titu. diuersum est, namque in

stipu

ſtipulatione facta ſine cauſa: quia in ca ſu quo ipſa eſt nulla, eſt nulla ope exce ptionis: ſecundum Bal. qui no. in l. vnica. C. de confeſ. & circa iſtum paſſum ſunt variæ & contrariæ ſententiæ Doċto. necnon glo. tamen ex his quæ percipere potui ex eorum ſcriptis veritas ſe ita habet. Interdum ſtipulatio nullam habet expræſſam cauſam, & tūc ſi talis ſtipulatio fiat à ſciente, præſumitur cauſa donationis. Ita tenet Bart. in in l. nuda, ff. de dona. Si autem fiat ab errante, vel ignorante: tunc talis ſtipulatio eſt nulla ope exceptionis: & in dubio quis preſumitur errare, & promittere per errorem: niſi in inſtrumento ſit appoſita illa clauſula, Ex certa ſciētia & non per errorem promiſit: & tunc hoc caſu præſumitur promiſiſſe cauſa donationis, & donare voluiſſe: & ita intelligitur tex. in l. campanus. ff. de ope. lib. Iſtud eſt no. dictum Bal. in l. vnica. C. de confeſ.

Additio.

¶ Adde Fran. Are. in l. dare. de ver. obli. & in l. traditionibus. C. de pact. & vide omnino contrarium tenentem do. Barto. Soci. in conſi. ccxiiij. incip. in cauſa Onofrij. verſi. ſed iterum obſtare videbatur. & in conſi. clix. incip. in præſenti. verſi. nec prædictis obſtant illa cum. iij. verſi. & ver. vlterius dicimus, in. ij. parte. & quod per eum in conſi. clxiiij. incip. viſa bulla. verſi. confirmatur iſta opi. cum quo & ſeq. ſed vide quæ habētur per Pau. de Caſt. in conſi. cccxxxij. & in conſi. cxxxiij. & quid importat talis clauſula, & quid operatur. vide Fel. in c. nonnulli. ver. fallit. iiij. de reſcrip. & in c. cūm inter. de except. & qualiter probetur iſta clauſula in reſcriptis: & quid operetur, vide Alex. de Imo. in cō ſi. j. in. iij. par. & in cōſi. lix. in. j. parte & in conſi. lxxix. ea. parte. & in cōſi. ccxiij. in. ij. parte. & in conſil. xxxiij. in eadem parte. Adde dominum meum d. Deci. conſi. lj. melius conſil. lxxviij. & conſil. cxxxvij. Celſus.

¶ Interdum hoc caſu eſt expreſſa cauſa, ſed eſt falſa: & tunc aut ambo, ſ. promittens & cui ſit promiſsio hoc ſciebāt & tunc eſt donatio, ſecundum Cy. in l. generaliter. C. de non nu. pecun. ſecundum Bald. ibidem & ſecundum Bar. in l. ij. in. §. circa. ff. de do. excep. licet glo. teneat contrarium, in d. §. circa. & malè. Interdum promittens ex falſa cauſa ſcit cauſam eſſe falſam, ſed cui ſit promiſsio ignorat: & tunc idem quod cauſa eſt donatio: ſecundum gl. in d. §. circa: & doctores hanc ſequuntur interdū hoc promittens, putat cauſam expreſſam eſſe veram, cūm ſit falſa. & tunc talis ſtipulatio eſt nulla ope exceptionis & intelligitur ita. §. ſ. alleg. Vnū nō 35 omitto, quod eſt menti tenendum, † ꝙ ſi quis in libello narraret, qualiter quis promiſerit. x. & non dicat ex qua cauſa quòd talis libellus non concludit, & redditur proceſſus nullus. gloſ. eſt ſingu. in dicto. §. circa. & ibi hoc tenet Barto. in fi. ¶ Addo prædictis aliqua circa hanc confeſsionem, quare eſt attendendum, quòd licet regula ſit, quòd cōfeſsio facta abſente parte non valeat. Tamen vbi quis confiteatur abſente parte, & ſuæ confeſsioni adeſt terminus: tunc ſua confeſsio pleniſsimè probat. verbigratia, ſi dicat, Debeo Titio, x. Iſt

x. Istud est dictum sing. Bal. in rub. C. res inter alios acta. Item non est prę
36 termittendum aliud singulare, q † licet testimonium de credulitate nō valeat: vt no. in l. testium. C. de testi. tamen si verbo credo adiiciatur verbum, bene: vel æquipollens, puta, firmiter tale dictum sustinetur. verbigratia, talis testis dicat. Ego bene credo quòd mutuauit, & sic de aliis. Istud est dictum singulare Bal. in l. j. C. de fal. cau. adiect. lega.

Additio.

¶ Adde d. Alex. de Imo. in rub. ff. de iniur. & consi. cix. j. parte & consi. cxxxij. ea. parte. & Felin. in c. inquisitionis. §. quæsiuisti. de accusatio. per Panor. latè c. firmiter. Celsus.

¶ Item si in iudicio pars dicat. Ego credo me esse hæredem, vel non esse: dato quod ista verba de sui natura sint assertiua & deliberatiua, & hoc casu plenè disponunt, adeò quod ille qui respondet positioni, dicendo, credo me esse hæredem: per hæc verba effectus est hæres. Vel dicat, credo me non esse hæredem: inducitur repudiatio. Ita dicit singu. Bal. in l. s. alleg. Item est singulariter attendendum, quòd licet sit dictū, quòd confessio facta absente parte nō valet, tamen si quis in libro suo fecit debitorem alicuius, etiam absente creditore: si posteà talis liber producatur in iudicium, etiam præsente aduersario talis confessio bene probat contra scribentem. dato quod fuit scriptū absente creditore: & est ratio, quia semp scriptura loquitur: vt in l. Adriani. C. de hære, vnde si cum debito modo producat librum præsente aduersario: videtur nunc confiteri, & est præsens aduersarius: secus si dicta scriptura esset per tertiam personam scripta: in qua quis apparet debitor alterius: tunc talis confessio non nocet: quia illa non sunt verba creditoris, sed tertiæ personæ. Ita dicit Bart. in l. nuda. ff. de dona. Istud vltimum non mihi videtur verū quòd imò debet nocere: & maximè si ista tertia persona sit notarius: quia verba notarij, verba partis esse censentur: vt in l. optimam. C. de contrahen. & cōmit. stipu. de quo est gl. sing. in vlti. gl. in fi. ff. de verb. ob. gl. alleg. l. pro hærede. ff. de acqui. hære. quæ dicit quòd verba notarij, sunt verba partium. Vlte-
37 rius subijcio, † vt si quis mandat alicui debitori: vt soluat. x. quæ sibi debet Titio creditori mandatis: & dicat iste debitor sum cō tentus: non tamen sum à meo creditore liberatus. adeò quod poterit me conuenire, nisi fuerit solutum sibi per me debitum: & hoc verum est, nisi debitor meus dixerit, meo creditori: & ita promitto, quia tunc est facta nouatio: & amplius creditor meus me conuenire non poterit: licet debitor meus nunquam soluat ei: Istud est dictum singu. Barto. in l. singularia. ff. si cer. pe. & sequitur Ang. in l. si. ff. de do.

Vidimus. s. de emanata confessione in causa criminali & in contractibus inter viuos, modò restat videre de confessione emanata in vltima voluntate. Ista est materia pulchra & quotidiana, & ideò altius pertingenda: vt in l. Aurelius. in §. legaui. ff. de li. leg.
38 † Quæro ergo nunquid confessio facta in vltima voluntate, inducat probationem, certum est quòd confessio facta

cta in vltima voluntate, in fauorem te stantis non valet: vt in l. rationes. C. de proba. & bene facit quod not. glos. in l. quædam sunt personæ. in §. nummularios. ff. de eden. idem tenet Bart. & Bal. in l. admonendi. ff. de inreiu. Ange. in l. in bonefidei. C. de re. credi. & in l. ex hac scriptura. ff. de do. per Bart. Sed dubitatur, nunquid valeat in præiudiciũ testantis, vel hæredis ita quòd probet

Additio.

¶ Vide Feli. in c. si cautio. iiij. colum. versicu. secunda declaratione. in versicu. quarta declaratio. de fide instru.

¶ Antiqui tenuerunt quòd non. Pe. autem bella perti ea quem sequitur Cy. in l. generaliter. C. de non nu. pe. tenet contrarium: quòd imò probet talis cõfessio, ea ratione moti: nam confessio facta inter viuos: nocet confitenti: ergo multòmagis facta in vltima voluntate. quia præsumitur in vltima voluntate quem magis deliberatè loqui, & bonam conscientiam habere, cùm sit vicinus morti, cùm nemo præsumatur immemor salutis æternæ: vt in l. fin. C. ad l. Iul. repe. vnde Pet. reprobat Innoc. in c. fi. de iuc. ab inte. Bar. autem insurgit contra Petr. & Cyn. dicens totam eorum sententiam esse falsam: quinimò dicit ipse: confessio facta in vltima voluntate nunquàm probat. & mouetur ratione inconuincibili, & legibus expressè hoc dicentibus. Ratio est ista. Nam speciale est, si interuenit iuramẽtum, quòd confessio facta in vltima voluntate tenet: ergo in contrarium est ius commune. Antecedens probat per text. ad literam in l. cùm quis decem. §. codi. ff. de leg. iij. consequẽs verò probatur p l. quod verò. ff. de codi. & leges in hoc loquuntur expressè per tex. in l. Lucius. §. quisquis. ff. de leg. ij. & tex. in l. Lucius. §. j. ff. de leg. iij. & etiam in l. Aurelius. §. j. ff. de li. le. quibus nõ esset possibile rñdere: & ideò cum hac snĩa Bar. pertranseunt cõiter doc. Ex quibus habes duas conclusiones, quarum prima est ista. Cõfessio facta in vltima voluntate, in præiudiciũ testatorũ, vel hæredum non nocet, neq; probat. Secũda cõclusio si confessio testatoris in eius præiudicium emanans habeat annexũ iuramẽtum, talis confessio plenè probat. Ita ex præmissis collige has duas conclusiones notabiles superius factas. Prima ergo conclusio probatur vltra Barto per tex. in l. si fundum sub conditione §. si libertus. ff. de leg. j. plus dicit Barto. in d. §. codi. quòd si testator in sua confessione dicat, & ita iurauit, licet non iure, nec iurauerit, tamẽ talis confessio plenè probat. & hoc probatur p tex. in d. §. codi. secũdũ vnam lec.

Quærit vlterius testator in sua confessione confessus se esse vsurarium & quod dedit ad vsurã Pe. & Mar. & confessus est restituere vsuras. posteà liberatus est, & conuenitur ab illis, à quib' extorsit vsuras, vt eas restituat: & hoc probant per suam confessionem in testameto emanatam: & ipse dicit, ego reuoco confessionem meam, quia fuit emanata in vltima voluntate, & potest vltima voluntas reuocari quandocunque vsque ad mortem, & ideò eã reuoco, vt in l. iiij. §. fina. ff. de adi. lega. & in l. cùm hic status. §. pœnitentiam. ff. de do. inter virum & vxorem

Additio.

¶ Vide de hoc Panor. in c. cum dilectus. nu. xix. & quod ibi posui, in addi. ad ipsum. in ver. confessus est de ista. dixi in apost. ad Bal. in l. rationes. nu. ij. in ver. dicto testatoris. C. de probatio. & in addi. ad Barto. in l. cum quis decedens. §. codicilli. nume. ij. ver. hæc faciunt ad q. in apost. in eo. ver. ff. de leg. iij. Celsus.

¶ Econtra dicunt creditores in vltima voluntate potest contrahi: vt in l. hæredes palam. §. fi. ff. de testa. & in l. iiij. §. si mulier. ff. de lega. iij. vnde licet ista confessio fuerit emanata in vltima voluntate tamen fuit actus inter viuos, qui non potuit reuocari: vt in l. sicut. C. de act. & obli. In præmissis quæritur quid iuris.

Additio.

¶ Vide do. Alex. de Imo. in l. fi. ff. de solu. & Abb. in c. fi. de suc. ab intesta. pen. col. in ver. sed circa prædicta vbi tenet cum Barto. & ibidem etiam vide Anto. de butr. B. vadus.

¶ Et respondeo secundum Barto. in d. §. codi. aut illa confessio fuit emanata creditore absente, & tunc talis confessio censetur esse pars vltimę voluntatis & ideò talis confessio poterit reuocari. Nam vltima voluntas non requirit pręsentiam eius, in quem confertur dispositio: vt in l. cùm pater. §. dispositionis. ff. de lega. ij. & hoc est verum, nisi notarius recepisset illam nomine creditoris absentis. cùm tunc esset quæsitum ius creditori, nec posset secundum eum reuocari. aut talis confessio emanat præsente creditore: tunc nunquam potest reuocari: quia tunc censetur actus inter viuos. ita not. Bart. vbi. s. Quæritur iuxta præmissa de alia vtili q.

38 † Maritus cõfitetur se habuisse centum ex causa mutui, vel causa dotis ab vxore sua, & ita iurauerit: quæritur nunquid mulier possit repetere prætextu confessionis & nutrimenti? determinat Bart. quòd non in d. §. codicillis. & est ratio, quia confessio emanata in vltima voluntate in fauorem personæ incapacis, censet emanata in fraudem, & est nulla vt est text. in l. qui testamentum. ff. de probatio. & in l. cùm quis decedens. §. Titia honestissima. ff. de lega. iij. sed inter vxorem & virum est prohibita donatio: vt in toto titu. C. & ff. de donat. inter virum & vxo. ergo &c. Idem si testator diceret in testamento, scitote hæredes mei, quòd debeo centũ tali filio naturali, quæ mihi mutuauit, & ita iuro. Nam talis confessio foret nulla, non obstante iuramẽto: quia est emanata in fauorem personæ incapacis, scilicet filii naturalis, qui est incapax bonorum patris, vt in toto titu. C. de natura. liber. sed solet esse differentia, an confessio sit emanata inter personas prohibitas, siue incapaces, vel aliâs personas capaces: quia in priori casu, confessio est nulla, etiam interueniẽte iuramento: secundum Bar. in d. §. Titia. & secundum. Barto. in l. generaliter. C. de non nume. pecunia. posteriore verò casu, cõfessio simplex nõ valet, quod ad probationem: si autem interueniat iuramentum, tunc bene valet, vt in dicto. §. codicillis. Non dimittendum est tractare de virtute pręcepti: solet enim fieri confessio in iudicio, vt soluat infra decem dies: vt est moris, per l. si debito-

ri.

ri.cum glo.sua.ff.de iudi.

Additio.

¶ Adde an ex confessione, de qua hic in iudicio facta, committatur actio? & qualiter appelletur per Lud.Ro.sing. xxij. inci.ex confessione.Celsus.

40 ¶ Vnde quæro, † nunquid si quis confessus in iudicio se debere, iudex possit præcipere vt illa soluat, & tale præceptum facere in die feriato ob honorem Dei? respon.quòd sic.ita tenet Angel.in dicta l.si debitori.Item à tali præcepto poterit secundum Angelum, ibi appellari.Idem si talis confessio dicitur interlocutoria, non autem diffinitiua.Aduerte tamen, quòd illud quod solet dici cõfessionem esse factam in iudicio, debet intelligi, quòd confessio dicitur emanata in iudicio, si est emanata super causa de qua est quæstio, propter quam iudex sedet ad bancum.

Additio.

¶ Adde ad propositum eorum quæ hic dicuntur, & de illorum veritate Panor. in c.ex parte nu.xvij.Celsus.

¶ Aliâs si quis confiteretur in iudicio, non diceretur cõfessio emanata in iud. Ita singu.dicit Anto.de But.in c.fin.supra de confes.quòd est notandum, propter quod infert ipse Anton.si quis occideret hominem in iudicio, non poterit iudex condemnare, nisi fiant probationes, propter quod iudex non sedebat ad bancum.contrarium Ioan.andr. ibidem.& Ioan.de Imo. idem tenet Ange. in l.j.ff. de fer. dicentes, quòd sine aliis probationibus, poterit iudex condemnare.quia hoc est sibi notorium, & etiã aliis: tamen requiritur vnus casus specialis, & etiam singularis, in quo iudex secundum conscientiam suam iudicat, & secundum quod nouit tanquam priuata persona gloss. est singula. in l.j.C. qui & aduer.quos regulariter autem iudex debet iudicare secundum allegata & probata.vt in l.illicitas. §. veritas.ff. de offi.præsi.

Additio.

¶ Vide quæ latè dixi in apostilla ad Bonifacium Vitallinum de mantua, in suo procemio tractatu malefic.vbi posui ad hoc.vij.limitationes, & adde domi. Ias. May.insti.de arbi.in §.si minus in vers. in ea.glo.ibi in fine.& Pari.de Puteo in tract.sindi.in ver.iudex.& Ioan.and. in c.primo de sen.& re iudi.in.vj.Innocẽ. B.vadus.

¶ Pro complemento istius materiæ confessionis, add › supradictis, inquantum dixi, confessionem nocere confitenti. verum est nisi emanata sit per erro-

41 rem.† quia confessio emanata per errorem, potest reuocari vsq; ad sentẽtiam vt in l.error. C.de iur. & fac. ignoran. Pro veritate inuestiganda, duo sunt videnda.primum, an confessio facta possit reuocari.Secundum, vtrùm in reuocatione, sufficit probare rem aliter se habere.Circa secũdum dicitur aut quis vult reuocare confessionem sui procuratoris, vel administratoris: & tunc sufficit rem aliter probare se habere, & erit confessio reuocata. Ita tenet gloss.in l. certum. §.sed ad ipsos. ff. de confessis. aut quis vult reuocare propriam voluntatem. & tunc aut confessio emanauit in facto alieno, & tunc idem: aut in fa-

cto proprio,& tunc aut extra iudicium aut in iudicio: si extra iudicium,& tunc aut tractatur de damno confitentis euitando,& tunc idem aliis debet probari error, nec sufficit probare rem aliter se habere. Si autem in iudicio circa præparatoria,& tunc lit. contesta. potest reuocari, etiam nullo probato errore: nec probare rem aliter se habere, secundum Angelum in lege is qui se obtulit. ff. de rei rei vendica. Si autem circa decisoria, & tunc debet probari error. & sic hoc probabitur, si probat se esse ductum persuasione aduersarii, ad sic confitendum: vt in l. prima in fi. ff. quando ac. de pe. est an. Circa primum, vtrum confessio poterit reuocari: dic aut est emanata circa præparatoria:& ante lit. contesta. sciente vtroque & tunc poterit reuocari: vt in l. is qui se obtulit. Idē si confitente ignorante. Si autem circa decisoria, dic aut emanauit scienter, & tunc non potest reuocari. Idem si ignoranter, per ignorātiam iuris, quia igno. iu. non præsumitur vt in l. hæredes ab eo. §. fin. ad Treb. aut errat in facto propter leuem culpam, vel sine culpa, & tunc potest reuocari vsque ad sententiam: vt in lege error. hæc sunt verba Barto. in l. non fatetur. ff. de confessis. qui ponit hanc doctrinam per verba tamen plura: eandem ponit Ioannes de Imola non faciens mentionem de Bartolo in capitulo finali, de confessis. & reuocatione huiusmodi confessionis, videte in Lætate. in. §. iusta. ff. de inter. actio. An reuocari possit confessio & quibus casibus, vide gloss. magnam capitulo ex parte de confessis. hoc libro.

CAP. VIII.

DE TESTIBVS.

SVMMA CAPITA.

1 *Vt quis aptus testis sit qua requirātur.*
2 *Pupillus in quibus testis esse possit, & in quibus non.*
3 *Fœmina, quando testis esse possit, & quando non.*
4 *Testium depositio quibus constet.*
5 *Iuramentum calumniæ, cur introductum.*
6 *Testi quomodo iuramentum deferendum.*
7 *Iuramentum testis quando interuenire debeat.*
8 *Testimonium per scripturam delatam, vtrū probet.*
9 *Vtrum testimonium coactè deferendum sit.*
10 *Mulieres testimonium deferre non coguntur.*
11 *Quando quis inuitus, in iudicio trahatur.*
12 *Vt testium depositio probet, vtrum necesse sit vt citetur.*
13 *In iuramento testis nunquid citari debeat pars aduersa.*
14 *Vtrum post elapsum terminum, testis depositio valeat.*
15 *Testis vtrum die feriato iurare possit.*
16 *Vbi testi iuramentum deferendum sit.*
17 *Iudex vtrum possit delegare iuramentum deferendum testi, & vtrum examinationem. numero. 19.*
18 *Partes vtrum testium depositioni interesse debeant.*
20 *Vtrum valeat dictum testis si non reddat rationem dicti sui.*
21 *Dictum testis super deterioratione non valet.*
22 *In iurisdictione probanda, quomodo testis deponat.*
23 *Vtrum valeat dictum testis si non reddat ratio*

83 *In carceribus detentus, testis esse non potest.*
84 *Inimicus, vtrùm testis esse possit. & quid de amico, ibidem.*
85 *Pauper & rusticus, vtrùm testes esse possint.*
86 *Socius an possit esse testis.*
87 *Clerici & monachi, vtrũ possint esse testes.*
88 *Quid in fideiussore, aut sollicitatore.*
89 *Qui crimen denuntiat, vtrũ testis esse possit.*
90 *Testis, de quibus circunstantijs deponere debeat.*
91 *Testi vtrũ ad ferẽda sit ratio suæ depositionis.*
92 *Rei æstimatio, quomodo per testes probetur.*
93 *Dominium seu possessio qualiter probetur. & numero. seq.*
94 *Possessionis continuatio, qualiter probetur.*
95 *Probata possessione vtrùm præsumatur dominium.*
96 *Furiosus qualiter quis probetur.*
97 *Communis vtendi, intelligendique vsus, qualiter probetur.*
98 *Filiatio qualiter probetur.*
99 *Affinitas & consanguinitas, qualiter probetur.*
100 *Graues tantùm personæ, de auditu deponũt.*
101 *Mors qualiter probetur.*
102 *Negatiua, quando probetur.*

AXIOMATA.

1 Testis t. aptus. { a. Aetate. b. Conditione. c. Natura. d. Vita.

2 A ᵃEtate.† vt intelligamus popillũ excludi.l.iij.§.lex Iu.l.inuiti. In fi.ff.de testib.§.testes aũt.Insti.de testa. Cæcus eñi de coloribus nõ iu dicat: secũdũ Bal.l.testiũ col.ij.versi.redeo ad primũ.C.de testi. Et licet non opponatur, non tamen valet eius depositio: cùm ipso iure nullũ sit. Ange.§.j.authent.de testi. Ideoque ne indefectu quidem aliorum admittetur.l.ij.§.fin.ff.de iure immu. Excepta maiestatis causa.l.de.minore.ff. de quæstio. Aut si doli capax sit, aliquatenus indicium facit.glos.l.inuiti.l.ij.ff. de testib. Barto.post gloss.l.fin. C. de his quib. vt indig.l.ex libero.§.fin.&.l.maritus.ff.de quæstio.

b ᵇ.Conditione. vt liber, non seruus sic.iiij.quæstio.iij.c.vbi.§.item serui. Metu enim domini, veritatem conticeret.eo.§.item idonei.

3 ᶜ Naturae.† vt vir, nõ fœmina. quandoquidem varia & mutabilis sit. l.filia.C.de inoff.testa.ar.l.reprehendẽda.C.de instit.& subst. Hoc canonum interpretes, in criminalibus duntaxat admittunt.xxxiij.quæstio.v.c.mulierẽ. c.tanta.de simo.c.tam liberis.de testib. Ego verò superiorem communem sententiam, generaliter verã crederẽ.xv.q. iij.c.ex eo.§.testes.inst.de testa.

Vita, & mores testis spectandi sunt vt innocens, integerrimæ vitæ sit.j.q. vij.c.testes. Qui verò moribus corruptus est, nusquam admittitur.ar.c. non potest.ij.quæstio.vij. Puta, infamis.c. cogeres.de testib.

IACOBVS BONIOVR.

4 TESTIVM† depositio constituitur ex duobus, s. ex dicto testis, & ex iuramento. nec vnũ valet sine altero: vt inc. fraterni

fraternitatis.j.de testa.& in l.iusiurandi.C.de testa.licet partes posint renũciare iuramento testium: ita quòd stetur eorum simplici verbo: vt est casus in c.tuis.j.de test.& est glo.j.ff.de fer. in l.j.secus in iuramento calũniæ quòd per expressam partium intentionem non potest remitti:vt l.ij.§.quod obseruari.C.de iuramen.calum.& est ratio differentiæ:ꝙ iuramentum testis est inductum in fauorem partium, vt testis dicat veritatem:ideò ei partes possunt
5 renuntiare. †Iuramentum autem calumniæ est introductum.ad publicam vtilitatem:vt in d.§.quod obseruari.cuius vtilitati publicæ,iuramento non potest renuntiari:vt in l.ius publicum. ff. de pac.& in c.si diligenti.de foro cõpe. Et circa materiam iuramenti testium. veniunt plura examinãda postea examinabimus quę oportuna visa fuerint,
6 Circa dictũ testis quæro primò†qualiter debeat iuramentum testis deferri, & quæ sit forma sui iuramenti:respondeo secundùm Bald.quod debeatur iurare in hac forma,Iuro dicere veritatẽ pro vtraque parte in tota causa, super qua sum productus.ita dicit Bald.in l. præsbyteri.C.de episcop. & cleric.docto.addunt communiter, quod etiam sub iuramento compræhenditur quòd nec odio,nec amore,nectimore&c.post ponat dicere veritatem pro vtraque parte:vt in authen.sed iudex.C.de episcop. & cleric.Et deferri iuramentum tactis scripturis.vt gloss.in l.iusiurandi suprà allega.

Additio.

¶Idem no.quòd hîc Bald.in repe.l.ij. versi.sed nunquid.ff.de iureiuran.Alexan.de Imo.in l.ait prætor.§.fin.eo.tit. Feli.in c.fraternitatis post Abba.ver. & aduerte.de testi.& in c.ius.versic.extra.de testib. etiam si esset episcopus. vt ibi per eos.Quod est verum,quãdo solenniter iuratur,puta,ex forma iuris, vel statuti:tunc enim debet testis iusiurandũ pręstare,tactis corporaliter euangeliis:neque sufficeret tangere aliam scripturã.In aliis autẽ introducit consuetudo:vt sufficiat tangere aliam scripturam:vt per Alexan.in l.ait prætor. §.fina.ff.de iureiu.& glo.in c. vt circa. in versi.corporali.de elect.lib.vj. Feli. vbi suprà & sic cõcor.docto.quia Abb. in c.tuis.ver.quæro.extra gl.de test.videtur tenere contrarium.& vide eundem,in ca.inherentes.nu.xxv.& quod ibi posui,in add.ad ipsum.in ver.tactis scripturis.de iura.calũ.no.Barto.Solu. in suo tra.fal.re.ccccxvj.Ro.consi.clx. &.d.me.Phil.Deci.cons.xcj.Celsus.

¶Vnde notarius qui examinat testes, debet scribere,quòd iuramentum delatum fuit,tactis scripturis:& si in depositione testium non est appositum, tactis scripturis:sed solùm dicatur,ꝙ suo iuramẽto testificando dixit &c.eius dictum non valet.Ista est gloss. singu.in c.vt citra,de elec.in vj.Et est ratio quare debet testis tangere scripturã in iurando:quia scripturam tangere,est solennitas extrinseca,quæ non præsumitur nisi appareat:vt in l.quecunque. §. si à pupillo.ff.de publi.& l.sciendum.ff.
7 de verbo.obl. Secundò quęro,† vtrũ iuramentum testis debeat interuenire in depositione, vel post:respondeo ꝙ debet ante,vel incontinenti post:secundum

dum Bal.in l.iurisiurandi supr.,alleg. vnde si testis deponeret & postmodùm ex interuallo iuraret, dicens, quòd ea quæ dixi,sunt vera.Non valeret dictũ suum: vt in.c.fraternitatis.ĩ.de test.

Additio.

¶Et ibidem vide Feli.in ij.not.& in c. cum dilecta.ĩ.de rescrip.& vt ibi dixi, practicatur hìc Venetiis in aliquibus officiis.& licet in causa cuiusdam mei amici esset allegatum quòd sic erat de consuetudine:tñ fuit obtentũ cõtrariũ.
¶Et in d.l.iusiurandi. Quæro tertiò, †nunquid testis potest deponere dictũ suum in scriptis, præcedente iuramen toivt quia testis iurat dicere veritatem posteà porrigit vnam scripturam,& di cit,Dico ergo prout hìc est scriptũ:an dictum tale valeat?respondeo,secundũ Bald.in d.l.iusiurandi.quòd non, quia debet deponere viua voce: vt iudex videat quãdo deponat,& quo calore &c. secundùm Innocen.in hoc.c.

Additio.

¶Et heri die.viij.Iulii.Mil.cccccvj. cũ hìc venetiis essem in causa cuiusdam mei amici examinatus,in libro examinationis testium scribani dicti officii, mea manu deponendo scripsi. & post scriptum,licet non requisitus,volui co ram dicto scribano viua voce legere, nam dictus scribanus præcepit me debere scribere,& recordatus de hac doctrina volui legisse:licet dictus scribanus asserebat sic esse de consuetudine scribere,siue legere aliquam vim facie bat,vt legerem.Adde quod iste do. Bene.va.erat motus bona ratiõe,dum vo lebat legere suam depositionem: quia ista est vna fallentia,ad regulam, per istum hìc positam: scilicet quòd testis non possit in scriptis deponere.& hanc limita.ponit Bald.in l.iusiurandum.in f.ff.de ope.lib.licet Sal.ibi tenuerit cõ tra.de quo dixi in addi.ad Bald.in l.ius iurandi.nu.iij.in apostil.in ver. Barto. sentit.C.de testi.& post Bar.in l.Theo pompus.numero.vij.in ver.puto quòd sic.ff.de do.præleg.Celsus.

9 ¶†Quæro quarto nunquid quælibet persona possit trahi ad iudicium: vt iu rare,& reddere testimonium compellatur:respondeo quod sic regulariter. fallit in personis vetitis: vt in l.lege Iu lia.ff.de test.de quo latius dicam in ma

10 teria depositionis.†Præterea mulieres non possunt trahi ad iudicium, vt iurẽt & deponant dictum suum: imò si fuerint citatæ & veniant ad iurandum & iurent:non valebit eorum dictum: vt est casus in c.mulieres.de iudi.libro sexto debet enim iudex mittere notarium ad ipsas,& earum dictum cum iu ramento accipere.vt in dicto capitul. mulieres.& si iuraret mulier dicere ve ritatem in iudicio,valeret dictum suũ: quia tunc solum dictum mulieris est nullum,quando inuita trahitur ad iudi cium:vt in d.c.mulieres.in verbo.inui-

11 ta.†Et dicitur quis trahi in iudicio inuitus,quando citatur.secundũ Barto.in l.post legatum.§.his verò.ff.de his qui. vt in dig.pro qua facit ratio,quia iudicium datur in inuitum:vt in l.inter sti pulantem.in.§.si Stichum.ff.de verb.

12 borum obliga. Quintò quæro†Nun quid ad hoc vt valeat dictum testis,requiratur vt citetur.

Addi.

Additio.

¶Adde hanc q.per do.Abba.in c.in nomine domini.ver.extra gl.& ver.videte,multa.vbi posui in addi. ad ipsum. in versi.citationem necessariam.& ibi Feli.ver.ij.casu.de test. vbi concludit Abb.q͏̄ testis à parte productus, quauis nō sit citatus plenè,tamen probat,maximè si in præsentia partis & iudicis deponat:quia tunc cessat suspitio.de quo per dominum Baldum,in l.post legatū §.is verò.ff.de his quibus vt indignis. & eundem,in c.j.de iudiciis.domi. Deci.in capitulo,cum dilecta.in gl. in versiculo, procuratricem. versiculo vltimo.Abbas de confirma.vtili.vel inutili.capitulo consueuit. §.primo. de officio delega.& de hoc not.Bad.in l.præsbyteri.nume.ix.& ibi posui, in apostil. ad ipsum,in ver,nec citari.C.de episco & cleri.Celsus.

¶Plurimi imperiti dicunt,quòd requiritur quòd sit citatus:quia si testis non citatus de per se pro dicendo testimonium.reddit se suspectum.vnde cùm se ingerat officio testimonii,dictum eius non valebit:vt in l.quæ omnia. ff.de procur.quæ opi.est omnino falsissima: imò etiam si nō sit citatus,dictum eius valet:vt est glo.sing.in l.post legatum. §.his vero.s.alleg.hanc sententiam tenet Bart. ibidem eandem secutus est Bald.in l.præsbyteri,C.de epi.& cleri. vnde præfati doct.sic distinguūt.Interdum persona volens producere testem requirit eum,& ipsum conducit ad iudicem,& dicit,Domine iudex ego produco hūc testē·tūc valebit dictū ta.is testis,etiā si nō sit citatus: q͏̄a spectat ad officium partis requirere testes: & est ratio,quare valet dictū testis,etia si nō sit citatus:quia cùm iudex defert iuramentū,videtur ipsum admonere,vt dicat veritatem.vnde maiorem vim habet admonitio iudicis,qua citatio nuntii:vt in l.ij.C.quo.& quado iu.vnde dicentes contrariū,non intelligunt,Interdum testis sine requisitione partis venit ad iudicium,& offert se velle deponere,dicens se scire veritatem,quia dicit,Domine iudex ego sum plenissimè informatus,& tunc non valet.quia facit se suspectum ingerendo se officio testimonii. In criminalibus verò potest iudex producere testes,etiam parte non instante,secus in ciuilibus: secūdū Bal.qui ita no.in l.præsbyteri.s. alleg.

13 †Quæro sextò,nunquid,in iuramento,testis,debeat citari pars aduersa,vt intersit iuramento testium? respōdeo q͏̄ sic.alias dictum testis non valet. vt est text.in c.ij.s.de test.& in l.iudices.C.de fi.instr.& in l.qualiter.§.eisdē C.de reb.cre.& in l.si quā.C.de test.imò plus si citata est pars vt intersit iuramēto testium.& cùm iurauerit testis,neutra pars sit præsens:eo casu non valet dictum eius.glo.est sing.in l.si quando de testi.sup hoc dicit dñs Rapha.Iul.in l.j.C.quomodò & qñ iudex.q͏̄ in ciuitate Paduæ irritauit processus & mille dicta testium. Vnum attēde, q͏̄ si pars aduersa est citata ad videndū iurare testes,si nō interfuit iuramento,sed postmodum probat se impeditum fuisse ex necessaria causa,ita quòd non potuit venire:dictum testis non valebit:vt est ad literam in c.in nomine infra de testi.

14 Quæro septimò † nūquid testis

iurans

iurans in termino, si tamen non deposuit dictum suum, possit deponere extra terminum. Quidam dicunt quod sic, & quòd valet dictum suum, quod est falsum: tamen verum est, quòd Iac. But. in quadam disputatione sua tenebat istud per multas rationes posse fieri: contrarium tenent Ioan. Andr. & Archi. in c. pia. de exceptio. lib. vj. eandem sententiam tenet Barto. in l. damni infecti. in. §. Sabini. ff. de dam. infec. quam sententiam secutus est Bald. in l. si quando. C. de testib. nisi in vno casu. Nam si stetit per iudicem, quominus testes non examinarentur in termino, possent deponere extra.

Additio.

¶ Sed quid si statuitur terminus ad probandum, & producendum testes: & post terminum iudex admittat eos, an videatur pronuntiare tacitè & reuocare præfixionem termini? vide domi. Alexan. de Imol. in consil. xxxviij. iiij. parte. & adde Feli. in d. c. licet. versi. limita. xvj. supra eod. tit. B. Vadus.

¶ Ita limitat Bart. & Bal. in locis præalleg. istam sententiam tenuit Anto. de Butr. in vno casu. & Ioan. de Imo. in c. licet causam. supra eod. Si autem datus esset terminus parti ad probãdum, & ad probatum habendum: vt probet & probasse debeat: tunc in omnes oportet quòd probet in termino & deponat. Quæro octauò, 15 † nunquid testes possent iurare in die feriato? Respondeo quòd non.

Additio.

¶ Quare est actus iudiciarius, qui non potest exerceri die feriato, saltem in honorem Dei, vel sanctorum introducto. vt per do. Feli. remissiuè, in c. si diligenti. in versic. quartum corolarium de foro compet. Aduerte tamen quia vbi talis esset abiturus, vel per partem subtracturus, aut iurisdictio iudicis esset, peritura, posset iusiurandum præstare per testem: vt not. in fin. Paul. de Cast. in l. eadem. ff. de fer. & Specul. in eodem titu. §. sequitur. versic. penult. & ibi Ioan. Andr. in addit. ad eum. & Bar. in l. more. ff. de fer. Celsus.

¶ Sed bene deponere possent in die feriato ob honorem Dei, si iurauit in die iuridica: ista est glo. singu. in cle. iudices. de officio delega. Quæro nono, 16 † nunquid testis potest iurare in alio loco, quàm in iudicio? Respõdeo quòd non: nec valet posteà dictum: vt est casus. in l. iij. in glo. in. §. Sabino. ff. de testa. & est ratio. nam bonum est argumentum de loco ad tempus & econtra: vt in l. vnum. ff. si certum pet. Sed non valet dictum testis si sit iuramentum delatum die nõ iuridico: vt dixi supra proxim. q. ergo &c. Quæro decimò, 17 † nunquid iudex potest delegare iuramentum deferẽdum testi, nomine suo? Respondeo quòd non. Vnde si notarius de mandato iudicis deferat iuramẽtum testi, non valet dictum suum: vt est glo. sing. in l. hac cõsultissima. §. fi. C. de testa. & illud idem tenet Angel. multùm commendans illas glo. Fateor tamen quòd si notarius deferat iuramentum præsente iudice, quòd tunc valebit dictum: quia tunc videtur iudex deferre, cùm sit præsens. Ita dicit Bal. in l. iudicamus. in. § deferre. ff. de in lit. iura. Est illud

illud tamen moderandum quod dixi, quòd iudex non poteſt delegare iuramentum teſtis notario: niſi in caſibus, in quibus mittitur notarius ad domum teſtis ad examinandũ: veluti ſi ſint perſonæ egregiæ, vel infirmæ: vt in l. ad egregias. ff. de iureiur. & in c. fi. j. de teſtib. Et in mulieribus quæ non debent trahi inuitæ ad iudicium: vt in c. mulieres. de iudi. lib. vj. nam in hoc caſu, delegat iuramentum notario: vt videmus de conſuetudine. Quæro vndecimò,
18 de examinatione teſtium, † vtrùm partes debeant eſſe præſentes examinationi ipſorum? Et breuiter reſpon. quòd non. imò debent in ſecreto examinari: vt in l. nullum. C. de teſti. & ibi eſt caſus. imò ſi iudex palam examinaret teſtem, non valet eius dictum. Ita dicit glo. ſing. in c. quia propter. ſ. de elect. tamen in iſtis ſummariis, qui ſunt modici præiudicii, poſſunt palam examinari partibus præſentibus: nec tunc requiritur alia publicatio: ſecũdum Bal. qui ita not. in l. prolatam. C. de ſent. & interlo. om. iud. Quæro duodecimò,
19 † nunquid iudex poſsit committere examinationem teſtium? videtur communis opi. doct. quòd ſic in ciuili.

Additio.

¶ Pro quo vide Feli. in c. cum cauſam. de teſtib.

¶ In criminali autẽ non: vt in l. iudices. cum auth. ſibi poſita. C. de fid. inſtr. quę incipit. Apud eloquentiſsimũ. tamẽ ex cauſa: ſecundũ Iaco. de Are. & Nico. de mata. poterit etiã in criminali cauſa alteri cõmitti examinatio teſtium, puta, ſi teſtes denegant in alia iuriſdictione. puta, quia ſcribit iudex iudici loci teſtium, quatenus examinet tales teſtes: tamẽ melius foret ꝙ iudex iudici mittat literas. quòd mittat tales teſtes ad ipſum, & admoneret, vt corã eo dicerẽt veritatẽ: ac eis præſtiterit iuramẽtum de veritate dicenda corã iudice iudicis examinatoris: qui iudex debet videre teſtes, quo calore deponũt: vt in l. de minore. §. tormẽta. ff. de quęſtio. & ibi per Bar. & idẽ tenet Inno. verumtamẽ examinator electus ad examinandũ teſtes, nõ poterit alteri delegare: quia eſt electa induſtria perſonæ, à qua nõ eſt recedẽdum: vt in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duo. re. & in l. inter artifices. ff. de ſolu. & in l. is cui bonis. ff. de cur. fur. & in l. vnica. §. ne autẽ. C. de cad. tol. & ibi plenè per Bal. tamẽ quia iſte examinator habet nudũ miniſterium, & ideò nõ poteſt per alterũ explicare: vt. ſ. de off. dele. c. fi. ita determinat glo. ſing. in cle. iudices. de offi. dele. Item & ſecũdò: ſecundũ doct. iudex poteſt delegare examinationes teſtiũ, in cauſa criminali, propter multitudinẽ occupationum: vt in l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius cui mãda. eſt iuriſdict. Quæro tertiòdeci-
20 mo, † nunquid valeat dictum teſtis, ſi non reddat rationem dicti ſui.

Additio.

¶ Vide tu Feli. in c. literis. de præſum. in ver. cõtra tenet. & d. Alex. de Imo. in cõſi. cxxxvj. in j. parte. & in cõſi. cxlj. in ea. parte. & in cõſi. lxxij. in. j. parte. & in cõſi. lxxxv. in. ij. parte. & in cõſi. xxv. in iiij. parte. & in cõſi. iij. in. iiij. parte. vbi quid in actu particulari, ſeu vniuerſali. quibus adde Bar. in l. ſolã. nu. ij. & ibi

auté quæ immediatè nõ repræſentãtur intellectui,per ſenſum corporis,ſup eo ſup quo deponũt,niſi adiectis aliis quã litatibus & circunſtãtiis:nõ valet dictũ teſtis, niſi reddat rationé dicti ſui, etiã nõ interrogatus.Ecce exemplũ in dñio, Teſtis dicit, ꝙ talis eſt dñs talis rei, & ſcio, quia vidi certè per teſtiũ ſenſum corporis:pro iſtis verbis nõ repræſentatur intellectui, ꝙ ſit dñs, quia dñium videri nõ poteſt. vnde ſi teſtis vlterius procedat,& dicit,ſcio,quia eſt dñs:quia poſſedit per.xxx.annos. per hæc verba tũc repræſentatur intellectui iudicis ꝙ ſit dñs. Eſt tamẽ ſingulariter intelli-
23 gendũ,†ꝙ vbi dicit,ꝙ valet dictũ teſtis etiã ſi nõ reddat rationé ſui dicti. quia nõ interrogatur ſi alii teſtes ſuper eodẽ deponentes cõtra deponant,& reddant rationem ſui dicti:iſti teſtes præferuntur,quia reddunt rationem ſui dicti.

Additio.

¶Tu vide de hoc plenè & omnino per Ant.Corſe.ſing.ſuo,in verſ.teſtis.quòd inci.ſi duo teſtes. vbi alleg.Iaco.But.& Bal.in locis hîc alleg.Celſus.

¶Iſtud eſt dictũ Iaco.But.& Bal.in l. præsbyteri.C.de epi.& cle.eſt etiã aduertendũ, ꝙ vbi dictũ teſtis cõtinet in ſe rationẽ, non eſt vlterius teſtis inueſtigandus de aliqua ratione. Exemplũ, Teſtis producitur ſuper mutuo, & dicit, Ego ſcio iſtud ſolũmodò videlicet, quòd ego vidi Titium mutuare centũ Scio tali die,& tali loco.Iſtud eſt dictũ Inno.in c.cauſam. infra de teſtib.& ſequitur Bal.in l.data.C.qui accuſa.non poſ. Præterea eſt ſciendum,quòd teſtis qui deponit,per verbum,credo.

Additio.

¶Tu vide ad propoſitũ eorũ quæ hîc dicũtur iſtum.ſ.eod.§.cõfeſsiones. nu. xxvj.verſ.item nõ eſt prętermittendũ. & quod ibi poſui in addit.ad ipſum.in verſ.firmiter.de his quæ plenè per.do. Panor.in c.firmiter.in addi.in c.firmiter credit.& maximè moder.circa fi.de ſumma trini.& fide catho.& per Bart. Sozi.in regula.ccccxxix.Celius.

¶Deinde ſubiungit rationẽ concludẽtem, probat.vnde ſi teſtis interrogatus ſuper mutuo dixit,Credo quod mutuauit:interrogatus quomodò ſcit.Reſpõdit,Eram pręſens.dictũ ſuum valet.Ita tenet Bal.in l.data.ſ.alleg.& in l.conuenticulã. C.de epiſ.& cler.& ideò ſit cautus examinator teſtiũ,cùm videt teſtem productũ,per partẽ aduerſam:interroget per collegã ſuum examinatorem, ſi teſtis deponat per verbũ credo: quod ſi examinator contra quẽ producũtur teſtes dicat,nõ curo,ꝙ fiat aliud interrogamẽtũ ſibi:quia ſatis bene deponit.nã teſtimoniũ de credulitate, regulariter nõ valet.in l.teſtiũ.C de teſti.niſi tale dictũ ſuſtineatur per cõcludẽtem rationẽ : vt.ſ.dixi.& regulariter debet attẽdere rationẽ dicti teſtis, non dictũ:vnde ſi dictũ non cõcludit, & ratio ſic,valet dictũ ſuum:vt in exemplo præmiſſo. Sed cõtra non valet exemplum,ſi dicat teſtis,verũ eſt Titius mutuauit. x.Scio. interrogatus quomodò ſcit:rãdit ꝙ audiuit:dictũ ſuum nõ valet.Iſta ſunt verba ſing.Bal.in l.cõuenticulã.C.de epi & cle.Aduertendũ eſt,
24 †ꝙ dictũ teſtis,debet cõcludere neceſſariò:vt in l.non hoc.C.vnde cogn.

Additio.

¶ Adde do. Alex. de Imo in consi. lj. in j parte. & in consi. cix. in eadem parte. & qualiter debeat de necessitate concludere? vide per eum, in consi. lxxij. in j. parte. & in consi. c. in ea. parte. Celsus.

¶ Quod intelligitur, secundum Barto. necessariò, vel præsumptivè, vel ex præsumptione iuris. Ita not. in l. j. ff. si certum pet. nam si producatur testis super paupertate vel diuitijs, & talem esse pauperem, vel diuitem: & testis interrogatus de ratione: respondit hoc se scire, quia sumus vicini: valet dictum suũ quod cõcludit præsũptiuè, ex iuris præsumptione: secundũ Barto. vbi. s. Item Bald. in l. ij. C. quando fi. vel priua. Idẽ quoq; tenet Ang. in authen. de hære. &
25 fal. col. j. † Præsumitur enim vicinus, scire facta vicini sui, & eius conditionem: vt in l. si vicinus. C. de nup. & l. filium. ff. qui sunt sui, vel alie. iur.

Additio.

¶ Adde tamen quòd non habitantes, & parùm conuersantes, non arguunt in loco scientiam habuisse: secundùm do. Barto. Roma. in consi. clxxxvij. incip. in controuersia. versi. secunda via est. circa me. ij. parte.

¶ Et si dicatur testis deponere de his, quæ percepit per sensum corporis: vt in l. testimonium. C. de test. & in l. qui testamento. §. fin. ff. de test. In proposito autem non deponũt per sensum corporis. Respon. quòd satis est, quòd testis deponat tale quid, per quod peruenitur ad sensum corporis, ex præsumptionibus iuris: ita dicit Barto. in l. j. ff. si cer. pet. modò sic est quòd si testis reddat rationem sui dicti in hunc modũ: videlicet sum vicinus.

Additio.

¶ Adde Feli. in c. literis. j. de præsump. & do. Alex. de Imo. in consi. lj. in. j. parte. de quo vide Bar. in l. j. nume. xij. & quod ibi posui, in apos. ad ipsum. in ver. quia sum vicinus. ff. si cert. pet. notaui post Bal. in addi. ad ipsum in l. diuersorum. nume. fi. in apost. fin. ver. qui sunt vicini. C. de emanci. li. & melius in l. data opera. nu. xxij. ver. quid si dixit, scio quia sum vicinus. C. qui ac. nõ possunt. Celsus.

¶ Item præsumitur istum vicinum scire debere factum sui vicini, vel conditionem per sensum corporis: videlicet per sensum visus, & per conuersationem. Vlterius est aduertendum ex parte testis producti, ne ipsi sint singu-
26 lares: † quia testes singulares, nullam faciunt fidem: vt in l. iureiuran. C. de test. & in c. causam. s. de test.

Additio.

¶ An testes singulariter deponentes probent, vide dominum Alex. de Imo. in consi. clxviij. in. ij. parte. vbi ponit quomodo probetur consuetudo. & vide eum in consil. clxxij. per totum. ij. part. vbi ponit quando debet probari aliquid, an sufficiat probare in genere, vel in specie: puta. Titium fore vsurarium, & similia. & etiam ibi ponit, quid si tempus est de substantia, & an sufficiant ad probandum quem possedisset: vide per eum, in d. consi. cclxxij. & vide eum in consi. cxcviij. per totum. in ij. part

ij.parte.& in quibus casibus admittantur testes singulares? vide per eũ.in cõsi.lxxxv.in.ij.parte.& in consi. lxxxvj.& in consi.xciiij.& in consi.xcv.in ea.ij.parte.in consi.cxvj.ea.parte.& in cõsi.iij.in.iij.pte.& in cõs.x.& in cõsi.xj.& in cons.xix.& in consi.xx.cõs.xxj.& in consi.xl.& in cons.lxvj.& in cõs.lxxiij.in ea.parte.& in consi.iij.iij.parte.& in consi.cxviij.in.j.parte.& in concxlj.ea.parte.& in consi.c.ea . j.parte.& in consi.liij.in.j.parte,vbi quomodo testes possunt dici singulares.& Feli. in c.licet.in ver.no.vij.j.de testi.& plenius in c.licet ex quadam.ver.vlti. est. sciendum.eodem libro.B.vadus.

¶Nec etiam semiplenam faciunt probationem,nec possunt referre iuramentum probationis ei qui habet testes singulares:istud est dictum singulare Bal. in l.de quibus.ff.de legibus. Sit ergo cautus volens producere testes,vt eos antequàm producat in iudicium , cum eis loquatur:& si viderit illos in suo sermone singulares : non producat nisi vnum,quia tunc vnus solus testis,facit semiplenam probationem: vt in c.fi.de suc.ab inte.& vult gloss.in l.admonendi.ff.de iureiuran.& in l.in bonæfidei. C.de re.cre.& poterit in supplementũ deferri iuramentum quod non posset, si essent producti plures & singulares, vt suprà.Nec miremini in eo quod dico partem debere alloqui testes ante, quàm eos producat:quia hoc est permissum volenti producere testem : vt eum instruat ad deponendum dictum suum:& deponant id,vt congrua ratione ita concludet dictum suum,non autem permissum vt instruat eos : vt sic dicant.ista est nota.doctrina Bald.in l. data opera.C.qui accusa.non poss.

Et generaliter,vt scias,quis dicatur testis singularis.dicite quòd vbicunque dicta testium ex diuersitate factorum separationem recipiunt,isti testes dicuntur singulares.Ita dicit Bald.singulariter,in l.j.C.si vnus ex pluribus.& fuit originaliter dictum Bald.in l.iij. §.si dubitetur.ff.quemadmo. testa.ape. & melior text.quàm sit alibi est,in d.l. iij.C.si vnus ex pluribus.qui testes possunt redargui singulares in casibus. x. scilicet ratione præsentis substantiæ, qualitatis,quantitatis,& sic de alijs singulis.Exemplum in præsenti substantia,Vnus testis dicit quòd mutuauit.x. Titio.alius dicit quòd mutuauit procuratori , Seij . Exemplum in præsenti qualitatis,vnus testis dicit,quòd vendidit Seio.x.brentas vini albi,alius dicit quòd Titius vendidit.x.brentas vini rubei.Exemplum ratione quantitatis,vnus testis dicit , quòd Titius mutuauit.x.florenos,alius dicit quòd mutuauit.xxx . flore.Seio . Exemplum in præsenti loco , quia vnus testis dicit quòd præsens mutuauit in terra Cremæ.Alius dicit imò in terra Laudæ.& sic de singulis:exemplum in præsenti temporis.quãdo vnus testis dicit,quia mutuauit.x.Seio de mense Maij. alius dicit,quòd fuit de mense. Septembris. Isti testes dicuntur singulares , & non probant . & sic potest per alia præsentia discurri:& ista est doctrina Bal. in dicta.l.de quibus.ff.de legibus.& in dicta.l.iureiurand.C.de testi. Aduerte tamen quòd si testes non concordãt in causis sententiæ,non tamen sunt sin

gulares, si parè concordant in dicto. Ecce vnnus testis dicit quòd Titius possedit talem fundum per.x.annos: interrogatus quomodò scit: respondit quòd vidit eum percipere de fructibus feni & vini. alius dicit Titium possedisse per.x.annos. Et interrogatus quomodò scit: respondet, quia vidit ei respondere per colonos fructus. Bald. Similiter vnus testis dicit. quòd tale castrum habet merum imperium. Interrogatus, quomodò scit: respondet, quòd vidit dictum officialem istius loci vnum in eo loco decapitare. alius dicit, quòd scit: quia vidit vnum suspendere. Istud est notabile dictum Inno. in c. qualiter & quando. el. ij, ī, de accu. dicunt enim testes deponere ad eiusdem rei finem per diuersa verba, secundùm Oldr. de quo est tex. in l. sententiam. C. de pe. Vnde testes qui deponunt per eadem verba, præsumuntur subornati: vt in l. iij. §. fi. ff. de testibus.

Additio.

¶ Vide do. Barto. Soci. in consi. cclij. in cip. in causa. do. Io. ver. capio primum ibi. quinimò. in secūda parte. B. vadus. ¶ Circa istam testium singularitatem vnum notabile verbum non est omittendum, quòd si testes possunt adunari ex congrua verborum interpretatione nunquam sunt singulares. imò præsumuntur concordes: secus si aliqua extrinseca fieret suppletio pro concordādo dictos testes: quia hæc fieri non possunt. ita tenet singu. Bal. in l. de quibus. ff. de lega. Et pro hoc habes differentiā notabilem, vtrùm testes reducantur ad concordiam quando sunt notarij, an quando sunt diuersi. Et dicuntur diuersi, quòd priori casu nullam faciunt fidem, sed euitant periuriū: vt in c. cùm tu. ī. de testibus. posteriori verò casu faciunt plenam probationem: secundum quod sentit Bald. vbi, suprà. Scire debetis tamen quia quilibet testis est singularis, in causa proxima & immediata sui dicti. hoc modo: quia quilibet testis qui deponit aliqua acta puta, quod Titius mutuauit decem scio. interrogatus vnus testis, quomodo scit? Respondit, quòd vidi: alius interrogatus etiam respondit, quia vidi: ecce quod quilibet testis est singularis in causa proxima & immediata dicti sui. & quilibet testis certificat de proprio visu, non de visu consocij sui: & tamen singularitas talis non habet vitiare dictum testis: vt heri dixi plenè. & hæc procedunt, si testis deponit super affirmatiua. Item si deponit super negatiua. Ecce, pars vult probare instrumentum de falso, & producit testes descriptos in instrumento: & interrogati de contentis in instrumēto de quibus testis dicit se nūquam interfuisse tali actui: certè instrumentum est reprobatum: licet vnus testis non attestetur de absentia alterius.

Additio.

¶ Sed quid si testes dicant. Notarius errauit, quia non audiuimus hæc verba, sed quedam alia, de quibus non recordamur: probant negatiuam, sed non affirmatiuam: quid actum fuerit satis est quòd testes dicāt rem non ita gestam, prout cantat instrumētum: licet ignorent qualiter res fuerit gesta: secūdum do. Bart. soci. in consil. clxxj. incipi. fui

profectò.versi.confirmo hoc.circa me. in.ij.parte quod no.quia est singulare. de quo vide per eum etiam in consil. ccxiij.inci.in præsenti ver. circa aliud dubium.ca. parte. vide per eundem in suo tra.fa.re.ccccxx. Bal.cōsi.ccclxxxiiij.volu.iij.omnino cōsi.ccclxxxv.volumi.v.c.cùm causam.ad ver.si autem testis examinatus. & ibi Pan. in fin.de testi.idem tamen Abb. in c.ad audientiam.nu.vij vbi posui in addi.ad ipsum in ver.credendum sit.de præscript.dis. dicit quòd in causa ciuili,credatur notario,nisi sit multum suspectus,vel testis nobilis persona:in criminali verò tes.vbi per Feli.ver.ad illud quod tangit Abbas.& ita tenui in addi colec. in c.f.qui testium.nu.iiij.in apost.in verbo testis negat se ita deposuisse.eo. tit. de testi. Idem notaui in addi. ad Bart. post eundem,in l.in exercendis.nume. vij.ver.quæro an debeat credi testi. in apostil.in ver.quod sit rescriptum. C. de fide instru.Celsus.

¶ Ista est notabilis doctrina Bart. in l. dubitetur. ff. quēadmodum testamen. 27 aperiantur. † Quæro iuxta præmissa de vna quæstione, Interrogatur testis super numeratione.deponit pecuniam fuisse numeratam in præsentia ipsius testis:interrogatus quibus prǽsentibus respondet,ipso Ioanne & Martino &c. posteà interrogantur Ioannes & Martinus,an isti viderint numerare dictam pecuniam? & videtur quòd non, quia ipsi de quibus testificatus est ipse testis dicunt se non vidisse numerare:ergo si non viderunt dictam pecuniam numerare,non erant præsentes. In contrarium tamen determinat Ioannes Andræ.videlicet,quòd tale testimonium valeat,& teneat.stant ista simul, quòd quis fuerat præsens,& tamen non viderit numerare.forté diuerterat animum ad alia, vel loquebatur cum alio. eandem sententiam tenet Bartolus, in l.j. ff.de autoritate tutorum. Sed quid in in præmisso casu,& testis in interrogatione dicit, quòd pecunia fuit enumerata præsente Io. & Mart. interrogati, dicunt se nōn fuisse præsentes.Bald.in l.iureiur.C. de testi. format hanc q. & sæpè accidit, maximè in causis criminalibus. & dicit quòd si tale est quid, quod possit adaptare præsentiæ, corpori & mentali:nunc valebit dictum testis primi:quia,vt suprà dictum est,testem dicētem falsum,debere puniri de falso:limitat Angel.verum,in auth. de testi.si testis dicat falsum per malitiā, vel sit sibi contrarius per astutiam & dolositatem: vbi autem testis deponit falsum per errorem,vel casum fortuitum:tunc non potest puniri: & est ratio,quia ad hoc vt quis dicatur committere falsum,requiritur dolus, aliàs non dicitur committere falsum,vt possit puniri.casus est in l.nec exemplum C.de fal.Dolum siquidem interuenire in delictis oportere respōsum est vsq; adeò, vt etiā homicida culposus citra dolū plecti nō debeat. Cogita ꝑpter L. j.ff. de.ll..Item habemus,ꝙ quis nō potest puniri de falso,dato ꝙ quis etiā falsum cōmisisset dolosè:si ex falsitate nemo læditur.glo.est sing.in l.damus.C. de fal.quā ibi sequitur Bal.ea notando.

Additio.

¶ Adde ꝙd ècōuerso,scilicet si aquilia

patiatur damnum corporis, aut bonorum: Et vide plenè tex. egregium, in l. j. post prin. ibi, qui vel falsum. & quod ibi posui in addi. ad dictum text. in apo. ff. ad leg. Corne. de sica. quem ad hoc propositum alle. Corse. sing. suis. in versi. testis. incip. falsus testis in causa homicidii. Celius.

¶ Plus dixit Specu. in tit. de notorio crimine. in. §. decem. ver. fi. quod si testis interrogatur, vtrum inimicus percussit Seium? & respondet se nescire: si postmodùm in articulo de voce. & fama, respondeat contenta in articulo esse vera quòd in hoc testis non est sibi contrarius, cũ illud possit esse. videlicet quòd nesciat veritatem illius percussionis, & tamen sciat famam esse, de hoc cùm forte fama sit de falso.

Additio.

Adde d. Panor. in c. cùm causam. versic. sed circa prędicta. & ibi in addi. dixi: ibi etiam per Felin. in prin. de testi. & vtrũ ista de positio referatur ad omnes articulos, an verò ad istos tantum, de quibus deposuit: ibi per eos, qui concludũt quod ad omnes. idem tenuit Bar. in l. de minore. §. si tormenta, vers. quæro quid si testis. quem hîc allega. Lanfran. ff. de quæstioni. Celsus.

¶ Idem tenet Bart. in l. de minore. ff. de
18 quæstioni. Quæro consequenter, † quot testes requiruntur ad quemcunq; actũ probandum? Breuiter respondeo: quòd regula est, quòd duo sufficiunt, vt in l. vbi numerus. ff. de testib. & in c. omniũ negotio infra de test. fallit vbi expressè requiritur in iure certus numerus requisitus in actu aliquo, veluti est in testamento, vbi septem requiruntur. l. hac consultissima. C. qui testam. fac. pos. vt etiam in codicillis & in donatione causa mortis quinq;. l. fi. C. de codi. & sic de singulis: quod videri licet p discursum longum. Et sic cùm duo testes faciunt plenam probationem, vnus facit semiplenam: vt not. in l. admonendi. ff. de iureiur. & not. glo. in l. in bonæfidei. C. de re. cre. & idem si causa sit criminalis secundum præfatos docto. & est commu-
19 nis sententia. † Causa autem magna dicitur, secundum qualitatem facti, & conditionem personæ: vna causa erit magna inter duos pauperes, quæ tamẽcensetur parua inter duos diuites, secũdũ Cy. in d. l. in bonæfidei. & Ange. in l sed si susceperit. eo. tit. in. §. liberti. & glo. de iudi. quod iuramentum defertur scienti melius veritatem: & si vterq; tam actor quod reus pariter scient veritatem defertur legaliori & honestiori cæteris paribus, defertur actori, qui se introduxit semiplenam probationem: secundum doct. in locis præal. vbi autem per actorem nõ esset introducta semiplena probatio, sed sola suspecta esset pro eo contra reum: tunc ad tale iuramentum non deuenitur, sed defertur iuramẽtum reo ad sui purgationem: & ita intelligitur text. in c. fi. de iureiu. & est tex. in l. fi. in §. licentia. C. de iu. deli. cum aliis multis iuribus. Attendite tamen quod de natura actus per eius formã certus numerus testiũ requiratur veluti in testõ. in quo pro eius forma requiruntur septem testes rogati etiam si interuenerint pauciores: puta, sex: ita quòd non deficit nisi vnus non potest deferri in supplementum iuramentum. ita dicit sing. Bal. in

l.ij.C.de bo.pos.secundum tab.& est ratio, quia cùm certus numerus pro forma habeatur, si deficiat vnus testis, non est numerus determinatus: & sic vitiata est forma. Item in casu præmisso, videlicet, in testamento, & in similibus, testes debēt rogari à partibus: vnde iurās in supplementum, non potest rogare seipsum, cùm idem sit testis, & eadem sit pars. Ideò tale iuramentum, in supplementum probationis non potest deferri, quo ad legitimationem personæ. Ita dicit singu. Angel. in l.non solum.§. qui alieno.ff.de procura. vnde si ego dico me procuratorem Titii, & hoc probo per vnum testem: non poterit mihi deferri iuramentum in supplementum quod est menti tenendum. Aduertat tamen iudex, ne tale iuramentum deferat si nō est petitum à parte. oportet enim vt pars sibi deferri petat iuramentum, nec iudex debet se offerre ad deferendum tale iuramentum: vt in l.iij.§. hæc autem.ff.de dam.infect. & poterit pars petere sibi deferri tale iuramentum, vsque ad defensionem in causa: post autē minimè. & iudex nō tenetur deferre iuramentum, scilicet quando est petitum concurrentibus omnibus, de quibus supra & si non deferat, poterit appellari, quod teneatur deferre probat text. in l. in bonefidei. in verbo, oportet. C. de re. credi. quæ omnia tractat pulcherrimè
30 Bar. in l.admonendi. s. præalleg. † Quæro vlterius, nunquid testis debet esse rogatus, ad hoc vt faciat fidem? Respondeo quod non vt in l.ad fidem. ff. de testa. fallit in quatuor casibus, scilicet in testamento solutione debiti, cuius obligatio præcesserat in scriptis, & in confessione creditoris confitentis se recepisse tale debitum. Item in repudio in testamento requiruntur septem testes rogati: vt in l.hac consultissima. in princip. C. de testi. In solutione autem debiti quod præcesserat, vel in confessione debitoris absentis sibi solutum tale debitum, requiruntur quinq; rogati: vt in auth. rogati. C. de testi. in repudio autem septem rogati: vt in l.vt nullum.ff. de repu. Extra hos quatuor casus, nō requiruntur testes rogati: vt in d.l.ad fidē vbi gloss. ponit hos casus. Quæritur in casu, in quo requiruntur testes rogati: nunquid præsumuntur rogati, nisi dicatur. verbi gratia: dicit notarius actum tali die talibus testibus pręsentibus &c. non dicit, rogatis. nunquid præsumunt rogati. In hoc articulo fuerunt opin. in contrariū. prima est quòd non nisi adiiciatur verbum, rogatus. Hanc sententiā tenet Dy. & Bar. in l.sciendum.ff. de verbo.obliga. Eandem tenet Cyn. in l. hac consultissima. præallega. Idem quoque tenet Alb. de Rosa. in authē. rogati supra alle. quia quod testis sit rogatus, est vna solennitas extrinseca, quæ non pręsumitur: vt in l.quæcunq;.§. si à pupillo.ff.de publi.iudic. tamen si in instrumento appareat, testes fuisse vocatos: quia dicatur in instrumento, præsentibus talibus adhibitis, & vocatis: tunc præsumuntur rogati?

Additio.

¶ Adde Fel. in c.ij.ī.de testi. & quod ibi dixi, in apostillis. & do. Alex. de Imo. in consi.lxx. in .i j. parte. B. vadus.

¶ Quia omnium testium duo sunt genera, quidam sunt fortuiti, & quidā rogati

vt in l.ad fidem.coniuncta auth. rogati. §.allega.sed tales testes vocati, non possunt dici fortuiti,essent ergo rogati.Idē dicit Alb.in auth.rogati.§.allega. fuisse terminatum & practicatum. Diuersum namq; est in tabellione, vt in d.l.sciendum & Alb.in d.auth.rogati.quod præsumitur rogatus,etiam si non sit verbū, rogatus.

Additio.

¶Tu vide de hoc plenè quod posui, in tract.clausularū.in clau.contract. vers. præsentibus &c.& ver.& rogatis.& ibi, quid importet & operetur in instrumētis dicta clausula.Celsus.

¶Et est ratio, quia notarius non potest conficere aliquod instrumentum nisi sit rogatus:vt in.§.nos autem.in authen.de tabu.vnde si non præsumeremus rogatū præsumeremus ipsum deliquisse, quæ coniectura non est capienda in dubio: imò cùm inducat delictum est obiicienda,vt in l.meritò. ff.pro socio. cùm nemo præsumatur immemor salutis æternæ,vt velit delinquere vt in l.vlt.C.ad

31 legem Iuliam repe.†Sed pone quod testes noluerunt deponere dictum suum nunquid possunt compelli? Respond. quod sic, quia compelluntur per iudicium ordinarium,non autem arbitrum secundum Alberi. in l. si quando.C. de test.nullam enim habet arbiter iurisdictionem,cuius virtute posset compellere testes,sed solum habet notionem esse sibi commissum:vt in l.prætor.in prin. ff.de re iudica. Sed nunc quæro consequenter qualiter cogantur testes testificari?Respondeo quod per iudicem ecclesiasticum poterunt cogi per censurā ecclesiasticam: per iudicem autem secularem compelluntur,vt in l.iij.§. adhibere.ff.de tabu. exhib. dico cogentur mulctam inducendo testibus: vt in l.j. §.quid. ff. de ven.inspi. vel pignoribus captis coerceantur, instar tutoris satisdare nolentis,vt in. §.sciendum Institu. de satisda.tut.hæc est sententia communis doctorum nostrorum, scilicet Bart. Bal.Cyn.Albe.Angel. & cæterorum:vt in l.si quando.§.allegata.nec potuerunt testes qui noluerunt testificari, compelli, per detentionem in carcerē,ita quòd incarcerentur,ita dixit text. ad literam in l.si quando prælleg.in litera,ibi, nō incarcerati custodia detrudi ideò etiam Alberi.in dicta.l.redarguit etiam quosdam imperitos assessores,incarcerantes testes, nolentes testificari: qui malè faciunt solent namq; statuta hodie prouidere contra testes,testificari nolentes vt compellantur realiter & personaliter: vnde virtute dicti statuti, possunt incarcerari,tamen electo vno remedio compellendi dictos testes,puta quòd cōpellitur realiter testis pignora capiendo:si tale remedium est sufficiens&plenè succurratur non tamen recurri potest ad aliud: puta ad incarcerationem, quæ permittuntur ex forma statuti.Ita intelligit Ang.& gl.in l. qui restituere. ff.de rei vendica.si autem vnum remedium non plenè succurrerit,tunc potest ad aliud recurri: secundum Angelum, in d.l.qui restituere. & ideò cogitur testificari: etiam si esset viator transiens per ciuitatem ad alium locum. Nam potest per iudicem compelli testificari, secundum Alberic. qui ita tenet in l. si quando.prællega. quod etiam Galeotus

tus, in sua Margarita. Attende tamen quòd prædicta recipiũt fallentias: nam sunt aliquæ personæ priuilegiatæ, quæ non possunt compelli testificari: veluti attinens vsq; ad septimum gradum gl. est singula. in l. si fœmina. C. ad Turpil lianum. quam gloss. ibi sequitur Angel. idem tenet Ioan. de Imol. in c. delicto-rum. infra de testi. cogen. Item affines, socius, & cæteri: de quibus in l. lege Iu lia. ff. de testi. hæ. enim personæ non co-guntur testificari, nisi velint, personæ tamen quæ non admittuntur ad testi-monia, ob reuerentiam eorum contra quos producuntur: non admittuntur ad testimonium, etiam si velint velut filius contra parentes libertus contra patro-num. arg. l. quos prohibet. ff. de postul. & in l. aduersus. aliâs incipit, libertorũ. C. de testi. ita tenet Ioan. de Imo. in c. dilectorum. & cæteri docto. in l. paren-tes. C. de testi.

Additio.

¶ Vide Felinũ. in c. super infra de testi. in fin. vbi etiam quid de filio spiritua-li. B. vadus.

¶ Hæ tamen personæ cõpelluntur testi ficari, si aliter veritas haberi non posit secundum Guli. de Suza. in d. l. Iulia. secundum Anto. de Butri. & Ioan. Imo. in d. c. dilectorum. Ratio est, ne veritas occultetur: quæ occultatio, inducit pec catum mortale. Et no. quod inter istas personas priuilegiatas, sunt etiam cleri ci: quia non possuut compelli testifica-ri, nec coram iudice seculari, nec coram iudice ecclesiastico: nisi veritas aliâs ha beri non posit glo. est in c. super eo. in-fra de testi. cog. alia glo. est in c. statuen dum. ij. q. vj. Hanc sententiam tenet Ho stien. in summa. ff. de testi. §. j. eandem secutus Ioã. de Imo. in d. c. delictorum. Sed modò stat difficultas, quis debebit probare non posse aliter haberi verita-tem debebit ne probare producẽs testes aliter nõ posse haberi veritatem, an ad-uersarius, seu testis. quæ est producen-dus, debebit probare aliter posse habe-re veritatem. Anto. de Butr. & Dama. in d. c. dilectorum. quos sequitur ibidem Ioan. de Imo. concludunt, producenté testes probare debere veritatem, aliter haberi non posse: quando vna persona ex istis priuilegiatis petitur debere cõ-pelli. Et ratio est, quia istæ personæ ha-bent ius fundatum pro se, & intentioné suam fundatam à iure: quòd debeat ta-les personas non posse compellere, si modò producens testes dicat aliter veri tatem haberi non posse. hoc debet pro-bare ipse, quia istud est fundamentum suæ intentionis, super quo se fundat, de

32 bet probare. † quia negatiua proposita pro suo fundamento intentionis, sem-per debet probari per proponentem. Ita dicunt Doctor. singula. in capitulo super his infra de accusa. Et idem Bar tol. in lege in hoc iure. ff. de verborum obligatio. & text. in lege quid ergo. ff. ex quibus cau. maior. In causa crimina li, an posint testificari & compelli: fue-runt circa hoc octo opin. de quibus ple-nè in c. dilectorum præalleg. vbi recita tur vna distinctio Ioannes cal. longissi ma, quã refert Io. de Imo. in d. c. dilecto rum. in fi. ideò in hoc plus non insisto.

Additio.

¶ Tu fac ad hoc propositũ regulã affir-

ma

matiuam secūdùm Barto. Soci.in suo tract.fal.reg.ccccvij.ꝙ in causa criminali,nemo priuilegiatus cogitur testificari,etiā in foro canonico.vt est tex.gl. & doc.in c.dilectus.vbi posui post Panor de testi.cogen.& no.Inno.in c.j.eo.tit.& in c.super eo.tit.quod limita. iiij. fallen.vt per Soci.vbi supra Celsus.

33 ¶ †Quæro vlterius,nunquid testes possint quandocunq; produci. Hæc quæstio potest intelligi dupliciter. Primò, an ante possint produci testes incipiendo. Secundò vsque ad quem terminum,& an sint aliqui termini exclusiui productionis rectium. Circa primū, sit reg. Testes ante lit.conte.nō possunt produci,sed possunt bene post.

Additio.

¶ Ista est communis omniū doctorum opi.in locis per istū alleg.& in c.veritatis,de do.& cōtu.quæ tamē res admittit fallentias.xiij.quas ponit Bartho.Soci. in suo tract.fall.re.ccxlij.inci. lite non contest.Celsus.

¶ Hæc est sententia cōmuniter omniū docto.Bart.in l.de ætate. ff. de mino. Io.An.Innocen.& Anto.de But.& Io. de Imol.in c. quoniam frequenter suprà,vt lite non conte.& est ratio, quia testes non producūtur ad finem instruēdi iudicem:sed ad finem faciendi fidem iudici,de deductis in iudicium:sed in iudicium non deducitur res deducta, nisi post lit.contesta:vt in l.non potest videri.& in l.solemus.in princip. ff.de iudi.& impossibile est facere fidem iudici de re antequàm sit deducta,in iudicium:quia oportet quòd adsit res, de qua habet congnoscere iudex. hæc regula fallit,quando testes producuntur ad perpetuam rei memoriam:quia tūc possunt produci ante lit.contesta. secūdùm quod dicam.infrà.

Additio.

¶ Adde do.Alex.de Imo.in consil.cc.in iij.parte.vbi ponit,in isto casu sufficit citatio ad domum.& Feli.in c,cū. i.& & .ā.de re iudica.ibi.idem in testibus.& d.Barto.Soci.in consil. ccxliiij. incip. considerata versic.quarto contra eū testem.in secunda parte.

¶ Ideò sunt facienda duo membra:vnū ex parte actoris,aliud ex parte rei.

34 †Quæro itaque ex parte actoris, vtrū actor possit producere testes ad æternam rei memoriam ante lit.conte. Circa hoc facio duas regulas:prima sit affirmatiua,scilicet quòd actor ante lit.contest.potest producere testes,quando timetur de eorū morte, vel de eorū absentia subitanea:& in eius potestate nō est agendi.hanc regulā ponit Innocen. in c.significauit.de test.& Ange.in authen.test.§.fi.Ex hac regula sequitur.ꝙ si non timeretur de morte testium, vel de eorum absentia,quòd actor nō possit producere testes ante lit.contest. Secūdò sequitur ex hac regula,quod etiā si timeatur de morte testiū,actor potest producere testes ante lit.contest. quia non est in eius potestate agendi: cùm verò sit debitum in diem,vel sub conditione,non potest agere ante diem,vel conditionis euentum:vt in l.j.in fin.ff. quando dies vsufru.leg.cred. Tertiò sequitur ex hac regula,quòd si pendet ex arbitrio alterius, an actor agat: quod actor poterit testes producere ante lit.

conte

contesta.Ita tenet Ang.in d.§.fi. Secunda regula negatiua sit ista, Actor non potest producere testes ante lit.cõ test.ad æternam rei memoriã, si est reus pręsens.& timetur de morte testiũ Hæc regula fallit,si reus comparuerit, & opponat exceptionem, quæ impediat lit contest.Nam tunc potest producere actor testes, ad perpetuam rei memoriã:quia cùm talis exceptio rei, inducat meram lit.contest. perinde est ac si actor non haberet potestatem agẽdi:quo casu reincidimus in primam regulam affirmatiuam. Secundò fallit, vt dicebam suprà quando agere ex parte actoris,dependet ex alieno arbitrio: nam tunc possunt produci testes ante lit.contest.Hæc sunt ex parte actoris.

Ex parte antem rei sit affrmatiua,s. vtrùm reus posśit testes producere ante lit.contest.facite duas regulas, prima sit affirmatiua:vbi reo competit exceptio,quæ non habet vim actionis: vt est propriè natura omnium exceptionum,semper ante lit.contesta. etiam si non timeatur de morte testium. potest eos producere:vt est tex.in c. significauit.& c.abba.de test.ratio est,quia non est in potestate rei quando conueniatur:vt in l.purè.§.fin.de doli except.& hoc ibi tenet Ang.in d.§.fin. vbi etiam determinat id quòd suprà dixi. ex parte rei poterunt publicari dicta testium etiam ante lit.conte.& ita dicit seruari communiter allega.Innocen. ita tenentem,in c.significauit suprà allega. secus dicit Ange.in dicto.§. fi. quando testes producũtur per actorem,ante litem contesta.quia non publicabuntur; imò reseruatur publicatio testium post sententiam ante conclusionẽ,in causa perinde ac si recepti forent lite contesta.Ita not.Bart.in l.iiij.in.§. prętor. ff.de damno infec.vbi tradit istam materiam testium examinandorum ante lit.contesta.ad æternam rei memoriã: sed non ita plenè,& ita clare secundũ Innocen.publicatio testium aliter fiet hoc modo:quia citabitur aduersa pars, ad videndum fieri publicationem:& siue venerit,siue non:fiet publicatio hoc modo:quia iudex interloquitur fidem adhibendã esse talibus testibus.Et post eã notarius potest dare copiam partibus.Ita tenet Innnocen.in c.significauit.& Angel.in dicto.§. fina.tales tamẽ testes non præiudicabunt aliæ personæ:nisi illis præsentibus, contra quos recepti secundum præfatos doctores, vbi suprà & nimirùm,quia alia persona non est citata ad videndum iurare testes tales.ergo &c. Attendendum tamen est,quòd licet dicta testium producta per actorem,nõ sint publicanda ante lit.contest.possunt tamen vtraq; parte consentiente publicari: secundũ Innoc.in dicto c. singnificauit. Secũda regula ex parte rei sit negatiua est
35 talis,†Reus cui competit exceptio per modum actionis,non potest producere testes ante lit.contesta. ad æternam rei memoriam:vt in actore dicimus,veluti in exceptione non nume.pecu. Ratio huius regulæ est in promptu, quia quando reo competit exceptio per modum actionis,in potestate sua est quando eam opponat:vt in authen. hãc quærelam.C.de non numera.pecu. Circa prædicta quæro,quando producuntur testes ad perpetuam rei memoriam

ante

ante lit.contesta.nunquid aduersarius debeat personaliter, vel ad domum citari? Dy.in l.iiij.§.qui absens.ff.de dã. infect.tenet quòd citetur personaliter & Cyn.in autenti.si dicatur. C.de testi tenet etiam quòd citetur personaliter. Ioan.And.autem in quadam disputatione tenet: contrarium: hęc eius opi. probatur directè ad literam.in c.quoniam frequenter,in principio:vt lit.nõ contest.Barto.autem in l.iiij.§.prætor. suprà alleg.facit vnam suam distinctionem.distinguendo.& quia eius distinctio mihi non placet,ideò eam referre non euro.& ideò Angel.in dicto.§.placuit.sequitur sententiam Innoce.optimè loquentis:qui voluit partem aduersam personaliter citari debere. & hoc per text.in dicto.§.fin.in verbo, monitum:& hoc verum,secundum eum:nisi oporteret citari personaliter,incurrerētur maximum præiudicium,quia tunc sufficiat citari ad domum.ita dicit Innocem.in c.significauit.hæc opi.placet Ange.& dicit esse æquam in dicto.§.fi. & ideò si aduersa pars non esset in ciuitate,sed esset in villa:deberet citari personaliter:quia hoc non est magnũ præiudicium. Si autem aduersa. pars esset Venetiis, in longinquis partibus: ita quòd eius spectatio esset dubiosa: tunc sufficeret citari ad domũ solitæ habitationis. Vnum non omitto,quòd dicit Angel.multùm eleganter,sequens Innocen.& Ioan.Andr.in dicto c. quoniã frequenter.vt lit.non contesta.quòd in causis summariis matrimonialibus & spiritualibus,veluti est absolutio à iuramento:quòd quis interposuit de non repetendo vsuras,possunt produci testes ante lit.contest.quia in istis nõ requiritur lit.conte.Idem est in exceptione emergente ante lit.conte. quoniam super illis poterunt produci testes:cùm super illis non contestetur lis.Idẽ Angel.in d.§.idem Ang.in d.§. idem Alb. in d.authen.si si dicatur.idem Barto.in l.de ætate.ff.de minori.& ideò si altera pars opponit contra iudicem,quod nõ est iudex competens: super ista exceptione possunt produci testes:vel si altera pars opponit contra alteram ante lit.contest.quòd non potest stare in iudicio:quia infamis,vel quia minor: super talibus exceptionibus possunt producere testes ante lit.conte. Viso de vno termino excludente probationes testium:videlicet termino procedente lit.contesta.nunc restat videre de illis aliis terminis testium producendorum exclusiuis Et inter alios. iiij. inuenio oportunos,& frequentatos quotidie,ex quibus excluduntur testium productiones.Primus est,didicisse testium testificata.Secũdus est,publicatio testiũ. Tertius est, numerus productionum. Quartus est,in causa conclusio. Circa primum quæro,†quando quis dicatur didicisse testificata? Respon. quòd

36 quis dicitur didicisse testificata, quando habuit penes selibrum attestationũ & legit illum,& diligenter est percunctatus,vel per alium sibi legi fecit.

Additio.

¶Si sit homo solers: vt per Feli.in c. constitutus.& ibi dixi,in apostil. ad pa nor.post eum.nu.3.in apo.in ver.penes partem.& in c. vltra tertiam infra de testi.& d.Alexan.de Imo.in consil.lxv. iiij.part

lllj. parte.& in cōſ.clj.j.parte & Pau.de ca.in cōſ.x.inci. clarū eſt in iure.B.va. ¶ Vel ſi aduerſario ſuo recepit atteſtationum informationem:ſi idem diligēter intellexerit,vel proſpexerit procurator,vel aduocatus.hæc probantur ad literam,in.9. quia verò.in authen.de teſti. Ex quo ſequitur ,quòd ſi quis perfunctoriè, vel curſoriè diſcurriſſet per librum atteſtationum:non diceretur didiciſſe teſtificata, niſi diligenter fuiſſet percunctatus,& illas intellexerit:ſecundùm Ang.in d.§.quia verò.& ſic omnes doct.cōcludunt,per d.§.quia verò.præalleg.non admitti teſtes,poſt quā quis dicatur teſtificata didiciſſe:licet huic ſententiæ obſtet tex.in l.officium.ff.de rei ven.vbi admittūtur probationes,poſtquàm actor ſuam intentionem monſtrauerit.Similiter ob eadem ratione l.exceptionem.C.de proba.ſecundum doct.reſp.ꝙ poſtquàm di dicit quis teſtificata,& etiam poſt publicationem teſtium,admittitur probatio per inſtrumenta:& ſic loquitur l.officium ſuprà alleg.Ratio eſt,quia nullus eſt timor ſubornationis,legiſſe pro ductionem inſtrumentorum.Ad l.exceptionem reſpondetur,quòd poſt publicationem atteſtationum, ſuper intentione actoris:& ſic poſtquàm didicit teſtificata,poteſt reus producere teſtes ſuper ſua exceptione. Et ita tradit pro ſua doctrina Ioan.and. infra de teſti. quod eſt intelligendum, ſecndum Ange tamen ſi intentio rei non eſt directè contra intentionem actoris, verbi gratia,actor probat.x.ex cauſa mutui,reus opponit excep.pacti de non petendo:& ſic exceptio ſolutionis,tūc poterit reus producere teſtes ſuper ſua exceptione. vbi autē intentio rei eſſet directè contra intentionem actoris:nō poteſt reus producere teſtes ſup ſua intētiōe directè contraria. Exemplum, Actor petebat.x.ex cauſa mutui reus opponit exceptionem,quòd nunquàm publicatis atteſtationibus actoris ſuper articu lo mutuauit illa.x.& publicatis illis non audietur reus,volens producere teſtes ſuper articulo ſuo, videlicet quòd non mutuauit.Ita cōcludit Ange.in d. §.quia verò.non præmittendo vnum, quòd ſi iudex examinator teſtium aliquod ex capitulis porrectis, dolo vel negligentia omiſerit,quod etiam publicatis atteſtationibus poterunt teſtes produci,ſuper capitulo omiſſo.text.eſt in c.per tuas.infra de teſtibus. nec mirum,quia ſuper capitulo illo, non dicuntur publicatæ atteſtationes, neque

37 didicita teſtificata. †Prætereà eſt aduertendum,ꝙetiam poſt publicatas atteſtationes.& poſtquā didicita ſint teſtificata,poteſt iudex ex officio ſuo cōpellere teſtem,vt aliquid addat,vel aliquid aliud deponat.Ad inſtantiam autem partis hoc non licet,niſi in hoc ſolùm,vt reddat cauſam ſui dicti: vt eſt gloſſ.ſingu.in dicto.§. quia verò imò plus,ſecundum Albe.in l. ſolùm. C.de teſti.Iudex officio ſuo,etiam poſt publicatas atteſtationes,poteſt teſtes nō ſufficienter examinatos retro examinare:vt in capitu.cùm clamor.infrà de teſtibus.

Additio.

¶ Et ibidem vide Feli.& adde Frāc.Areti.in l.ij.de duobus reis.

¶Bene verum est, postquàm testis dictum suum perfecerit sponte & de per se, potest iterum incontinenti redire, & deponere antequàm sit locutus cum parte: secundum Angelum, in dicto. §. quia verò. Nota quòd vbicunque testis redierit ad instantiam partis, vel sponte de per se ex officio iudicis, debet iterato iurare: nec primum iuramentum sufficit. Ita singulariter dicit Innoc. infrà de testibus, in c. fraternitatis. Hæc omnia vera sunt in eadem in-
38 stantia. †Quæro, nunquid attestationes factæ in vna instantia, poterunt produci iterato, in alia instantia, super illismet capitulis: verbi gratia, compromissum est factum in arbitros, recepti sunt testes: partes recedũt à compromisso: posteà litigatur coram iudice. nunquid iterato possint produci testes super eisdem capitulis, super quibus fuerunt recepti coram arbitris? Dicite quòd illa pars, per quam fuerunt producti si velit, poterit desiderare adhuc vt testis deponat: vt in c. fi. de testi. Si autem non velit, tunc si tales fuerint recepti coram iudice, tunc in qualibet alia instantia faciunt fidem: vt in l. gesta. C. de re iudic. Si autem isti testes recepti fuerint coram arbitro, vel arbitratore: & pars contra quam producti sunt, vellet eos adhuc examinari: hoc fieri debebit, si autem nolit, tunc si conuentum est inter partes, vt stetur illis attestationibus, standum erit. & si conuentum est vt non stetur, tunc non stabitur si est conuentum, & testes sint mortui faciunt fidem: aliâs si vixerint, erit in electione eius, cõtra quem sunt producti, vtrũ velis iterato examinari si voluerint faciunt fidem. hoc probatur in d. c. fin. C. de testib. hoc procedit quando illæ instantiæ fuerunt ex eadem causa, & inter easdem personas. Si autem ex diuersa causa & inter diuersas personas, tunc non faceret fidem: hæc est doctrina Ang. in d. §. quia verò. quæ probatur in d. l. fi. Item prædicta non procedunt in causa appellationis, sed in causa appellationis dicite & statim dicam, cuius occasione ego quæro, nunquid in causa appellationis admittantur probationes super capitulis antiquis causæ principalis in qua fuerunt publicatæ attestationes?

Additio.

¶Tu vide de hoc Panor. & docto. in c. per duas. & ibi magistraliter Felin. ponentem multas limitationes. de testib. & Bart. Sozin. in suo tracta. fallent. re. ccccxliij. Celsus.

¶Communis opinio legistarum tenet, quòd in causa appellationis super eisdem capitulis antiquis, vel omnino cõtrariis, vel super cõnexis, possunt produci attestationes: non autem super nouis connexis, quia sunt impertinentia. hoc probatur, quia causa appellationis, est causa diuersa à causa principali: vt not. in l. ita demum. C. de procur. & licet publicatæ sint attestationes in causa principali, nõ sunt publicatæ in causa appellationis. Secundò mouetur per tex. in l. eos. §. j. C. de temp. appella. Canonistæ autem tenent contrariam sententiam: videlicet quòd in causa appellationis, non admittantur testium productiones super eisdẽ capitulis, vel cõtrariis omnino, vel super nouis connexis:

nexis: sed solùm admittãtur super nouis dependentibus ab antiquis connexis: mouentur ratione inconuincibili, cui nõ possunt legistæ respõdere. quia ratio productionis testium post publicationem attestationũ, est timor subornationis. Ita vendicat sibi locũ timor subornationis in causa appellationis, sicut in causa principali. Sed certũ est, secũdum legistas, quòd in omni causa principali, post publicationem attestationum, non admittũtur testium productiones super antiquis capitulis, vel omnino contrariis, vel nouis diuersis, sed solùm super nouis dependentibus ab antiquis: ita volunt legistæ per.l.s. alleg.& etiã aliquid tetigit Bal.in l.officium.ff.de rei vend.qui dixit, post publicatas attestationes, potest noua exceptio opponi:& sic nouũ capitulũ pertinens:& hoc probatur etiã in c.fraternitatis.j.de test. Secũdò mouentur canonistæ per tex.ad literã, in cle.testibus. de test. vbi est tex.in causa appel.cùm subsit timor subornationis, nõ possunt produci testes super eisdẽ capitulis, vel omnino cõtrariis: per quam cle.ego teneo opi.canonistarũ. Et dico etiã quòd in foro seculari, eorũ opi.est seruanda
39 ea ratione, † quòd quotiescũque super vno articulo est opi.inter legistas, debemus stare decisioni iuris cano. vt determinat Inno.in c.j.de oper.no.nuntiat.& Rapha in l.præscriptione. C.si contra ius, vel vtili.publi. Sed sic est, quòd inter legistas est opinio, & est communis sententia canonistarum in contrariũ: vt supra dixi: stabimus ergo decisioni cle.testibus.de testi.supra alleg.quæ determinat, secundũ opi.cano.

Additio.

¶Si vis videre in cõtrarium cautelam, vide Ant.Corse.sin.suis.in vers.testis. incip.cautelam nouam habes.Celsus.

¶Et ita est de iure, nec aliter potest dici: tamẽ opinio legistarum seruatur in foro seculari,& canonistarũ in foro ec-
40 clesiæ. Quæro iuxta præmissa, † nũquid post publicationẽ attestationum, possunt produci testes super nouis articulis, qui includuntur in antiquis? dicite quòd aut noui articuli includũtur in antiquis ex vi probationis & facti, aut nec vi facit, nec vi probationis. Si vi facti & probationis: tunc nõ possunt admitti probationes. Exemplum, Produci testes super.x.anno, præscriptionis talis, necessitate facti & probationis includit titulũ non esse probatũ: & sunt testes publicati super præscriptione: nunc volo facere capitulũ de titulo, nunquid possum producere testes? certè non: secũdum Ang.qui ita not.in d.§.quia verò. Si autẽ vi facti, & tunc bene admittuntur. Exemplũ, Produco testes super mutuo, mutuum de facti necessitate cõtinet locum: sed de necessitate, probatio non requiritur, quod in mutuo probetur locus. Si voluero articulum facere de loco, potero producere testes eodẽ modo super nouis articulis, licet non includatur sub antiquo de necessitate facti, nec probationis. Exẽplum, quis capitulat de descriptione. xxx.annor.quæ nõ requirit titulũ: volo post publicatam attestationẽ articulare de titulo possessionis: ista est doctrina pulcherrima Ang.in d.§, quia ve-
41 rò. † Quæro vlterius, nunquid post

publicatas attestationes, possim redarguere testes de falso? dic aut testes redarguuntur de falso propter corruptionem pecuniæ:& tunc possum. Ita tenet Io. An. in cle. testibus. præal. & Inno. in c. causam. §. eo. & sequitur Anto. de Ma. & est ratio, quia sicut sententia venalis est nulla: vt in l. venalis. C. quādo prouo. non est neces. ita & dictū testis corrupti est nullius valoris: modò nos habemus regulā, quòd vbi dictū testis est nullum, quòd etiam publicatis attestationibus admittūtur testes super eisdē capitulis: ita dicit Io. An. in d. cle. testibus. & glo. in d. c. causam. & Bar. in authen. qui semel. C. de probat. Et idem si publicatio testium fuerit nulla. puta, quia pars nō fuit citata ad publicationem: secundum Bar. in auth. at qui semel. & Io. de Imo. in c. fraternitatis.

Additio.

¶ Et ibidem vide Felin. vbi latè, & nota. B. Vadus.

¶ Tamen licet dicta publicatio fuerit nulla, si pars didicerit testificata, repellitur à productione testium, non ex capite publicationis, sed ex capite, quia didicerit testificata: secūdum Bar. in d. auth. at qui semel. tamē vbi facta est publicatio testiū parte inscia, licet citata vel inuita, protestādo ius suum sibi saluum esse producēdi testes, & quòd non vult attestationes addiscere, poterit pars testes producere, non obstāte publicatione testium: secundū Io. And. in d. cle. testibus. & Bar. in d. auth. & Io. de Imo. in d. c. fraternitatis. Aut quis vult redarguere testes de falso, quia dixerūt falsum: & tūc aut vult per indirectū, & potest. tex. est in c. ex tenore. ȷ. de testi. Aut per directū, & tunc nō potest regulam quæ est, quod publicatis attestationibus nō admittūtur testes. Ista est distinctio Io. An. in d. cle. testibus. quā sequitur Ang. in d. §. quia verò. Et dicit quis redarguere testes de falso hoc modo per indirectū, quando actor dicit se mutuasse Titio. x. tali die: & pars aduersa producit testes, qui dicant, quòd illo die actor erat in loco lōginquo: ita quòd non posset mutuare illo die in illo loco in quo dicit. Dicitur autē per directū, quando actor probauit de virginitate, & reus vult probare de corruptione: vel actor de sanitate, & reus de infirmitate: vel actor articulauit de præsentia, reus de absentia. & ista sunt exēpla. Ioan. And. in d. clemen. de testibus.

42 †Quæro de secundo termino exclusiuo, an sola publicatio testium, repellat à productione testium.

Additio.

¶ Vide d. Alex. de Imo. in cōsi. ccx. per totum. in. ij. parte. & in cōsi. lxxxviij. in iiij. parte. & in consi. cxlvj. in. ij. parte. vbi quid in arte periti: & quid in causa criminali & quid in ciuili. & Firma. in suo aureo repertorio. in ver. testes post publicatum. vbi latissimè. B. Vadus.

¶ In hoc fuerunt diuersæ opin. glo. in c. constitutus. el. ij. & in c. fi. ȷ. de testi. tenet quòd nō. sed requiritur quòd didicerit testificata. Bar. autē in d. auth. qui semel. tenet quòd publicatio sufficiat. Ang. autē in d. §. quia verò. videtur inclinare cū glo. & cū Io. de Imo. in c. fraternitatis. & refert opi. Io. de Imo. Ant. de But. Qui dicit requiri tertiam product

ductionem:ad hoc vt repellatur quis à productione testium. Io.And.in cle.testibus.& c.constitutus. de testib.dicit, quòd vbi est facta publicatio parte inscia, vel inuita, & non consentiente, & idem si absente, sed citata: ita quòd nõ præsumatur didicisse testificata, possunt adhuc producit testes nõ obstãte publicatione.& ita Io.And.intelligit glo.in d.c.cõstitutus. Si autẽ est facta vtraque parte præsente & cõsentiente: & tunc sola publicatio sufficit, & repellit quẽ à productione, & ista est tenẽda, in quã videtur inclinare Bar.in d.auth.& Io. de Imo.in c.fraternitatis. Et idẽ si pars est præsens publicationi.& protestetur ius sibi saluũ esse producendi testes, & non cõsentiat publicationi: imò dicat se nolle didiscere testificata, potest adhuc testes producere.secus si cõsentiret publicationi, & faceret dictam protestationẽ: quia protestatio est cõtraria iuri, ideo nõ releuat: secũdum Io.de Imo. in d.c.fraternitatis. Si tamẽ post publicationem testium, attestationes essent deperditæ: adhuc admittuntur testium productiones; vt est tex.in c.fi.eod.tit.

Nũc venio ad tertium terminũ.s.ad

43 materiam productionũ.† Et quæro primò, quot dilationes possint dari ad productiones testium: de istis dilationibus plenè dixi.§.in materia dilationũ.tamẽ quo ad propositũ dicite, quòd prima secũda & tertia dilatio datur, sine aliqua causæ cognitione: quarta verò nõ sine solennitate: de qua in d.§.quia verò. suprà, alleg.& c.vltra.iij.infra de testi. non intelligo tamẽ de dilatione in præsenti materia, prout verb.sonat.sed pro examinatione, licet quod trina examinatio concedatur sine aliqua causæ cognitione & quarta.

Additio.

¶ An & quando sit concedenda quarta, vide Feli.in c.in causis.& in c.vltra tertiam.infra de testib. Celsus.

¶ Seruata debita solẽnitate, quæ est talis.s.quòd iurabit producens testes non per dolum, vel machinationẽ velle fãcere hanc productionem testium. Item quòd nõ inspexerit neque percũctatus sit dicta testium per se productorũ, neque per alium didicit.& poterit venire, quòd vna dilatione data.x.dierum fierent: puta, produxi in primis duobus diebus duos testes, & feci iurare & examinare. Itẽ in aliis duobus diebus produxi duos alios & feci &c. Elapsis illis sex diebus, & septimo volo producere duos alios testes durãte dilatione data, non audior: nisi seruata solennitate, de qua supra. Et si dictos testes fecero examinare, & sic facta fuerit quarta examinatio: si in eadem dilatione nondum finita, volo producere alios testes: nullatenus possunt audiri. & hoc totũ causatur ab examinatione testium: & sic multiplicitas examinationum excludit testium productiones, non autem numerus dilationũ ex hoc, propter præsumptionem legis, quæ præsumit, quòd propter multiplicitatem examinationum, producẽs didicerit testificata. vnde si data dilatione decem dierum, in primo die produxi quatuor testes, & eos feci iurare, & secunda die alios duos produxero, quos similiter fecero iurare. In quarto, alios produxero, quos similiter fecero iurare: non ob-

ſtantibus quatuor productionibus,etiá audior.& ſic non numerus productionum,ſed examinationum facit repelli. Attende tamen , quòd ſi in prima dilatione teſtium,& examinatione viderit iudex & cognouerit ſufficientem eſſe numerum teſtium productionem:non debebit aliam concedere,imò refrenare debebit:quia ad iudicis officium ſpectat ,refrenare multitudinem teſtium: vt in c.ſignificaſti.ī.de teſt.ita dicit gl. no.in c.in cauſis.ī.de teſti.Sequit̃ quartus terminus excluſiuus teſtium,ſcilicet concluſio in cauſa. Quæritur itaque
44 † nunquid poſt concluſionem in cauſa,admittatur probatio.

Additio.

¶In quibus caſibus poſt concluſum in cauſa,admittuntur probationes, vide Fel.in c.ad petitionem.de accuſa.B.V.

¶ Pro cuius intelligentia præmitto, quando dicatur concluſum eſſe in cauſa:& breuiter concluſum eſſe in cauſa dicatur,quando renuntiatum eſt allegationibus facti & iuris:Ita dicit gloſ. in.§.quia verò.in verbo,concluſerunt. Et idem Ang.& Innocen.in c.paſtoralis.ſuprà , de cauſa poſſ.& propriè.hoc viſo,reſpondeo ad quæſitum noſtrum: & pro eius reſponſione eſt diſtinguendum.ſecundum Inno.aut renuntiatum eſt in cauſis probationum generaliter ſuper tota cauſa : & tunc non obſtante tali renuntiatione,adhuc poſſunt produci teſtes.Aut eſt facta renũtiatio ſpecialiter,ſuper vno articulo nõ poſſunt admitti probationes.Ita dicit Innocen. in c.cùm veniſſet.ī.de probatio. quem ſequitur Angel. in dicto.§. quia verò. plus dicit Innocẽ.in dicto c. quia ſi eſt renuntiatum probationi in cauſa principali,ſuper vno articulo:dicetur etiã eſſe renuntiatum in cauſa appellationis non probatum probabo :vt in l.per hanc ſuprà allega. Si autem eſt renuntiatio facta generaliter in cauſa principali , benefieri poſſunt probationes in cauſa appellationis:ſecundum eundem. Ex quibus ſequitur à maioritate rationis,quòd ſi in cauſa facta eſſet renuntiatio generalis,nec ſpecialis:quòd poſſunt recipi teſtes:niſi ſit aliqua cauſa prohibitiua:puta,quia didicerit teſtificata,vel publicationẽ teſtium ſuper illo articulo,ſecundum quod ſuprà dixi.& per hoc infert Ange. in dicto.§. quia verò.ſi quis fecerit fieri quartam examinationem,non ſeruata ſolennitate,de qua ſuprà non valebit dictum teſtium:niſi interuenit alia cauſa prohibitiua:puta,renuntiatio probationum
45 & ſimi.Not.tamen quòd † renuntiatio facta per alteram partem tantùm,non nocet alteri.gloſ. eſt ſingu. in auth. iubemus. C.de iur.de. Ex prædictis conſtat,quinque terminos eſſe concluſionis productionis teſtium:ſcilicet publicatio,renuntiatio , probationum concluſio in cauſa ſufficiens , numerus teſtium:hoc fallit in cauſa matrimoniali quando tractatur de matrimonio ſeparando.hi termini probantur in c.de teſti.in fin.ī.de teſti.numerus examinationum probatur,in c.in cauſis.& in c. vltra tertiam.de teſti. Quintus terminus eſt,didiciſſe teſtificata.& probatur illud,in .§. quia verò. in auth.de teſti. adde ſuprà dictis.quòd licet regula ſit, quòd poſt publicatas atteſtationes,nõ adm

admittatur productio testium: hoc fallit in causa matrimonij, quando tractatur de matrimonio separando. quo casu etiam publicatis attestationibus, admittuntur testes super eisdem capitulis, vel omnino contrarijs: vt est text. in c. series. j. de testi. Et est ratio, quia sententia in causa matrimonij, nunquam transit in rem iudi. vt in c. lator. qui filij sint leg. & in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. vnde si post sententiam admittuntur probationes per testes, multò magis etiam publicatis attestationibus possunt produci testes in causa, vbi fertur sententia, de consilio periti in arte sua. Et per hoc ego dico magis generaliter, quòd in omni casu, in quo sententia non transit in rem iudicatam: veluti sententia lata de consilio peritorum in arte sua: vt voluit Anto. de But. & Ioan. de Imo. in c. proposuisti. de probat. semper publi. attestatiotionibus possunt produci testes. Aliud subiungo etiam menti tenendum, quòd etiam post publicationem testium, possint admitti testes super eisdem capitulis, vel omnino contrarijs, quòd simul cum eis producitur instrumentum coadiuuans illos testes Istud est dictum singulare Ant. de Butr. in c. series. prę allega. quod multùm placuit ibidem Ioan. de Imo. & probatur in d. c. series. secundum vnum intellectum. Exemplum, vt cum est quæstio de matrimonio: quia altera pars probauit coniunctionem sanguinis esse in quarto gradu hoc modo, ponendo Petrum & Bertam in gradu prohibito. & sic fratrem & sororem: si aduersa pars publicatis attestationibus produceret testes deponentes nullam fore consanguinitatem in gradu prohibito. & ex altera parte produceret instrumentum, in quo apparet quòd Petrus & Berta in aliquo contractu, nominati sunt auus & neptis. Addit Ioann. de Imol. prædictis alium terminum. & sic sextus, scilicet quando est datus terminus ad producendum testes. nam elapso termino, amplius produci non possunt: vt in c. fraternitatis. j. de testi. tamen hoc non est indistinctè verum, quia imo post terminum datum ad producendum testes, possunt adhuc produci, & valet dictum eorum. Ita tenet Cyn. & Ia. de Are. in l. si ea. C. qui accu. pos. vel non. & ipse Ioan de. Imo. hoc tenet, in c. licet suprà eod. scilicet nisi ius aduersarij factum sit deterius Ita dicunt præfati doct. & bene: nam si mortui essent testes, elapso termino dato, per quod potuissent reprobari testes producere volentes: tunc non admitterentur tales testes. Imò plus concludunt do. de Ro. conclusione. iij. quòd in causis beneficialibus & summarjs, post terminum datum ad probandum, indistinctè admittuntur testes. & sic non est exclusiuus indistinctè: vt ex prædictis patet. Aduertatis tamen ad vnum notabile verbum Bart. quòd ponit, in auth. at qui semel. C. de proba. quòd etiam publicatis attestationibus, possunt produci testes super cõtrarijs capitulis. quando quis simul & semel dictum testis reprobat, & eius personam.

Additio.

¶ Adde vltra ea quæ dixi in a post. ad istum post eum suprà eod. §. nume.

xxxix.in ver.super capi.anti.ꝙ no.Ro. fin.suo.dccl.inci.testes examinati.Cel.

¶Exemplum,dicit testis. Titium possedisse.xiij. an. pars contra quam producit talis testis, dicit ꝙ iste testis non est.xiiij.anno.& ad hoc producit testes ecce quòd hic reprobatur dictum testis & eius persona:nam si probatur istum testem non esse ætatis.xiij.ann.ecce ꝙ dictum suum reprobatur. Nam personā reprobaṫ,eo ipso ꝙ probaṫ ipsum nō esse.xiiij.an.qa minor.xiiij.an. nō pōt esse testis:vt in.l.iij.§.lex Iul.ff.de test.

Additio.

¶Adde d.Alexā.de Imo.in consi.lxiiij. in.j.parte.vbi,an minor.xv.ann.possit esse testis in causa capitali. & inunquid testes,infames?vide per eum,in consil. xxiiij.in.ij.parte.in consi.xxv.ea.parte.& in consil.xx.in.iiij.parte.vbi not. an saltem faciat indicium.B.Vad.

¶Et eius dictum testis reprobatur.quia si testis non est ætatis.xiiij.an. eius dictum reprobatur:quia non potest scire Titium.xiiij.annos possedisse. Commemoro vobis vnum dictum singulare Bal.quod dato ꝙ clementina,testibus. de testi.seruaretur in foro ecclesiastico tamen tenendum est,ꝙ ille qui pōt producere testes post dicita testificata nomina testium ,det iudici, & se absentet.Nam tunc iudex in quo non timetur subornatio testium,recipit testes,& iuramenta,& depositiones,&valebit eorum testimonium. Cùm iudex potest pro absente supplere,& etiā testes post didicita testificata interrogare ex officio suo.Ita singulariter inquit Bal.in l ampliorem.C.de temp.app.ꝙ est no.

Additio.

¶Adde ne te fallat Bal.authoritas.licet eius dictum a plerisque pro euangelio colatur.quod limitabis illud dictum , vt per Ro.plene.sing.suo.in ver. testis inci.cautelam nouam.B.Vadus.

¶In superioribus visum est de reprobatione testium,videlicet respectu suorum dictorum:nihil ante dictum est,de oppositionibus,que communiter fiunt coram personis testium. Ideò nunc
46 quęro,†an contra personas testium aliqd potest obijci?Et istud est breuissime expeditum quod sic : cùm multa sint que reprobant testem à testificando. Interdum affectio partis pro qua producitur , facit ea repelli : vt cùm testis est filiusfamilias producentis: vt in.l.parentes.C.de testi. Interdum testis cupido ipsum repellit?veluti si testis est infamis,& sic de similibus: vt in l.iij.§.lex Iulia.ff.de testi . Alię multę causæ repellunt testes,de quibus omnibus. in sequenti lectione dicendum est Et sub breuitate,omnes ꝑsonæ quæ rẽpelluntur à testificando,reiectis opinionib⁹ tñ pro presenti articulo tractandò videlicet vtrū cōtra ꝑsonas testiū. &c.

Quęro,nūquid post publicatas attestationes,possit opponi cōtra personas testiū:breuiter respōdeo,ꝙ nō: nisi in tribus casibus.primus,si ante publicationẽ testiū,protestatus fuerit ille, contra quẽ producūtur testes,se velle contra eorū ꝑsonas opponere. Secūdò si iūrauit nō malitiosè se opponere. Tertiò si monstrauerit se de nouo didicisse id quod opponit:& an de nouo didicerit , stabitur iuramento suo:secūdū doct.in

c.presentiū.§.de test.vbi isti tres casus ponūtur. Est ergo bona cautela, opponere cōtra psonas testiū, ante publicationē testiū: videlicet qñ iurāt qa non erit posteà op⁹ iurare, si malitiosè nō opponēt: licet facilitate qs ī iudicijs deuolet ad iuramentum.

Additio.

¶ Adde p hac cautela oīo Ro.quē ī hoc sequere si.suo.ccccccxc.sc̄dm meū nu. ī.c.testib⁹, aduersus me pducēdis. Ceis.

47 ¶ † Sed pone, testis contra cuius psonā quis opposuerit, vel fecit protestationē de opponēdo, dicit in dicto suo aliquid in fauorem protestantis: nunquid prodest illi, qui est protestat⁹. Inn.in.c.presentiū.multas opi.ponit.& nō videtur aliquā partē eligere. Ang. verò in.d.§. quia.ponit suam, que non placet mihi, nec est bona. Ioā.autē de Imo.in.d.c. p sentium.ex mente doct.& est communis sententia, elegāter dicit hoc modo. Aut ille qui protestatus est, prosecutus est reprobando, ita quod obtinuit, vel succubuit: & tūc dictū illius testis nihil sibi prodest. Aut stetit in meris finibus protestationis, & tunc aut persona testis est ītegra & honestissima psona, ita q nō est verisimile, q aliqd dixerit ad bēiuolētiā pducētis, nec ob tiorē tūc dictū talis testis pderit & valebit.

Additio.

¶ Adde Lu.sing.vers.testis ver.no.q si contra.B.vadus.

¶ Aut testis nō est huiusmodi, & tūc licet nō psit: tñ facit qualē qualē psumptionē, vel indiciū: sed nō semiplenā pbationē. Et si vn⁹ testis dixerit ī fauorē

ptestātis nō pdest: nec pōt ptestari, iuramētū ī supplemētū pbatiōis deferri.

Additio.

¶ Adde Lud.Ro.in.l.quāuis.de iureiu. & Bal.in marg.in versi. testis.B.Vad.

¶ Itē si duo alij ī fauorē aduersarij deponent, obtinebit aduersa pars: secūdū Inn.& Io.An.in.d.c.psentiū.& intellige, quando testes non sunt integerrimi alias secus: vt ex prædictis patet.

48 ¶ Attende tñ†, q qñ opponit cōtra psonā testiū, debet opponi specifice: aliàs nihil valeret: & ideo debet specificari crimē, quod ei obijcitur, hoc modo, dico q Titi⁹ nō pōt esse testis: quia commisit furtum, surripiendo vnum librū, Seio, vel quòd commisit adulterium cum Berta. Ita quòd crimen debet specificari: vt est text.in c.præsentium.de testi.lib.vj. vnde si testis esset criminosus, vel aliàs inhabilis ad testificādum: si non est oppositum contra eum, valebit dictum suum.secundum Ange.in.d. §.in authentica de tes.saluo.secundum eundem ibidem, nisi ex cōfessione eiusdem appareret de sua inhabilitate: tūc repelleretur, dato quòd non fuisset opposita exceptio contra eum. Exemplū, interrogatur testis in fine dicti sui, si est debitor producentis, amicus, familiaris, inimicus, & sic de singulis: & si ipse fatetur quod est famulus producētis, certē repellitur testis, nec fidem facit: licet non fuerit opposita exceptio. & ratio est, quia vbi aliquid fuerit notorium ex actis iudici, potest supplere de facto. Istud est dictum Inno.in.c.ex Insinuatione.de appella.& in c.per tuas. infra.de testibus.& idem dicit Ange.in

l.si pars.ff.de inoffic.testa.& in l.fi.ff.de pe. hære. sed cùm iste testis confitetur in dicto esse, se esse famulum, ex quo cõstat iudici ex actis, ergo &c. aliquando debet opponi exceptio contra testem, aliâs dictum suum non valebit, etiam si sit inhabilis. & est ratio, quia vbi opponitur exceptio contra testem, non dicitur opponi contra testem: sed cõtra partem. Ita dicit Innocent. in c. verum. de foro compe. in fi. & Ang. in l. Lucius. ff. de his qui no. infa. nec per obiectum talis exceptionis, dicitur litigari cum teste. sed cum parte. Ita dicit Ange. in d. l. Lucius. his sic stantibus, dicat iuris dispositio, quòd iudex non debet supplere de facto, in his quæ agitantur in iudicio sed pars debet facere exceptiones suas contra aduersarium: vt not. not. gloss. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduoca. Pro
49 declaratione præmissorũ quæro. † Nunquid vbi opponitur exceptio contra testem, puta quod est infamis, & sic de similibus: nunquid probari & examinari debeat dicta exceptio, antequam recipiatur dictum testis, vel debeat reseruari in disputationibus.

Additio.

¶ Vide Fel. in c. præsentium. & in d.c. ex parte de testi. alle. hîc per Lanfr. B. vad.

¶ Dic quòd regulariter admittitur testis: & exceptio opposita contra testem & eius probatio reseruatur post publicatas attestationes, fallit vbi opponitur exceptio excommunicationis contra testem, propter periculum communionis c. pia. de except. lib. vj. Nam incontinẽti debebit exceptio probari, secundum Io. And. in d.c. ex parte. j. de testi. Item fallit: secundum Inno. in d.c. ex parte. si opponens exceptionem contra testem, offert se incontinenti probaturũ: quia tunc admittitur probatio in primis & ante omnia. Item fallit quando opponitur, quod est inimicus capitalis, vel ꝙ est seruus, & testis dicat se esse liberum vt est text. in auth. si dicatur. C. de testi. & licet iste tex. loquatur de inimico capitali ratione litis criminalis more: tamen idem est ex qualicunque causa, sit inimicus capitalis. Ita tenet Albe. in d.
50 auth. si dicatur testis. † Nam inimicus capitalis dicitur, qui mouit causam criminis, vel cui mota est. item dicitur inimicus capitalis qui minatus est mortẽ, vt est tex. sing. in l. licet. ff. de arbitris.

Additio.

¶ Qui autem dicatur inimicus. vide Felin. in c. cùm Pe. manconella. in prin. de ac. & in c. afferte. in ver. datur aliud circa fi. ver. præsump. & ꝙ inimicitia capitalis inducatur ex minis, de quibus vide multum notabiliter Collect. in c. cũ oporteat. nu. vj. versi. no. quòd inimici si non sunt capitales. de accusa. & Panor. in c. meminimus. nu. viij. vbi dixi, in apostil. ad ipsum. in versi. inimicus. eodem tit. Celsus.

¶ Vnum non omitto, quòd est necessarium in materia reprobationis testium,
51 † videlicet quod si aliquis produxerit testes aliquos contra aliquem, si posteà idem testis producatur contra eundem producentẽ, siue contra eum per quem fuerunt producti, siue per tertiam personam in diuersa causa, non poterit opponere contra personas testium, quas semel approbauit: contra autem eorum

dicta

dicta bene poterit opponere: quia illa nō approbauit.ita tenet Cy. in l.si quis testibus. Idem tenent docto.iuris canonici,in c.præsentium.ĵ. de testib. Adde præmissis in materia ista reprobationū
52 testium,†quod si alter ex litigatoribus tantum producat testes probatorios nō conceditur nisi vna reprobatio ex parte alterius. hoc est quod actor non habebit nisi vnam reprobationem ad reprobandum testes solùm actoris repro batorios. Exemplum, Actor producit te stes,ex quibus suam intentionem probat: reus producit testes ad reprobandum testes actoris:ecce vna reprobatio ex parte rei. Actor postmodùm producit testes, ad reprobandum testes rei re probatoris: ecce reprobatio actoris. & sic duæ reprobationes cōceduntur, vna actori,& vna reo,& vltra nō licet egredi:& sic viceuersa,si reus produceret te stes probatorios, ad probandum tantū & actor duæ.productiones testium con ceduntur reo, & vna tantùm actori. Exemplum est in c.licet dilectus. de te sti. Si autem vtraq; pars produceret te stes probatorios,tunc vtriq; parti conceduntur tres dilationes: vna ad producendum testes super principali ad reprobandum testes probatorios aduersarii,qui reprobauerunt,vel inducti sunt ad reprobandum testes productos: & vterq; habet vnam productionem probatoriam,& duas reprobatorias: quarta autem neutri parti dabitur. ita notant doctor.iuris canonici in cap. licet supra alleg.

Additio.

¶Adde Ang.in auth.de testi.§. Sdicatur.in fine.vbi dicit etiam quartam reprobationem esse permissam,& non vl tra.per not. in c.præsentata. ĵ. de testi. & adde Lud.Roma.in sing.versi. testis. ver.reprobatio,quòd in summariis, in quibus tractatur id quod in alio iudicio venit plenè examinandum,nunquā admittitur reprobatio. adde quòd do. compostillator meus, voluit allegare Ro.singula.suo. ccclxxxv. quod incip. reprobatio personarum testiū. Celius. ¶ Solet in testium materia dubitari,
53 †nunquid testis deponens falsum, cuius dictum est nullum,posſit puniri de falso.

Additio.

¶Vide no.Felin.in c. j. de præsump.& quod ibi dixi,in apostil.

¶Et videtur quòd non,quia illud quod est nullum, non potest dici falsum, sed nullum: vt in l. iiij. §. condemnatum ff.de re iudic.& in l.non putauit.§. non quæuis. ff. de bonorum posseisio. concontra tabu. In hac quæstione Bar. rectissimè concludit, ex dictis Ric. mal. qui disputauit hanc quæstio. quòd aut dictum testis est nullum,ratione materiæ:puta,quia testis aliquid dixit extra articulum:non valebit, tanquam testis non fuerit iuratus super illo extraneo articulo:& per consequens,id quod erit contra articulum, non valebit tanquā testis non fuerit iuratus,& tunc si dixerit falsum, in eo quod dixit extra articulum:testis debet puniri de falso: aut dictum testis est nullum ratione formæ, & tamen dixit falsum: vt si testis iurauit delato iuramento per notariū, & non per iudicem: vel si iurauit die

feriato, & tunc non punitur testis de falso. Ista sunt verba Bar. in l. si quis legatum. ff. de fal. quem sequitur de verbo ad verbum Angel. in l. j. C. de sepul. viola. quibus verbis adde vnum not. dictum: secundum Bal. in d. l. j. quòd vbi dictum testis est nullum ratione personæ: puta, quia infamis, vel quia impubes, vel excommunicatus &c. & talis testis dixerit falsum, non punietur de falso. & nimirum, quia dictum testis est nullum ratione formæ: pro forma requiritur quod persona testis sit idonea ad testificandum: vt in l. iij. in princ. ff. de testi.

Additio.

¶ Adde ad propositum eorum quæ hîc dicuntur supra eod. in princ. pro huius ca. nu. xxvj. versi. & per hoc infero. vbi posui in apo. ad ipsum. in versi. tale iuramentum non valet. Celsus.

54 ¶ † Quæro, nunquid istud sit verum, quod supra proximè dixi, videlicet, quod si testis deponat aliquid extra capitulũ super quo est iuratus, sit nullum? Dic aut testis iurat super toto causa, & tunc dato quod examinaretur super vno articulo, & aliquid deponat extra illum: valet & tenet, quia reperitur testis iuratus super eo, etiam quod est extra articulum, aut testis est iuratus super articulo: aut super certis tantum: & tunc si deponat extra, non valet tanquam testis non fuit iuratus. hoc tenet Bar. in l. si duo patroni. in §. idem Iulianus. ff. de iureiur. quem sequitur Angel. in l. si libertatem. in fi. ff. de pe. hęre. idem tenet Ioannes de Imola. in cap. de testi. infra de testi.

Additio.

¶ Vbi vide omnino quæ habentur ad hoc per Fel. B. vadus.

¶ Sed quid si testis iurauit simpliciter dicere veritatem, nec apparet ipsum iurasse super certa causa, nec super certo articulo: sed simpliciter iurauit, postcà producuntur duo articuli, super quibus examinatur aliquis, an valebit? Exemplum, si dicimus testẽ iurasse simpliciter super tota causa, & valet. Si autem intelligimus eos iurasse super certis articulis tantum, & tunc omne id quod dicunt extra non valet, neq; dicatur deponere. Ant. de Butr. dicit ipsum intelligi iurasse super tota causa: pro eo optimè facit tex. in l. si in rem. ff. de rei ven. in prin. & in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de no. ope. nun. Io. de Imo. in d. c. de testi. tenet contrarium, quòd nõ videaĩ iurasse, nisi super capitulis productis. cuius sententia est verior. nam vt scitis, solent articuli limitari, & produci antequam examinentur testes. vnde cum deferatur iuramentum testi de veritate dicenda, intelligitur delatum de dicendo veritatem super capitulis iam productis: maximè quia in iuramẽto deferendo, attenditur intentio deferentis: vt in l. nam & posteà. in §. iurari ff. de iureiur. sed iudex defert iuramentum testi de veritate dicenda super articulis productis coram eo, quos ipse scit porrectos testi. His visis pro materia testis, reiectis ambagibus, quæ recitantur in præsenti materia testium, & mera veritate ostensa, quæ tenetur & est tenenda in practica. Vnum solum restat videre, videlicet, † quæ personæ

repel

repellentur à testimonio: quo viso perfecta erit ista materia: & intellecto qui testes à testimonio repellantur cognoscemus quæ admittentur: quia cognito vno contrariorum, cognoscitur & reliquũ.ff.de his qui sunt sui, vel alie. iur. Sed primò pro euidentia præmitto, quod edictum de testibus est prohibitorium: id est quod omnes personæ admittantur, nisi quæ à lege specialiter sunt prohibitæ: vt est text. in l.j.ff.de te
56 sti.†Not. quod illud dicitur prohibitorium, cuius regula est permissa: vt est tex. in l.mutus.§.j.ff.de procu.& tex. in
57 c.cùm apud.despõ.†Et testes ex.v.causis repelluntur à testimonio, vel ratione consanguinitatis, vel ratione familiaritatis, vel ratione vilitatis, quæ habentur ad causam, ratione criminis testis, vel ratione inhabilitatis personæ, de quibus omnibus est videndum. Capio itaque primam causam prohibitiuam testimonii, scilicet consanguinita-
58 tis.†Et quæro, vtrum affinis potest esse testis pro affine cõmunis opinio est, ꝙ potest patruus, pro suo nepote, consobrinus pro cõsobrino & sic de singulis. quam opi. tenet gl. in c.accedens. supra vt lit. non contest.& sequuntur ibi canonistæ & legistæ in l.parentes. C.de test. & Bar. in l.qui testamẽto. in §.per contrarium.ff.de testa. credunt tamẽ quòd erat omni exceptione maior talis testis & quod non posset deferri sibi iuramẽtum, in supplementum probationis. Ita vult Iac.But.& Albe.in l. lex Iulia. ff. de testi.& Bar. in l.admonendi.ff. de iu reiur. In causa autem criminali, affinis non potest esse testis pro affine: vt iij. q.j.c.j.& iij.q.ix.c.præsens: & ita tenet Bar. in d.§.per contrarium. Et idem est in causa iniuriarum, & causa criminali mota ciuiliter: quia affinis non potest esse testis pro affine secundum Bart. in l.lex Cornelia.ff.de iniur.& in d.§. per contrarium.

Additio.

¶ Vide d.Alex.de Imo.in consil.cxviij. in iiij.parte.& in consi.cxix.ea.parte & in consilio.cxxj.in ij.parte.& quod per Fran.Aret.in l.qui testõ.§. quicunque. de testi.& quod ibi dixi, in apost. Et an consanguineus admittatur in testem, saltem ad probandum innocẽtiam: vide do.Alex.in consil. v. in j.parte.& in consi.xiij.ea.parte.& in consil. xviij. & in consi.xxxij.& in consi.clxxxiij.in ij. parte. Nec omitto vnum singulare dictum Inno.relatum per Io.An.in c.nõnulli.de rescri. quòd affinitas propter quam quis à testimonio repellitur: & ad agendum admittitur debet esse per lineam ascendentem vel descendentem nec sufficeret esse transuersalem: quod dictum pro valde notabili refert & sequitur ang.consi.suo.cxciiij.incip.visis processibus & Hippo.de mar.sing. suo. cxxxiij. incipientis. affinitas repellens. Celsus.

¶ Et est ratio quare in causa iniuriarum, & in causa criminali, affinis non potest esse testis pro affine: quia dedecus in quod incurrit aliquis de parentela, concernit omnes de parentela: & iniuria quæ fit vni de parentela, dicitur fieri omnibus de parentela: vt est textus in l. prima & secunda & tertia.ff.de lib.caus. nam affinis efficeretur testis in causa propria quòd est pro

prohibitum à iure vt in l.idonei.ff.de testib.Et intellige affines vsque ad septimum gradū cō numeratum de iure ciuili secundùm quod intelligunt tex. in l.lex Iulia.suprà alleg.ita dicit Bar. in d.§.per contrariū.hoc vendicat locū in personis affinibus,quæ non sunt mater,pater,frater,soror,filius & vxor in illis personis aliud statuitur, propter coniunctissimam sanguinis affectioné:
59 ideò separatim videamus.†Et primo quæro,an parentes possint esse testes pro filiis.

Additio.

¶Tu vide plenè de hoc Bart.So.in suo tract.fallen.regu.ccccxxvij.& Bald.in l.parentes.in princ.& quod ibi dixi,in apost.ad ipsum in eo.ver.& ibi nume.j. vbi dixi,in versi.frater.vbi etiam dixi post Bartol.nu.j.versi.quæro vtrùm parentes.C.de testi.& de hoc per Feli.in c.literis.in prin.vbi omnino cum vide eo.titu.de testi.Celsus.

¶Et intelligo de parentibus ascendentibus vsq; in infinitum,tam in linea paterna,qua materna:vt voluit Specu.in tit.de testi.§.j.circa princip.& intellige parentes siue pater,siue mater:quia appellatione parentum,continetur pater & mater:vt in l.parentes.ff.de verbo.significati.& intellige de filio.siue sit in potestate patris,siue emancipatus,siue legitimus,siue spurius secūdū Spec.vbi suprà:& dic ꝙ in omnibus,parentes non possunt esse testes pro filiis,nec ècōtra?. & hoc ratione affectionis.& hoc inductū est in fauoré aduersarii.In quatuor tñ fallit casibus,in quibus parentes possunt esse testes pro filiis.Prim⁹,cū filius transit ad religioné & dubitat,an trāsierit animo profitendi,vel nō:nā pater admittitur in testé super hoc.ij.q.iij.c. sicut. Secūdò admittiť super ætatem filiorū:nō tamē faciunt nec plenā,nec semiplenā fidé:sed quādā præsumptioné,& instructioné faciūt iudici.Ita tenet glo.singula.in l.etiam.ff.de proba. & sequuntur docto. Tertiò fallit in matrimonio,qñ est quæstio.vtrū coniugati sint in gradu consanguinitatis prohibito.nam tunc pater & mater admittuntur in testes,hoc casu & alii affines quia nullus est qui melius possit scire veritaté super hoc,quā attinentes.text. est in c.videtur.qui matri.acc.pos.imò illud id speciale in testimonio de affinitate & consanguinitate: nam admittuntur ibi testes,de auditu.text.est in c. licet ex quadam.de test.Si autem esset quæstio,vtrùm esset cōtractum matrimonium,an ne:& sic esset quæstio sup facto,parentes non indistinctè admittūtur pro filiis.nam si iuuenis qui dicitur contraxisse matrimonium cū muliere quadam,& iuuenis sit potentior, honorabilior,vel amicitia potentior: pater vel mater mulieris,non possunt esse testes asserentes matrimonium esse contractum:quia parentes propter affectionem quam habent ad filiam,vt sit bene maritata,in filiæ fauorem testificarentur:vt est text.in c. super eo. infrà de testib.si tamen essent aliqui ex parte mulieris,quæ proponenda esset, quia foret nobilior iuuene,& iuuenis ditior: vel mulier esset nobilior,& iuuenis potentior:tunc iudex habebit arbitrari secundùm qualitatem personæ & conditionem,an debeat parentibus adhibere

fidem,

fidem,an ne secundùm Do.in d.c.super eo. poterit etiam iudex arbitrari, si co gnouit virum nobilem fuisse philocaptum, de aliqua muliere plebeia ardétissimo amore:ita quod fauore amoris faciliter deduci poterit ad matrimonium contrahendum:secundùm Ioan. de Imo.in d.c.super eo.

Additio.

¶ Sed ne tunc poterit dissolui tale matrimonium.vide not.cons.Maria.Sozi. in consi.xxviij.incip.circa prin.in ver. cùm igitur.in.j.parte.

¶ Vbi autem esset equalitas inter virũ & mulierem:tunc parentes possunt testificari pro filiis, matrimonium esse contractum.& ideò bona cautela est,quod cùm reperiatur vnus iuuenis stuprasse vnam puellam,& sint eiusdem qualitatis masculus & femina:ne puella dedecus patiatur, parentes testificentur matrimonium esse contractum : quia poterunt testificari in iure,& hoc quod ad ius fori,quo autem ad ius poli non euitaret animæ periculum & periuriũ.

Quarto casu fallit in testimonio filij militis,in militia de castrẽsi peculio testantis:quia pater potest esse testis in tali testamento: vt in d.§.per contrarium.

60 †Filius autem in vno casu potest esse testis pro patre:videlicet quãdo in illa causa qua testificetur filius, nullum commodum acquiritur patri, neque ipsi:vt puta,si pater est procurator in causa alicuius,filius esse testis poterit in causa ista pro clientulo patris: non ècontra:secundùm Barto. si filius est procurator:pater non potest esse testis in illa causa,in fauorem clientuli filii:Ita determinat Bald.in d.§.per cõtrarium.& fuit prior sententia Iaco.de Are.& ideò pridie dicebam Stephanũ de quilonis non posse esse testem in causa quam habebat Antonellus Gabozota,cuius procurator erat dominus Petrus filius,d.Stephani.

Additio.

¶ Adde Feli.in c.super eo.cl.ij. in fin.j. de testi.& do.Alex.de Imol.in consil. xviij.in.j.parte.vbi etiam quid de genero pro locero.& in cons.lxx.in.j.parte. & in consi.lxxviij.in prima parte.

61 ¶ †Clarum est filios contra parentes, etiam volentes non posse testificari: quia hoc est introductum,ob reuerentiam paternam,cui non potest renuntiari:vt in d.l.parentes. Vir & vxor nõ possunt esse testes pro se,nec contra se: pro se ratione affectionis:contra se,ratione reuerentiæ,gloss.est in dicta leg. parentes.

Additio.

¶ Vide Feli.in c.in literis.j.de test.

¶ Contrarium.d.Bal.in parte spirituali,qui potest esse testis & pro filio spirituali.

Additio.

¶ Sed quid ècontra,an filius spiritualis pro patre spirituali?vide Feli.in c.cùm nũtius.in ver.& inquãtũ.j.de testib. Et nũquid cõpater repellat à testimonio? vide d.Alex.de Imo. in cõsi.xlij.in.iij. parte.& in cons.cxlj.in.ij.parte.B.vad,

¶ Ita dicit ipse,in d.l.parẽtes. Baiolinus autem quãdiu nutrit,non potest esse testis,post autem sic:vt in d.l.parentes.

quam

quam sequuntur communiter doc.per
61 Bald.in d.l.parentes. †Circa autem fratrem,an posset esse testis pro fratre, dic post multas opiniones,hanc esse cõmunem.Quod si fratres sint in cõmunione,siue viuente patre,siue eo mortuo,non possunt esse testes inter se:& hoc ratione domesticitatis,quę repellit testes:vt in l.ij.C.de testi.

Additio.

¶Tu dic breuiter post Theoricã Bald. in l.parentes.C.de testib.ꝙ quãuis frater possit testificari pro fratre, saltem in ciuilibus,& in aliquibus casibus in criminali:vt no.in c.literas.de præsumptio.& in apostil.seq.ꝙ si cohabitat cũ fratre,non poterit testificari pro eo, quia cohabitatio,aliquid operatur, ita quod propter maiorem affectum & dilectionem,quem ob id habet,quòd frater semper testificaretur in commodũ fratris.ita pulchre dixit Bald.in alleg. l.parentes.per casum quem in hoc dicit sing.idem Bald.in.l.si vt allegas. C. de ca.pecu.lib.xij.& ibidem voluit,in l.j.C.de epis.& cleri.& in tract.de duo. fra.And.Barba.in.c.repellantur.de accu.& Anto.Corse.singu.suis.in versi.testis.incip.licet frater.Celsus.

¶Ita tenet Anto.de But.in.c.cum oporteat.de accu.& refert Alb.tenere,& sentit glo.& Bal.in.l.parentes.

Additio.

¶Et ibidem vide Feli.in versic.vno.cũ plu.seq.& in quibus casibus possit & quando non & quando inuitus. vide ꝑ eum.in.c.literas.in ver.in glo.cum pluribus seq.& in vers.vlt.de presum.& in c.literas.versi.fallit.vj.ĩ.de testib. vbi etiam per Abb.nume.iij.& do.Alexan. de Imol.in consil.xviij.in.j.parte.& in consil.lxx.in.j.parte.ei quid de sorore, an possit esse testis pro fratre? vide do. Alex.de Imo.l.consilio.xxiiij in.ij.parte.Celsus,

¶Item frater non potest esse testis pro fratre,si causa sit magna & ciuilis:vel sit criminalis,saluo vbi frater esset accusatus:quia tunc frater potest esse testis pro fratre,ad innocentiam suam excusandam.Ita tenent docto.in.d.l.parẽtes.& maxime Bald.mihi autem videtur in causa fratris,& alij affines remotiores non tamen non possumus recedere ab eorum sententia:quoniam frater potest esse testis pro fratre: & maxime si frater est testis instrumentarius. Et idem in alijs testibus, qui prohibentur testificari eoipso.quod sunt instrumento rogati.valet eorum testimonium. ratio est,quia intelligũtur approbati per partes,eo ipso quod patiuntur eos scribi in instrumento: ideo bona cautela, quòd cùm sit instrumentum,quis accipiat testes de suis parentibus & affinibus.

Additio.

¶Et hoc idem tenet Feli.in.c. cum inter.de excep.ibi ad idem.vbi ponit eandem cautelã.de quo vide omnino Corse.sing.suis.in ver.testis.incip. licet pater.Celsus.

¶Innocen.in.c.cum canonici.s.de offi. dele.dicit fratrem testem esse posse pro fratre,si est adeo bonæ vitæ:quia si est religiosus sancti Francisci de obseruãtia,& sancti Dominici de obseruantia, & simi

& similibus. Est tamen vna differentia quoad contradictionem testis, vtrũ sit testis, instrumentarius, vel sine scriptis: quia conditio testis instumentarij, ad hoc vt possit facere fidem, īspicitur temp⁹, in quo descriptus est in instrumento. Si autē est testis sine scriptis: tunc eius conditio (vt possit esse testis) inspicitur tempore productionis: vt in.l.iij.§.duę.ff.de Carbo.edic.& ita tenet Barto.in.d.l.j.C. de testamentis. sed melior cautela est, quod testis sit instrumentarius, quia mortuis testibus instrumentum fidem facit gloss.est in.l.ij. in princi.& in.s.j.ff.quemadmodum testa.ape.& est tex.in.c.j.ī.de fide instrumen. Circa predicta adde vnum notabile dictum Barto. quotiescunque qs prohibitus est esse testis pro aliquo inter duas personas, pro quibus debet habere eandem affectionem: tunc poterit esse testis, & valebit eius testimonium: vt est tex.in.l.iiij.§.j.ff.de ritu nuptiarum.& ita in.l.qui testamento.in.§.per contrarium.s.allegat. Et sic in casu, in quo frater non potest esse testis pro fratre, poterit esse testis pro vno fratre cõtra alium fratrem. Ratio est, quia cessat causa ꝓhibitiua testimonij, que est quòd frater repellaī a testimonio pro fratre. propter affectiones quas habet erga fratrem: cum frater præsumatur habere idētitatem affectionis erga alios duos fratres. Quod autem dictum est de affinitate. venit intelligendum, scilicet affinitate durāte, ea autem dissoluta, potest esse testis affinis, & est omni exceptioe maior. Idem tenet Angelus in.l.cui eorum.§.affinitatis.ff.de posthumis.& in.l.sed hoc ita.ff.de re iudicata. Item statuta in vxore quo ad testimonij requisitionem, vendicant sibi locum in concubina: secundum doctores. in dicto.§.parentes. quia vxor non differt à concubina, nisi quo ad honorem: vt in.l.item legato.§.parui. ff. de lege communi. Nunc est videndum de secunda specie testium repellendorum, scilicet ratione domesticitatis.

Additio.

¶ Vide domi.Alexand, de Imola.in consilio.xcix.& in consilio.xcviij.in tertia parte. vbi ponit, quid in probando matrimonio.& in consilio.v.in prima parte.& in consilio.xiij.eadem parte. & in consilio.lxxviij.in eadem parte. & in consilio.ccix.in secunda parte.& in consilio.xcv.in tertia parte.& in consilio. cxix.eadem parte vbi si mercenarij sint idonei testes. Et quid de iudæis, an & quando testificentur? vide Feli.in c.iudei.ī.de testi.& quid de iudæo conuerso, an ob crimen posteà commissum, repellatur à testimonio: vide per eum, in c.testimonium.ver. vj. concludo.ī. de testi.& quid de canonico pro canonico? Vide Feli.in c.cũ R.canonicus in fi.suprà, de offi.delega.& an scholaris pro scholari. vide ibidem per Feliñ.& dixi in apost.ad Panor.in allegato c. iudei.num.ij.in apostil.in versi.contra christianum.de quo etiam dixi.ī. eod. nume.lxxxvij. versic. quæritur cõmuniter.in versic.idem si sit suspitio. Celsus.

¶ Domestici appelletur familiares, coloni, mercenarii, serui, liberti, & ascriptitii. ita not.gl.in l.prçsenti.in §.sanè. C.de

C.de his qui ad eccle.confug.bene facit tex.in l.aut facta. §.furta. ff.de pœnis.& tex.in l.pridem.ff.de quæstioni.

63 †Quæro ergo primò,nunquid familiaris potest esse testis in causa pro domino suo.

Additio.

¶Vide Feli.in c.literis.infra de testib. in princ.& d.Alex.de Imo.in consi.xxiiij.in.iiij.col.in.ij.parte.B.Vad.

¶Diuersæ fuerunt opi.& quæ tenenda est,talis est,quòd si est famulus alicuius magni domini,velut cadinalis,qué famulum non est verisimile deuiare: ita quòd habeatur pro honesta persona, talis bene admittitur in testem.Si autem est famulus alterius personæ: veluti sunt famuli scholariũ, vel alterius cuius sunt.quia tales no sunt personæ honestæ:imò vilissimæ: talis famulus,in toto repellitur à testimonio:ita intelligitur tex.in l.etiam.C.de testi.hæc est sentẽtia Inno.in c.literis. s̄.de off.dele. qué sequitur Bal.in l.etiam.C.de testi. Si auté est aliquis famulus, qui staret etiam cũ aliquo magnate pro solis expẽsis,sine salario in domo, cum aliquo: talis indistinctè repellitur: secundum Card.in c.insinuante.de offi.dele.& sic famuli istorũ armigerorũ,veniunt repellendi: & est veritas,quæ est tenẽda: prædicta tamẽ intelligere debetis,quãdo tẽpore reddendi testimonium est famulus,secus si tempore cõtractus celebrati, quis fuisset famulus alicuius: & postmodùm tẽpore reddendi testimonium nõ esset famulus: quia tunc talis bene posset esse testis quondã domino suo:secundũ Bar.in l.j.ff.de quæstio.in §.item Cornelio.& Ang.in l.seruos.C. quomodo & quando. Et nimirum,quia conditio testis inspicitur,tempore reddendi testimonium:& cautela est,quòd si quis non habeat testes nisi famulos, quòd ipse repellat à se, & postmodùm producat in testes: tamen si constaret hanc repulsionem in fraudem, non admitteretur.

Additio.

¶Adde Felin.in d.c.in literis.infra de testib.B.Vadus.

¶Quòd præsumeretur si post expulsioné,incontinenti produceretur in testem:vel si post redditioné testimonii, reuerteretur ad standũ cum producẽte eum in testem:vt in l.si vẽter.ff.de priuil.cred.& iuxta not.per Bar.in l.post contractũ.ff.de dona. Secundo quæro,

64 † vtrùm colonus possit esse testis pro domino suo?Alb.in l.etiã.C.de testi.qué sequitur Gof.& Baga.tenet esse repellendũ.hanc opin.tenet glo.in.§.in testamentis.instit.de testa.& ita teneatis,quia est communis opinio.

Additio.

¶Vide d.Alex.de Imo.in consi.cxviij. in.iiij.parte.B.Vadus.

¶Quid autem de mercenario?dic idem vt.s̄.de colono dixit.Ita tenet glo.quæ approbatur per doct.in c.in literis.de off.dele.& idem de liberto ascriptitio. & simili. Quid de berrorario,an possit esse testis pro potestate,in suo sindicatu?tenet Bal.quòd sic.nisi sit persona vilissima,& non stet cũ potestate tẽpore testimonii:ita tenet ipse,in l.etiam. præal.& sequitur Ang.in l.sciendũ.de

vsur.dicens quòd euasit potestatem in sindicatu,propter testimonium berrorariorum:tamen non sunt testes plenissimæ fidei.nam eis multùm diminuitur de fide , propter eorũ vilitatem.vt.§.si verò ignoti.in authen.de testib.

Additio.

¶Tu vide de hoc Bal.in alleg.l.etiam. nu.iiij.versi.sed quid è contrà.& quod ibi posui,in addi.ad ipsum. in ver.berrorarii.& ibi Sali.C.com.de succes.& Alex.in l.iij.C.de testi.& an possit esse testis,contra potestatem?no.Bal.vbi.s. ver.sed reuoco in dubium.vbi etiã Sali.& an cõtra alias personas?vide Inn. in c.insinuante.in glo.sua, in ver.poterat.de offi.deleg.B.Vadus.

¶Vnum tamen aduerte, quia licet clericus sit domesticus ratione ecclesię:tamen admittitur in testem pro ecclesia sua:dummodò ipse nõ sit pars principalis iudicii, sed alius agitet causam. puta, procurator eius, vel clericus : vt est tex.in c.super eo. & c.nuntius. j.de testi. Attende tamẽ, quòd in his quæ agitantur in domo,non possunt verisimiliter sciri per extraneos : in quibus tunc familiaris potest esse testis. ita tenet Arch.in c.plerique.de offi.ordi.lib. vj.Idem tenet Alb.in l.consensu.C.de repud.hoc sentit Spe.in tit.de testi.§.j. versi.item quia domesticus. idem vult Bar.in l.si quãdo. C.vnde vi. Sequitur videre de testibus repellendis ob commoditatẽ,in causa prætensam. cuius ratione multæ quæstiones veniunt
65 examinandæ. †Quæro primò, nunquid donator possit esse testis pro donatario,in re donata.Cy.in l.omnibus. C.de testi.sequens Pet.de Bellapert.tenet donatorem nõ posse esse testem, licet non teneatur de euictione. & idem tenẽt Guil.& Bal.in l.hæredi.§.nos autem.de pact.quia donator,licet non teneatur de euictione, prout habet affectionem,& ad contractum suum,quem cupit valere & effectũ sortiri. Ideò infert Guil.& Ang.in d.§.nos autẽ.quòd illa cautela, qua vtũtur creditores, debitum probare nequeuntes.quia cedũt ius suum alteri, etiam ex causa donationis. ita vt postmodùm cessionarius agens contra debitorem, producat testem cedentem : & illa est practica inutilis, quia cedens nõ potest esse testis: & hæc opin.est communis, & tenenda. licet Bartol.& alii fuerint in contraria opinio.

Additio.

¶Adde Felin.in c.insuper.in versi.iiij. quæritur.j.de testi.& do.Alex.de Imo. in consi.xiij.in.j.parte.& in consi.xix. in.iiij.parte.an creditor possit esse testis in causa debitoris?vide per eum,in consi.lxix.in.j.parte.& in cõsi.lxxviij. in.j.parte.& in consi.clxxj.ij.parte.de quo vide Bal.in. l.omnibus. post Panor.in versi.sed hîc dubitatur.C.de testi.& in l.fi.ver.allegabatur istud princip.C.de iur.dot.Celsus.

66 ¶ Tertiò quæro, † nunquid venditor possit esse testis pro emptore, in causa controuersiæ motæ ipsi emptori?communis opi.est,quod aut tenetur de euictione, & sic nõ poterit esse testis. hanc opi.tenet glo.l.nullus.ff.de testi. Idem tenet Spe.in tit.de testib.§.j.versi.quid in venditore.Idem tenet Inno.in c.super.

per.infra de testi. idem dicite in causa diuisionis, quæ vicem emptionis obtinebit: vt in l.j.C.communia vtri.iudi. quia si super portione adiudicata vni ex sociis mouetur cōtrouersia, alter ex sociis nō poterit esse testis, si tenetur de euictione: si autē non tenetur, tunc po-
67 terit esse testis. Quæro tertiò, †nunquid aduocatus poterit esse testis pro clientulo suo. contra ipsum potest esse testis, & est clarū. Ita tenet glo. in l.fi.ff. de test. quam sequuntur doct. quòd potest etiam esse testis, si adhuc nō præstitit patrocinium. Ita tenet glo. in d.l.j.& idem tenet Spe. in tit. de testa.§.j.versi. quid si aduocatus. & cōmuniter doctores tenent, quòd est intelligendū quando solùm conuentum erit de salario, & paratus præstare patrocinium: si autē præstitisset patrociniū in causa principali: tunc non posset esse testis in causa principali, nec appellationis, etiam si in ipsa non fuisset aduocatus: vt est tex. in c.mediatores.de testi.lib.vj.& in d.l.fi. In alia autem causa nō est prohibitum aduocatum testari. Et cōmuniter concludunt doct. in locis præal. vbi autem veritas haberi non possit, potest aduocatus esse testis pro clientulo suo: puta, si dicetur quid actum esse in præsentia ipsius aduocati & partium, ita quòd nō possit ab extraneis sciri. Ita Io.And. in addi. Spe. de testib.§.j.versi. quid si aduocatus.& But. in c.cùm à nobis. infra de testi. Quæro quartò, quid de procuratore, nunquid possit esse testis pro clientulo suo.

Additio.

¶ Sed nunquid in causa appellationis, licet fuerit procurator in causa principali? vide do. Alex. in consi.cxxxiij. in j. parte.& in consil.lxxviij.in.j.parte. & quid de procuratore ad negotia? vide per eum, in cōsi.xix.in.iiij.parte. Alex. consi.lxiiij. vol.ij. Fulg.consi.ccxix. & consi.clxxiiij. dixi in apost. ad Panor. in c.cùm à nobis. in fi. in versi. an ille. de testi.& post Sali. in auth. sed nouo iure. in fi. versi. ex quo not. in apost. in versi. pro domino, C. si cert. per. Celsus.

¶ Dic si nondum præstiterit patrocinium, quòd potest, vt diximus, in aduocato: secus si cœperit agitare causam: tunc non poterit esse testis. ita not. Inno. in c.super. infra de testi. in alia autem causa, in qua non est procurator, si nullum ad eum spectet cōmodum, vel incommodum potest. si autem spectaret commodum, non: vt in l.deferre.§. idem decreuerunt. ff. de iure fis. In procuratore autem ad negotia, nemini dubium est quòd possit: si nullum ad eum spectet commodum. glo. est in c.j. de testi.lib.vj. Et per hoc infert Bar. in d.§.idem decreuerunt. quòd si scholaris mittat librum socio suo per amicū suum, deinde oriatur quæstio iuris inter scholarem & socium de dicto libro? quia dicit socius non esse sibi missum, ille nuntius qui portauit librum non potest esse testis in causa propria, cùm tractatur de exonerando: & ita tene
68 menti, † quòd quotiescunque quis tractat de exonerādo, nō potest esse testis.

Additio.

¶ Quod not. contra comitem Ioan. de carpi. qui volebat quòd literæ & testificationes illius talami præsbyteri de Pisis

Piſis valerent contra me. cùm eius teſtimonium tractabat de ſe exonerãdo: & cùm alleg.hoc dictum corã quodam ſeuero de vrb.ll.equidem dolore & immeritò doct.cùm talis ſit, qui doctoratu degradandus & dignitate nudandus meretur.per ea quæ habentur cum nõnullis aliis cauſis, quas nũc omitto per Franc.Are.in l.j.C.de aduo.diuer.iud. dum tunc eſſet poteſtas ciuitatis fori Sempronii, cum maxima iniquitate, iniuſtitia ac ignorantia contrariũ ſentiebat:ſed parcat mihi demẽtia & ignorantia ſua,ex quo ſindicatui & receſſui ſuo intereſſe non potui, cùm eſſem abſens:ſi tamen Deo placebit: nunquàm impunitus tranſibit: limita tamen do. Bar.in d.§.idem decreuerũt. prout per Pau.de Ca.conſi.clxj.inci.ad bene examinandum.& adde quòd quotieſcũque quis nomine proprio ſperat habere cõmodum,vel incõmodum,dicitur cauſa propria.vt c.biduũ.ij.q.vj.in qua pars teſtis eſſe non poteſt. vt per Pau.de Ca. in conſi.ccclxxj.inci.viſis actis & actitatis &c.& quomodo & qualiter conſideretur commodum teſtis:vide Feli.in c.inſuper.in fi.infra de teſti.B.Vadus.

¶ Adde vnum dictum notabile in præſenti materia:quòd vbi procurator reuocatur lite pendente, non poteſt eſſe teſtis pro clientulo.Ita determinãt domini de Rot.deci.cxx. Quæro quin-
69 tò,†nunquid iudex poſſit eſſe teſtis?

Additio.

¶ Vide Felin.in c.cùm à nobis. verſic. ſecundò concluſi.infra de teſtib.& in c.cùm dilecti.de accuſat.ver.not.quartò quòd.B.Vadus.

¶ Conclude,ſecũdum communem opi. prout ponit Bal.in. l.ne in arbitris. C. de arbi.aut iudex vult produci in cauſa corã eo,& illud non poteſt fieri:quia idem nõ poteſt eſſe teſtis,& iudex:cùm iudex debeat iudicare ſecundum allegatã & probata,non ſecundum cõſcientiam, quam habet vt perſona priuata. Item quia iudex debet deferre iuramẽtum teſti:vnde nõ poſſet ſibiipſi deferre: cùm agens debeat à paſſo differre. Aut iudex producitur in teſtem, in cauſa appellationis ipſius à ſententia iudicis:tunc aut producitur in teſtem, quo ad inſtantiam, & quo ad merita cauſæ; vt cognoſcatur de iuſtitia cauſæ,& tũc non poteſt, quia tractatur de honore & verecundia eius: aut producitur in teſtem ſuper proceſſu, quia negatur aliquis actus factus, & tũc põt eſt aut producitur ſuper declaratione animi ſui, & bene poteſt produci, ſed dictũ ſuum non valebit: quia in ore. duorum vel trium,ſtat omne teſtimonium:ſed ſi eſſent duo iudices, vel arbitri, vel etiam plures producerẽtur. ſuper declaratione animi ſui:tunc bene valeret dictum ſuum. Interdum iudex producitur in alia cauſa,in qua nunquàm fuit iudex: & tunc poteſt eſſe teſtis. & in omnibus & per omnia dic in arbitrio.omnia quę dicta ſunt à iudice. Sed in arbitratore, in quem eſt factum compromiſſum de iure, Bart.in l.ſi ſocietatem.in.§.arbitratorem.ff.pro ſocio.tenet quod nõ: quod limitat ipſe alibi multùm ſingulariter valet, niſi in compromiſſo partes dederint arbitratori baliam & poteſtatem procedendi, & terminandi in ſcriptis,& ſine: nam,tunc arbitrator pote-

rit esse testis de gestis per eum & corã eo:quia videtur partes approbasse per sona eius,& voluisse credere ei,& verbo eius sine scriptura.

Additio.

¶ Adde Bal.in.l.ne in arbitris.versicu. iuxta prædicta quero.C.de arbi. Bart. in authen.nisi breuiores.l.fi.C.de sent. ex per.recitan.Panor.in.c.j.de lib.obl. Alexãn.in.l.sciendum.& ibi Roma. ff. de ver.obliga.& do.meus Ias.May.in.l. admonendi.in sua aurea.repe.d.l.con-cor.ibi per eum signatis.ff.de iureiurãdo.Celsus,

¶ Item dicit singulariter Bald.in auth. nisi breuiores.C.de senten.ex peri.rec. Si autem plures arbitratores,eis creditur:secundum Bartol.in.d.§.arbitratorem. Cõsequenter quæritur, quid de tabellione,nunquid possit esse testis dic quod non,in causa,in qua est tabellio. In alia autem causa,quod sic:si producatur in testem super processu,quia fortè acta sunt deperdita. ita determinat Ioan.Andr.in hac decre. Quæ-

7 ro consequenter,quid de tutore, †nunquid possit esse testis pro pupillo? dic quod sic:& causa agitetur p alium sic quod ipse non sit pars iudicij:si autem iudex constituisset actorem pro causa pupilli,vel ecclesia,nõ poterit tutor esse testis:quia esset in causa propria: cũ actor constituatur periculo tutoris: vt in.§.tutor.institu.de authoritate tutorum. Ita determinat Barto.in.l.qui testamento.in principio.ff.de testibus.& ibi plenissimè no.licet Bar.aliter dicat in actore,& malè. Quæro vlterius: nunquid legatarius possit esse testis in testamento:in hoc articulo multæ & diuersæ fuerunt opiniones plus tamen placet Bart.dicentis,aut legatarij sunt descripti in testes,in instrumento testamenti:& tunc faciunt fidem,& possunt esse testes:quia ipsi non producuntur, vt testes in iudicium,sed solùm instrumentum. Item ex eo quòd sunt descripti in instrumento, videtur fides eorũ approbata:si ergo legatarij sunt testes extra instrumentum testamenti:& tũc quatenus legatarius deponit pro commodo suo,vel sua vtilitate: non valet dictum suum:ita videtur mihi dicendum inter multas opiniones.& ideo legatarius non posset habere legatum,nisi valeret testamentum:sed si producitur in testem pro testamento,& non potest esse testis.ergo &c. Si autẽ in vtrũque euentum testamenti,legatarius esset habiturus legatum:siue ex testamẽto,siue ab intestato:tunc pro testamento,etiam poterit esse testis. Breuiter cõclusio est, quòd si comprehendatur de positio testimonij legatarij, versari in vtilitatem legatarij.non potest esse testis:alias sic. Ita concludit Baldus, in.l. dictantibus.C.de test.vbi dicitur, legatarium posse esse testem: Ita probatur.

71 in.§.legatarius.institu.de testi. †Vlterius dubitatur,quid de proxeneta, id est mediatore contractus,nunquid possit esse testis,si verteretur quæstio de illo contractu? Circa hoc conclude, aut vtraque pars consentit vt testificetur: tunc compellitur,& valebit eius testimonium. Innocen.plus dicit, quòd vtraque pars contenta est stare dicto illius proxenete, dictum illius facit plenam probationem, dato quod non

sit nisi

sit nisi vnus testis:& ille est vnus casus in quo vnus testis facit plenam probationem.& hoc generaliter,quotiescunque vtraque pars producit vnum testem,& est contenta stare dicto i lius: tunc semper vnus testis facit plenam nam probationem cum iuramento: vt est text.in l.Thopompus . de do.præla,Alius casus est,quòd creditur verbo vnius tantùm sine iuramento,& valet eius dictum:vt in legato cardinali , vel alio magno officiali papę, vel principis.Tali enim asserenti sibi cōmissum certum officium,vel certam potestatẽ, sibi datam,plenè creditur:etiam si non ostenderit literas:Ita dicit Innocen. in c.olim:de priuilegijs.& gloss.ibi . idem Barto.tenet:pro quo facit text.in.c.romanorum. nonagesima prima distinctione.

Additio.

¶ Adde domi.Alex.de Imo.in consilio. xxviij.in prima parte.& omnino Feli. in.c.vendens.in ver.in glo.fi.j.de testi. vbi in quibus casibus vni testi credatur.& aliquid in.c.licet vniuersis. codẽ tit.& in.c.super.ver.extra gloss.eo.titu. vbi,an imperator possit facere, vt vni soli credatur. Adde Barto.in.l.Carbonianum.§.causæ.& quod ibi posui in additio.ad ipsum,post Alex.in ver.probatio.ff.de carb.edi.Pano.in.c.cum nobis.nu.iiij.vbi etiam posui,in additio. ad ipsum,in versi.inquantum,cardinalis.de pręscrip.Ro.sing . ccccccxxviij. incip.dictum vnius.& sin.ccclviij.inci. tu scis.Sozi.regu.cccxxiij.dom.meus Phi.Decius,consi.lvj. & de hoc plenè dixi post Bar.in ad.ad ipsum.i.l. Theopompus.in versi.dicto vnius.ff. de dote preleg.

¶ Aut & secundò,altera pars contenta esset,quòd proxeneta testificatur & altera,non:tunc proxeneta non potest testificari,si non vult:sed non compellitur:neutra autem parte testimonio proxenetæ desiderante,testimonium eius non admittitur:ita colligitur in.§.quoniam verò.in auth.de testi. & sequuntur omnes docto. Solet etiam dubi-
7 tari†de consocio criminis,nūquid possit esse testis in propria causa.casus est in.c.personas.j.de testi.

Additio.

¶ Vide.d.Alexan.de Imo.consi.cxix.in j.parte.& Feli.in.§.cum,I.&,A . de re iudi.in versi.demum.inquantum.& in c.cum. R.canonicus.de offi.deleg. Idẽ Felin.in.c.veniens.de testi.de quo dixi post colle.in.c.quoniam.num. ij . in apo.in versi.socius criminis.eo.tit.post Barto.in.l.quoniam liberi.in.j.lect.nume.j.in ver.criminis.& ibi notaui post Bald.in apostil..in ver. socij & particeps criminis nume.ij.C.de testi.not . Alexand.consilio.cxlij.ad fi.volumine. j.Fulgosius.consilio.cxxxvj.& Bald.cō silio.ccclxxxiij.volu.iij.& Barthol. Sozinus.in tractatu fallen.reg.cccccxxv. Celsus.

¶ De habente autem similem causam an possit esse testis,diuersæ fuerūt opi verior videtur sententia Ioan. Andre in.c.personas.quem sequitur ibi Ioan. de Imo.concludentis,quòd si per decisionem causæ,in qua testis certificari debet , aliquid fauor insurgat causæ ipsius,vel aliquid emolumenti,non po

test:aliàs sic.& hæc relinquuntur arbi-
73 trio iudicis. †Dubitatur, an vnus de vniuersitate, posiit esse testis pro vniuersitate.

Additio.

¶ Vide do. Alex. de Imo. in consi. xliiij. in .ij. parte.& in consi. clxix. in .j. parte consi. lxxiij.& in consilio. cxxxv. eadé parte.& í dicto cõsilio lxviij. habes qualiter deponétes aliquid esse factum ab omnibus vniuersitatis, an debeant dicere de duabus partibus vniuersitatis, vel de maiori parte, vel quo modo: & istis adde Bar. in. l. tantùm. nu. j. quod ibi posui, in add, ad ipsum. in ver. in causa collegij. ff. de re. diui. Bart. in. l. eos. numer. ij. vbi etiam posui, in addi. ad ipsum. in versi. subditur vniuersitati. C. de testib. dixi post Bald. in. l. parentes. nu. iiij. in ver. dicunt doctores, eo. titu. post collecta. in. c. insuper. nu. j. in ver. admittitur prælatus. vbi etiam Feli. in. l. nota. de testi. no. Iaso.& papienses. in. l. cũctos populos.& clarius. in. ij. lec. C. de sum. tri. Gerar. de pe. sancta. fin. xxiiij. incipien. vtrum ciuis. Bar. Soz. in suo tra. fallen. reg. ccccclxxx.& cons. cccxcj. ccccl xxx. &. ccccl xxxiij. volu. j.& clviij. volu. ij. & Alex. consi. lxviij. incip. viso & bene discusso processu, vol. ij. Celsus.

¶ Communis conclusio docto. est: aut illud super quo est quæstio vniuersitatis, concernit commodum singulorum de vniuersitate. Verbi gratia, vniuersitas habet nemus vnum, certè illud nemus quod est vniuersitatis, concernit commodum singulorum: quia quilibet potest accipere de lignis, & vti pro vsu suo: & tunc vnus de vniuersitate, non potest esse testis pro vniuersitate. Si autem illud super quo vertitur quæstio, sit vniuersitatis, & tamen non concernit vtilitatem singulorum, tunc potest: veluti si vna statuta esset vniuersitatis, & verteretur quæstio, super illa: tunc bene possit esse testis: ita concludunt docto. in. d. l. nullus. ff. de test.& in. l. omnibus. C. de testi.& in. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan.& ita est tenendum. Dubito tamen circa hanc quæstionem, quia cùm ea que fiũt in vniuersitate, non possunt fieri, nisi p eos de vniuersitate: ergo quilibet de ea potest esse testis: vt in d. c. veniens,& in l. consensu. C. de repu.& sic non videtur vera distinctio. de qua. s.& ideò ego puto limitandum distinctionem doct. s. videlicet quòd si causa vertatur cum vniuersitate super tali facto, quod non potest fieri, nisi per illos de vniuersitate: tunc per illos indistinctè etiam si tale quid concerneret commodum singulorum de vniuersitate. quòd quilibet de vniuersitate potest esse testis. per iura superiùs alleg.& hoc vt veritas aperiretur: quia materia probationum est amplianda: vt in. l. quoniam. C. de hæret. Quarta causa testium repulsiua est, criminositas. i. quod testis ratione criminis repellitur à testimonio. Pro cuius declaratione, multa sunt videnda.
74 †primò nunquid criminosus potest esse testis. Breuiter dic ꝙ nõ, si perseuerat in crimine: vt probatur in. c. testimonium. j. de testi.

Additio.

¶ Nũquid auté propter crimé semp repellať,& an de iure ciuili oporteat reũ esse

esse, cōdēnatū: vide Fel. in c. sup eo. el. j. & in d. c. testimoniū. in prin. Alex. hic per Lanf, sed nūquid testis cū sibi de crimine oppōat, cōtra excipiētē. de crīe replicare possit: vide p eū. ī c. dilectis. de excep. in ver. ad tertium caput. B. Vad.

¶ Ex quo sequitur, ꝙ gulosi quotidie in tabernis pieuerātes, necnō hi qui quotidie ad taxillos ludunt, & sic in crimine perseuerantes: non possunt esse testes, qui perseuerant in crimine. Item damnatus de crimine famoso, & de publico iudicio, non potest esse testis. & ni mirùm, quia testes tales sint infames: vt l. j. ff. de his qui notan. infa. & in l. in famē. ff. de publi. iud. & l. j. C. de postu. & ibi glo. Si tamen emendatus est de crimine, potest esse testis in causa ciuili. In criminali autem non. Et idem si talis testis aliquando productus in testem, fuerit repulsus à iudicio. hæc omnia pbanī. ī. c. testimoniū. s. alle. Quæro, nūquid infamis poterit esse testis.

Additio.

¶ Sed quid de his infamibus, quæ reputātur bonæ famæ: an possint esse testes? vide do. Alex. de Imo. in cōsi. cxxxviij. in. j. parte. & de teste infami infamia facti, vide Feli. in c. at si clerici. ver. no. ꝙ testis. s. de iudi. B. Vadus.

¶ Dic pro intelligentia huius quæstionis. ꝙ duplex est infamia: quædam est infamia iuris, & quædam infamia facti Infamis infamia iuris fit tripliciter, ipso iure, vel per sententiam, vel genere pœne. Ipso iure efficitur quis infamis, ex qualitate facti ignominioso opere ex quo lex irrogat infamiā, ipso iure nulla interueniente sententia: vt in. l. fi. ff. de ritu nupt. vt in vsurario, ꝗ est infamis ipso iure. vt in. l. improbum C. ex qui. cau. infa. irro. & ibi est bona gloss. sequuntur doct. & licet vsurarius sit infamis ipso iure. tamen non est excommunicatus, sed debet excommunicari: vt legitur, & notatur in capitulo præterea. j. de vsur. Et generaliter infamis, dicitur ipso iure: vt haberis: secundum multa exempla: vt in. l. j. ff. de postu. per totam illam. l. Infamis per sententiam dicitur, quando est lata sententia contra aliquem de aliquo publico iudicio: vt de adulterio, vel de homicidio, vel similibus: vt in. d. l. infamē. vel si damnatus de furto, vel vi bo. rap. vt insti. de pœ. teme. litigā. §. pe. Quatuor enim sunt delicta priuata, ex quorum sentētia quis efficitur infamis infamia iuris, quæ ponūtur. in. d. §. pe. Infamis infamia iuris ex genere pœnæ dicitur, cui infligitur aliqua pœna ignominiosa, vel vituperiosa: veluti si iubeatur aliquis fustibus cædi, vel scopari. tex. est in. l. ict⁹ fustiū. ff. de his qui not. infa. & in l. fustibus. C. ex qui. cau. infa. irro. Quæro, an infamis infamia facti, cuius opinio est grauata apud bonos & graues viros: vt in. l. honori. ff. de obseq. à liber prestan. Exemplum potest poni in istis boranetis, qui reputantur vilissimi apud graues, & bonos viros. Potest etiam exemplū poni in istis qui quotidie stant in tabernis: pōt etiā exemplū poni in quocunq; alio, qui habet mala famā. His sic declaratis venio ad positionē nostrā pricipalē, & dico ꝙ īfamis īfamia iuris, nō pōt esse testis: vt ī. c. testimoniū. & ī. c. licet ex quadā. j. de test. & ī l. iij. §. l. Iu. ff. de tes. & est rō qa

 infami-

infamibus sunt interdicti actus legitimi: vt in c. licet ex quadam & portę dignitatis non patent infamibus: vt in c. inter dilectos. de excess. prælat. & l. ij. C. de dignit. lib. xij. sed ferre testimonium, dignitas: vt. xiij. q. ij. c. præceptum. & not. glo. in d. c. testimonium. & intellige secundum communē opinionem. Etiā nō potest esse testis infamis contra infamem, nec criminosus contra criminosum. secundum Bartol. & communiter docto. in l. cùm mulier. ff. sol. matrimo & not. glo. in d. c. testimonium. Hæc limitatio est vera in infami infamia iuris, nō posse esse testem, nisi veritas rei. aliter haberi non possit. quia tunc admittitur in subsidium, sed cum tormentis. Ita nota. Barto. in l. j. C. de summa trinitate & fide catholica. & idem est in hoc casu, in quolibet inhabili ad testificādum: quia in subsidium admittitur: vt supra hoc fallit in inimico capitali, qui etiam non admittitur in subsidium in testem, si veritas aliter haberi nō possit: ita not. Spe. in tit. de accusa. §. j. circa finem. & c. per tuas. de simo. Item fallit in aliquibus casibus, in quibus admittitur infamis infamia iuris in testem: scilicet in crimine hæresis, sacrilegii, fraudati census, fraudatæ annonæ, simoniæ læsæ maiestatis & perduellionis. hos casus ponit Specu. in. §. proximè al leg. Infamis autem infamia facti secundum communem opinio. in causa ciuili potest esse testis: sed ei multum diminuitur de fide. ista est glo. in l. iij. §. duæ cen. ff. de Carbo. edict. Idem not. Bald. & Barto. in l. j. C. de summa trini. & fide cath. & est communis opinio. In causa autem criminali, talis non admittitur: vt in c. testimonium. supra allega. limita omnia prædicta vera esse, quòd infamis infamia iuris, vel facti non potest, esse testis in causa criminali, quò ad sententiam ferendam. quò, autem ad instructionem & fidem faciendam, quò ad torturam, bene admittitur, & facit sufficientia indicia. Item not. Bald. in l. præallegat. & dicitur fuisse dictum Odofr. Idem not. Bald. in l. ij. §. quęstioni. ff. de quæstioni. & est menti tenendū hæc tamen ita non intelligas indistinctè vera, quòd vnus testis infamis, sit indicium sufficiens ad torturam, etiam si deponeret de ipso delicto. nam requiritur quòd sit omni exceptione maior.

Additio.

¶ Qui autem dicantur omni exceptione maiores: vide Fel. in c. cùm Ioannes de fide instru. in versicu. quintò decla. & do. Alexan. de Imo. in consil. xviij. & in consi. cxlj. in j. parte. & in consil. lxx. in ij. parte.

¶ Quia ad hoc, vt vnus testis sit sufficiens ad torturam deponens de ipso delicto, requiritur quòd sit omni exceptione maior. ita vult singula. Ang. in l.
75 fi. C. de quæstio. † In criminali autem causa, vnus testis non facit semiplenā probationem: licet secus sit in ciuili. ita determinat Cy. quem sequitur Ang. in l. j. §. quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. & glo. tenens ibi contrariam, reprobatur. Intelligendum est ergo dictum Barto. quando sint plures testes infames deponentes super ipso maleficio, quod est tunc sufficiens indicium ad torturam.
76 † Quæro tertiò. an existens in peccato mortali, possit esse testis glo. iuris ciuilis,

lis,in l.iij.§.lex Iul.de testi. tenet quòd non, quod est intelligendum, nisi existentem in peccato mortali, pœnituerit se peccasse mortaliter, quia tunc poterit esse testis. ita tenet Specu. in titu. de testi.§.j.vet. quid in crimine hæresis.

Additio.

¶ Vide Felin.in c.testimonium. ver.iij. no.infra de testi.& ibi posui, in apo.ad Panor.post eundem nume.iij.in apo.in ver.peccatum mortale. de quo etiã per Fede.de senis.consi.suo.cxx. Celsus.

¶ Quæro quartò nunquid excommunicatus esse possit testis? Conclusio est indubitata, quòd non secundum omnes doct.tex.in c.veniens infra de testi.

Additio.

Et ibidem vide Fel.in c. Rodulphus supra,de rescrip.in vers.sed declaratotia. in fi.& quod ibi dixi,in apost.& in c. intelleximus.in prin.de tu.sed quid si dicat excommunicationem nullam, an tunc testificari possit vide per eum. in d.c.venera.el.ij.in tex.ibi: volumus. de quo omnino vide Alexã. in l.iij.§. lege Iulia.cum concord. ibi per eum signatis.ff.de testi.Celsus.

¶ Et ita tenent communiter omnes docto.in dicto c.testimonium. Sed est dubium, postquam absolutus est, an possit esse testis?in hoc fuerunt variæ & cõtrariæ opi.videtur tamẽ verior & communis, quòd possit esse testis: vt no.docto. c. testimonium.nisi in duobus casibus, qui colliguntur ex mente Innocẽ. in dicto c.videlicet quando quis est excommunicatus propter delictum: nam si tunc fuerit absolutus, nõ poterit esse testis. Exemplum, si quis est excommunicatus, quia commisit furtum, postquã est absolutus, non potest esse testis. Ita colligitur ex mente Innocen.in c.testi-
77 monium. Subsequenter quęritur,† nũquid periurus possit esse testis. Pro pręsenti q.declaranda, primò est videndũ, nunquid periurus sit infamis glos. in l. Lucius. ff. de his qui notan.infa. quam sequitur Bart.& Ang. & est communis opinio.

Additio.

¶ Ille reputans se doctiorem aliis Do. Dulcius despoleto.ll.doct.cùm allegarem in causa propria. ex quo pars aduersa asserebat me iurasse esse maiorẽ in instrumento, quod in rei veritate nõ iuraui: prout per testes instrumẽtariosmet probaui: imò quod instrumentum erat falsum: tamen quia Do. Dulcius erat aduocatus partis aduersæ tenebat & allegabat cum peterem absolutionẽ à iure quòd eram infamis. Et ego negã do dicebam per illam glo.quod non. & cùm referrem distinctionem huius glo. prout etiam refert hîc do.Lanfr.ipse caput ridiculum, dom.Dulci⁹, dicebat subridendo & alta voce: vt faciunt rustici: vt ipse est, nunquam ostendens glos. facientem talem distinctionem, puta, modo cuius doctrine sit, & an periurus sit infamis? vide Feli.in dicto c.testimonium. Et an possit esse testis? vide per eum, in c.exparte.j. de testi. & in c. per tuas.de simo.circa fi.& do. Alexand.de Imo.in consi.cxxxiij.in j.parte.& in cõsi.xliiij.in ij.parte.& in consi.xx.in iiij. parte. Adde ad hanc q.quòd Felin.in c. ex parte versi.ad tertium.de rescrip.dicit

cit quòd non est dicta l.hucdecisum,an periurus sit infamis.& de hoc dubitauit Abb.in alleg.c.testimonium.§.& an sit infamis infamia iuris ciuilis: quia de canonica non est dubium:no.idem Feli.in d.c.testimonium versi.sed est magna difficultas. de quo dixi post Coll. in addit. ad eum,in c.cùm dilectus.nu. iiij.in versi.periurus remanet infamis. de ordi. cog. & post Barto. in l. Lucius Titius. nu.iij.versicu. oppono quod eo ipso quòd est periurus:in apost. in ver. ff.de his qui not.infa.Celsus.

¶ Et distinguitur,aut est iuratum super eo quod est de præsente, vel de præterito:si de præterito:tunc periurus nō est infamis,eo quòd non venit contra iuramentum suum talis iuratus, sed ipse iurando statim dicitur peccasse cùm in ipso iuramento sit periurus: aut quis iurat super eo,quod est de furto, etiam tunc cùm talis periurus veniat contra iuramentum suum,est infamis: vt in l. si quis maior.C.de transactio.. Not.tamen vnum dictum singulare, quod si quis promisit cum iuramento soluere ad certum terminum,& non soluerit, si post terminum offerat se paratum soluere:vt soluat,non est periurus:ista est glo.singu.xxxij.quæstio.j.apud misericordem.ratio, quia eo ipso quòd soluat extra terminum, non videtur habere animum deferendi. Redeūdo ad primā quæstionem dic quod periurus non potest esse testis: quia qui semel malus, semper præsumitur malus esse, in eadem genere mali,vt in c.qui semel malus.de regu.iur.lib.vj.& text. in c.testimonium.supra alleg.imò plus, & si egerit pœnitentiam de periurio, nō potest esse testis.tex.est ad literam. in d. c.testimonium.& ita glos.in d.§.lex Iuli.& ita tenent docto.vbiq;. Nunc quæro de

78 alia quæstione.† Nunquid confessus de crimine,vel conuictus,qui non sit damnatus,possit esse testis? & dic quòd sic, de iure ciuili. Contrarium est verum de iure cano. & dicunt docto. quod ius cano.in foro ecclesiastico, ius ciuile in foro ciuili seruetur. Vltra prædicta quæro,

79 †nunquid pecunia corruptus,etiam si dixerit verum, repellatur à testimonio,vel eius dictum nullam facit fidem glo.in d.c.licet causam.tenet quòd non valet eius testimonium.

Additio.

¶ Et ibidem.vide Feli.in vers.no. nono vbi an per solam corruptionem vitietur dictum eius de quo per eum plenius in versi.ij.conclu. vbi etiam de sententia lata testibus corruptis.& an talis testis corruptus probet contra corrumpentem?vide per eum,in c.j.in prin. in de test.vbi an rogatus vt testificetur,dicatur corruptus:& de materia ista,vide etiam per eum,in c.sicut.in ver.glo.pe. infra de testi.vbi etiam,an sententia in causa matrimoniali, retractetur sola corruptione.Celsus.

¶ Idem tenet Barto. in l. diuus. ff.de re iudi.Innoc.idem tenet in d.c.licet causam.Si autem allegaretur testis corruptus ante sententiam.nam tūc sola corruptela, sine falsitate reprobat testem. & in hoc concordat glo.& Barto. Si autem allegetur post sententiam: tunc Innocen.in loco præalleg.dicit non sufficere solum corruptela: nisi allegatur etiam falsitas.simul mouetur, quia hoc non

non reperitur lege cautum Io. de Imo. in d.c.licet causam sequitur Innoc. dicens opi. Bar.esse tenendam. Et volentes etiam quòd post sentētiam sufficiat allegare solam corruptelam. Sed hoc non probatur lege, nec hæc sententia in iudicio est tenenda: tamen mihi videtur verior opi. Barto. quòd idem sit post sententiam, quod ante:& vtroque casu sufficiat allegare solam corruptelam.moueor ratione tali,quòd post sen tentiam in causa appel.pronuntiatum extinguitur:vt in l.j.§.fi.ff. ad turp.& causa reducitur in eo statu, in quo erat in principali causa post lit.conte. vt in in l.ita demum.C.de procu.sed certum est,in causa principali post lit. contest. solam corruptelam allegare possum,licet ergo & post sententiam. Prætereà post sententiam Barto.est tex.in l.iij.§.lex Iulia.ff.de testi.vbi tex.repellit pecunia redéptos. nec distinguitur ante sententiam, vel post. Item not. distinguit,vtrum allegetur falsitas cum corruptela, vel non & hæc mihi verior in disputando videtur:sed tamen opi. Innocen.est tenenda.vnum tamen attende,quod Innoc.in c.inquisitione.de accu.quod interrogetur per iudicem vtrū sit corruptus pecunia, vel sit infamis, vel in aliquo interrogetur de turpitudine sua:licet respondere non teneatur tamen si responderit,facit fidem,& nocet producenti, ne eius dicto credatur.

Additio.

¶Vide Feli.in c.cum causam in ver. in ea glo.vbi non tenetur infra de testib. Adde vltra ea quæ posui in apo.ad istū supra eo.§.responsiones.nu.x.in apo.in ver.criminosè.Bal.in l.ij.§. quod obseruari.nu.xxiiij.ver.quæro hîc, nunquid testis.& quod ibi posui, in addi. ad ipsum.in ver.criminosus.C.de iur. cano. quod dixi post Bart. in l. transactione, la picola.nu.ij.in apost.in vers.respondere.C.de transact.& Bart.sozi. in suo trac.fallē.reg.ccccxj.vbi plenè.Celsus. ¶Tamen si iudex cognouerit testē productum fore criminosum vel alias inhabilem.& hoc sit notoriū, poterit etiā si non apponatur ex proprio officio repellere ita tenet Innoc. in c.intimauit. infra de testi.

Additio.

¶Adde Fel.in c.cum i.& a. colligi pos sunt quatuor.infra de re iu.& in c.nulli de accu.ver.no.ex glo.j.B.vadus.

¶Si autem interrogetur circa propriā personam de eo quòd non concernit turpitudinem eius tunc bene tenetur respondere:secundū Inno.in d.c.inquisitionis.veluti si interrogetur, vtrū sit debitor,colonus,fictualis &c.Ex his habes expeditam quartam partem testimoniorum repulsiuam. Vltima ergo causa testium repudiatoria est ex ratione inhabilitatis personę testis:Ideò pro eius declaratione videndum est de

80 pluribus. Et primò quæritur,† nunquid mulier possit esse testis:dic quòd in testamento clarum est quòd non:vt in l.qui testamento.in §.mulier.ff.de testa.fallit quando testamentum fit inter liberos:quia in testamento instituūtur filij testatoris tūc mulier potest esse testis in testō.gl.est singularis, quàm sequunt.doct.in l.fi.C.de codi.excep.aūt hoc casu,mulier non potest esse testis.

Additio.

¶Adde do.Alexan.de Imo.in con.lxx. i.ij.parte.Tu vide de hoc & in quibus casibus mulier testis esse non potest.Feli.in c.quoniam.de testi. Bald,in repeti.l.habeat.nume.xxxv.vers.super prima questione.& ibi posui in apos. ad ipsum post do.ale.in ver.de muliere. C.de sacrosan.ec.& Barto.sozi. in suo trac.fallen.regu.ccccxix.in vers.testis. Celsus.

¶Idem in delictis:de iure ciuili,in l.ex eo. ff. de testi.de iure canonico si agaẽ ciuiliter de delicto põt.Si criminaliter non,nisi procedat per viam inquisitionis,vel denũtiationis:secundum Innocen.in c.quoniam.de testi.

Additio.

¶An in causis capitalibus mulier testis esse possit?vide do.Alexan.de Imo.in cõsi.xj.in j.parte.& in cõsi.xcix.ea.parte.& in cõsi.lxiiij.ea.parte.in quibus locis ponit,quid de iure ciuili, & quid de iure canoni.& in consilio vigesimo quarto in ij.parte.& in consil. clxxiiij. ea.ij.parte.vbi ponit,quid si p mascu. veritas haberi non põt;au mulier saltẽ isto casu admittatur?

¶Attende tamẽ quòd licet mulier possit esse testis de iure ciuili cæteris paribus,tamen tanta fides non adhibetur, quanta masculo:& sic debet intelligi illud quod dicitur,quòd in testibus debet consyderari sexus:vt in c.forus.§. mulier.de verbo.signifi. Quæro secundò,an minor.xiiij.annis possit esse testis?Respondeo quòd non.text.est in l.iij.§.lex.Iulianus.ff.de testi.imò nec minor.xxv.annis potest esse testis in causa criminali,in l.testamentis.ff. de testa.Si tamẽ quis maior tempore deponat de his quæ viderit in pupillari ætate:bene valeret eius testimonium: ita gloss.tenet quam sententiam sequũ-
81 tur doct.in d.§.lex Iulianus. †Quæro tertiò,nunquid stipendiarius possit esse testis?dic quòd sic : quia non sunt infames infamia iuris,tamen eis multùm diminuitur de fide:quia sunt infamas infamia facti.ita determinat Alber.in d.§.lex Iulia.Ex quo infero,ꝙ cùm stipendiarii sint infames infamia facti,non poterunt esse testes in causa criminali:quia infamis infamia facti, non potest esse testis in causa criminali:vt dixi in sua materia:vt in c.testi-
82 monium.j.de testi.Secũdò infero†,ꝙ nulla dignitas põt cõferri stipẽdiario, nec etiam est capax alicuius honoris: quia talibus infamibus,non patent portę dignitatis:vt in l.ij.C. de digni.lib. xij.& c.inter dilectos. de excet.prælat. Hæc supradicta intellige de stipendiario in bello illicito,videlicet in quolibet bello,quod non mouetur per imperatorem,vel papam,vel alium ad sui defensionem,vel suarum rerum gubernationem:secũdum doct.hi autem qui dicuntur cauallarij delegati,sunt infames infamia iuris.& ideò in totum repelluntur:secũdũ doc.in lege iij.C.de except.quia locãt opera sua ad pugnadũ cum bestiis : vt in l.j.§.remouet.ff. de postul.cum pluribus.§.sequent. Pr-
83 missis adde,†ꝙ similiter incarceratus, scilicet in carcere publico,nõ põt esse testis,secundum comunẽ opi.doc.d.§. lex Iulia.& ibi text. Quæritur conseq

84 sequenter,† an inimicus possit esse testis?dic secundum doc. quòd inimicus propter cām criminalé,vel propter ciuilé magnā:secūdū Innocē: vt in c.inquisitionis.de accu.

Additio.

¶ Vide do.Alexan.de Imo.in cōsi.xcix. j.parte & Feli.in d.c.cùm oporteat.alleg.hîc per Lanfr. versi.& circa istud. cum plu.seq.& domi.Alexan.in consil. xviij.in.iij.parte.& in consil.lxxviij. in.j.parte.vbi,an habens litem omniū bonorū,vel maioris partis,dicatur idoneus testis.Sed quid si interrogatus dicat se esse inimicum,an probet:& quid si in fraudē dicat: Vide Felin.in d.c.inquisitionis.§. tertiæ dubitationis.post princi.versicu.iij.not.& quid de amico inimici: Vide d.Alexan.de Imol. in d. consi.xcix.in j.parte.& adde quòd testis inimicus,nedū à testimonio repelli tur,sed etiā ille qui habet, vel habere præsumitur causam inimicandi:vt per Fel.in c.cùm I.& A.in versicu.ij. not.j. de re iudic.sed quid de illo,cū quo est facta pax:an sit testis idoneus?vide per do.Alexan.de Imo.in d.consi.xcix.prę alleg.vbi etiam,an quodlibet odiū repellat quem à testimonio,sed quid de eo,qui in fraudē percutit testem,dictū non valeat,an admittatur? vide Feli.in c.repellatur.de accu.i verbo.fallit,nisi circa prin.versi.Celsus.

¶ Idem si sit suspicio,quòd,capitalis sit inimicus:secundū Inno.in c.cùm oporteat.de accusa.

Additio.

¶ Ex hoc induco,quòd inimicus statim post reconciliationem,non admittitur in testem,per ea quæ no.in simili Hippo.de Marsi.sing.cvij.in c.priuilegium ciuitatis.post med.ibi.ideò dicit quòd iudeus.no.Panor.in.c.dubius.in fine.& ibi posui.in addi.ad ipsum.in versi. in fidelibus.de hære.dixi post Collecta.in c.in literis.nu. vij.in apost.in eo.versi. quid in inimico reconciliato,de test.di xi in addi.ad Bar.in.l.præscriptione.in apostil.in eo,versi.C.si contra ius, vel vtili.pub.& in.j.consti.ff.forum.nu.ij.in versi.in iuramento.Celsus.

¶ Idem secundum Cy.si testis copulauit amicitiam cum vno capitali inimico : nam & ipse præsumitur inimicus:secundū Cy.in l.si quando.de test. alias inimicus non repellitur à testimonio.Amicus non repellitur, quantumcunque sit magna amicitia.

Additio.

¶ Vide do.Alexandr.de Imo.in consil. lxxviij.in.j.parte.& in prealleg.consil. xviij.iiij.parte.& Feli.in.c.quoties.ver si.no,vj.de testi.& aliquid in.c.in literis.ver.fallit nisi.in fi.eo.tit.

¶ Tamen si est magnus amicus, multū de fide diminuitur.glo. est singula.in §.cogitandum. in authē.de monachis. col.j.quā sequitur doc.imò est text. ex p̄ssus.in l.sciēdū.ff.de visur.ita ibi tenet Ang.

85 †Nūq̄d pauper possit esse testis.

Additio.

¶ Vide Alex.de Imola.in consilio . xv. per totum.in.iij.parte.vbi ponit etiam quis dicatur pauper,& quis dicatur suspectus,& quid in ciuilibus,& in quibus casib' possit torqueri.Adde dehoc Col.

lec.in

lec.in c.in literis.in fi.ver.nũquid paupertas repellit:& ꝙ ibi posui, in addi. ad ipsum.in eo.ver.de testi.Paũ. in c.si qui testiũ.nu.viij.vbi testiũ.nu.viij.vbi ẽt posui in addi.ad ipsum.in ver. propter paupertatẽ.& ibi Feli.ver.in gl.fi. ibi aliàs eum seq.eo.ti.dixi in apost.ad Bar.post Alex.ĩ l.spadonẽ.§.est aũt.in ver.affectasse.in lec.Nico.de Neap.ff. de excus.tut.not.Bar.Soci.in suo.trac. fallẽ.reg.cclxxxix.in ver.pauper.not. Frãci.de Are.cõsi.xiij.incipiẽ.viso dili gẽter thémate. Alex.consi.ccviij.incip. viso processu.& do.meus Philip. Deci. consil.clxiij.volu.ij.Celsus.

¶ Et nũquid rusticus posit? verũ est ꝙ q̃s neq; rõne paupertatis,nec rõne ignobilitatis,repellit à testimonio:sed cæteris paribus,magis credit diuiti,quã pauperi:& nobili,quã ignobili:referẽdo singula singulis:Ita intelligit gl.in l.iij.ff.

86 de testi. † An socius posit esse testis dic ꝙ non,si est socius omniũ bonorũ: vel etiã si nõ esset socius omniũ bonorũ,& sua intersit:adhuc non põt esse testis de parte consocij:de qua etiam dic, vt not.Inno.in c.in pręsenti.ĩ.de testi.

Additio.

¶ Vide Felin.in c.insuper.ver. quintò quæritur.ĩ.de testi.B.vadus.

87 ¶ Vltra prædicta adde,† quòd neq; clerici.neq; monachi possunt esse testes, sine licentia superioris:secũdũ Spec.in tit.de teste.§.j.versi.sed si monachus.& versi.& quid de monacho.& idẽ tenet Alberi.authẽ.si dicatur.C.de testibus. Clericus autem secularis bene potest. vt in c.quicunq;.xiiij.quæstio.ij.tamẽ debet examinari per iudicẽ ecclesiasticũ:secundũ Archi.in d.§.quicũq;.dicit esse in electiõe iudicis superioris,si velit examinare clericũ,an dare licentiã seculari,vt eũ examinet.Sed tamẽ debet iuramentũ de licentia sui superioris facere:vt in c.j.de iur.cal.licet admittatur clericus,nõ tamẽ cõpellitur:

88 vt ſ.dixi. Solet etiã quæri,† nũquid fideiussor posit esse testis pro debitore principali. Spe.in ti.de test. ver.sed quid de fideiussore.dicit ꝙ sic,si est soluẽdo.Ioã.An.in d.ver.dicit indistinctè nõ posse:quia eius interest,litibus non vexari:vt in l.minoribus.ff. de mino. hãc opi.tenet Ioã.And.in c.insuper.de testi.quę opin.est tenẽda.

Additio.

¶ Et ibidẽ vide Feli.in versi.vj.quæritur.Bene.vadus.

¶ Sed quęro, nũquid sollicitator etiã posit esse testis? Do.de Ro.decisi. ccclxij.tenent ꝙ non.Idẽ dicit esse verum Ant.de But.finita cã,in qua sollicitat. Ita dicit ipse in c.insuper.ĩ.de testi.

Additio.

¶ Vide do.Ale.de Imol.in cõsi.lxxviij. in.j.parte.& in cõsi. lxiiij.in.iij.parte. & vide do.de Ro.decisio.clxvij. aliàs, ccclxiij.sollicitator ĩ no.& Ludo.in singu.ver.cũ quæritur,an sollicitator.vbi ponit const.do.Thedosij.& Alexan.de Imo.in cõsi.lxxvj.ij.parte.& Ludo. in consi.suo.omnipotentis dei postulato suffragio proposita quæstio.&c.Feli.in c.cũ à nobis.ĩ.de testi.in fi.& do. Alex. de Imo.in consi.lvj.in.iij.parte.

¶ † Dubitat finaliter,nũquid denũtiator.criminis posit esse testis? Concludunt

dũt doc.& gl.in c.in omni.de test.& tenẽt quòd sic,in denũtiatiõe euãgelica. In alijs aũt denũtiationibus,quę sunt in foro seculari,vel ecclesiastico,ob delicta nõ possunt eẽ testes.Ex his omnibꝰ nũc habetis plenẽ expeditũ,quę ꝑsonę repellãtur à testimonio:quibꝰ exceptis,cęterę admittũtur:vt in l.j.§. adhiberi.ff.de testibus. Nõ placet mihi ꝓ pleniori satisfactiõe materiæ testiũ,attingere aliquas quæstiones super dicta materia,quæ sunt multũ vtiles & opor tunæ. Quæro primò †,nũquid testis teneatur deponere de loco & tempore? verbi gratia,Testis interrogatus,an Titius mutuauit.x.Seio,& rñdet ꝙ sic.Postea interrogatur,vbi,& qñ hoc fuit:nũquid si nõ respondeat,vel dicat,nõ recordor,eiꝰ testimoniũ vitietur.Pro huiusmodi qõne determinãda dic, ꝙ vbi locus & tẽpus sunt:de substãtia actus, de quo quęritur:tũc oportet testẽ deponere de loco & tẽpore.

Additio.

¶ Adde.d.Alex.de Imo.in cõsi.lij.ꝓ totũ.in iiij.parte.& oĩno Feli.in c.ex tenore.circa princ.versi.no.iij.ibi determinantes.& plenius in c.cũ cãm. versi. vtrũ autem testis.de testi.B.vadus.

¶ Aliàs dictũ suũ non valet.istud ꝓbat in l.j.in fi.cũ seq.ff.de incẽ.rui.& nau. istud est dictũ Inno.in c.qualiter & qñ el.ij.de accusa.Idẽ tenet Bal.in l.ij.C. de rescin.vẽ.Exemplũ,vt melius,intelligatur:ad hoc vt quis obtineat in interdicto vnde vi,requiritur ꝙ probet possessionẽ,& ꝙ probetur ꝙ possidebat illa die,qua fuit spoliatus possessiõe:alias succũbit:vt in l.j.§.interdũ. ff.de vi & vi armata.Certè si iste intendẽs hoc interdictũ probaret possessionẽ,spoliationẽ nõ posset obtineri:quia tps est de substantia actus.Pone aliud exẽplũ,in præscriptiõẽ:quia debet probari possessio.x.annorũ inter præsentes,vel.xx.inter absentes.potes ponere multa alia exẽpla:vt statutũ dicit,ꝙ si quis luserit in quadragesima puniatur in.x.probatur ꝙ aliquis luserit,nõ tamẽ fuerit in quadragesima non debet puniri:quia tps est de substãtia actus. Exẽplũ de loco:pone,statutũ dicit,ꝙ ludens in loco publico,puniatur in.x.ꝓbatur quẽ lusisse,nõ tamẽ in publico: nõ debet puniri,quia locus est de substãtia actus.Pone aliud,dicit statutũ,ꝙ bestię nõ pasculare in certis pratis,nõ in aliis.accusauit quis ꝙ bestię pasculauerũt in aliquo prato alio.certè si nõ probatur,ꝙ in prato prohibito,nõ poterit obtinere:quia certus locus est de substãtia actus:aut tẽpus & locus, non sunt de substãtia actus,& tũc si testis de illo nõ deponat,sed dicat se nõ recordari:dictũ eius bene valet.Inn.in c.qualiter & quando.idẽ si nõ interrogetur testis de loco & tempore,dictum suum valet:quia locus & tempus non sunt de necessitate probationis in §. quia verò.& idem secundum Ang.in d.authẽ. de testi. Attende tamen ad vnum, quod est not.dignum, quòd, vt quis agat ex mutuo,vel alio contractu,requiritur quòd probet pecuniam mutuatam vel depositam.& sic de singulis contractibus ante libellum, & ante lit.contest.aliàs succũbit actor.& ita dicit singu.Ang.in d.§.quia verò.& videtur probari in l.eandem. §.actiones in fi.

in fi.ff.de except.rei iud.idem Io.And. in c.Abbate sanè.de re iudi.lib.vj.& in glo.sua.Declaro,actor dicit,quòd mutuauit Titio.x.quare &c. Item testes dicũt, verum est quòd mutuauit, & requiritur quòd dicant,si non recordatur de tempore, Sed fuit ante præsentem litem incœptã.istud eit singulare multùm. Ratio est facit pro eis. nam testes producuntur post lit.contest.vt suprà vidistis,quando testes dicunt,quòd mutuauit:& non dicunt in certo tempore. illud dictum potest verificari ante & post lit.contest.& per consequens hoc dictum est obscurum, cùm nesciatur an ante lit.contest.& sic dictum est dubium:& quotiescunque dictum est dubium, interpretatur contra producentem:vt est tex.in c.in pręsentia.de probat.& ibi glo.istud est dictum Bald.& Ang.in l.veteribus.ff.de pact.& Bar.in l.j.§.fin.ff.eod.sic sequitur, quòd debet fieri interpretatio,quòd istud mutuum fuit factum post lit.contest.vnde istud totale mutuum,quia non dicitur deductum in iudicio, quia ea quæ procedũt post lit.contest.non dicuntur venire in iudicio,imò alio libello opus est:vt est casus.in l.non possunt videri.ff.de iudic.De qualitate autem temporis, nulla est testi facienda interrogatio:videlicet,an esset serenum,vel nebulosum: secundum Inno.in c.qualiter & quando. vbi dicit quòd si testis deponit de diuerso tempore,vel loco,quod dictum suum non valet. Quæro secundò,
91 † an testis qui deponit super valore rei, debeat reddere rationem sui dicti, etiam non interrogatus, ad hoc vt valeat dictum suum?dic quòd sic.

Additio.

¶Quomodò & qualiter deponere habeant testes super valore? vide Feli.in c.ad aures.ij.ver.de expræssione valoris.suprà,de rescript.

¶Et ideò testes qui quotidie examinantur,dicunt,Talis res valebat.x.& nihil aliud deponunt,nihil valet.& est ratio, nam quotiescunque aliqua res potest sciri difformibus modis, nisi exprimatur modus quo scitur, illud dictum dicitur obscurum:& per consequens tanquàm obscurum,non valet. Sed vt valorem rei quis possit scire,difformibus modis?dic secundum quod statim dicã: ideò requiritur quòd exprimat modũ, propter quem scit valorem: aliàs nihil valet.hinc est, quòd testis qui deponit de dominio,debet reddere rationẽ sui dicti,etiam non interrogatus:quia sunt multi modi acquirendi dominium:& ideò requiritur,quòd exprimat illũ modum, per quẽ scit dominium certæ rei esse illius:de modis patet per totũ titulum.ff:de acqui.re.do.& insti.de re.diui.vbi autẽ res non potest sciri, nisi per vnum modum,& tunc super tali re,valet dictum testis, etiam si nõ reddat rationem,etiam si est interrogatus: vt est in colore, quia quis nõ potest scire colorem,nisi per vnũ modum:vt est albedo,quæ per visum cõpræhenditur: vox autẽ per auditũ.hæc sunt verba Bal.in
92 l.ij.C.de rescin.vend. †Quæro ergo qualiter probetur valor rei, & qualiter testis producitur super valore rei.

Additio.

¶Ad probandum valorẽ rei, quæ probatio

batio admittatur, & quomodo fiat probatio. vide dominum Alexandrum de Imo. in consilio. lxxxv. in secunda parte. & qualiter valor rei debeat articulari? vide dominum Mari. Sozin. in consilio octauo, incipiente visis. versiculo, & stant ista. ibi, quinimo singulis. in prima parte. Adde hîc & in præced. apostill. deductis Bartol. in. l. pretia rerum. §. nonnulli. numero primo. & quod ibi posui in versiculo, tu vis probare valorem rei. ff. ad legem Falcidiam. Baldus in. l. si quos. numero. xxv. & sequenti. versiculo, sed circa hoc. & ibi posui, in additio. ad ipsum. in apostil. in eo. versiculo. ibi etiam not. in additio. ad Salicetum versiculo, sed pone. quòd ipsi dicunt tantùm pro communi pretio ipsam appretiaret. in apostill. in eod. versiculo. C. de rescindenda venditione. & dixi post Panormita. in cap. cùm causam. numero. ij. in versiculo, verus valor rei. infrà de testib. Celsus.

¶ Dic, interdum testis producitur super valore immobilis fructus producentis: vt in fundo, interdum super valore rei mobilis: vt est videre, in aliis speciebus. Si testis deponat super valore rei fructus producentis, tunc debet deponere super valore rei, hoc modo, dicit quòd pars fundi in tali loco &c. valet decem florenos: & scio quòd tot fructus percipiuntur singulis annis, ex illa parte fundi, & quòd ex parte fundi eiusdem qualitatis tot fructus producti vendi consueuerunt: & vendunt pro singula parte decem florenorum: modò fundus æstimatur per fructuum perceptionem. hoc probatur in. l. si fundum. per fideicommiss. in principio. ff. de legatis primo. l. penul. ff. de rebus eorum. & in l. si quos debitores. ff. de rescindenda venditione. ita tradit notab. Bartolus. in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcidiam. & idem Baldus. in. l. secunda. C. de rescindenda venditione. & poterit alio modo & breuius probari de valore rei immobilis: secundum præfatos doctores vbi suprà, hoc modò, quòd pars talis fundi tanti valet: quia pars aliorum fundorum eiusdem qualitatis ibi vicinorum, tantundem venduntur. hoc est quod dicitur, quòd res tanti valet, quanti vendi potest: vt in dicta. l. pretia rerum. & intellige, quanti vendi potest, scilicet homini scienti qualitatem rei: vt est text. quem ita intelligunt doctor. in. l. mortis causa. de donatio. causa mortis. & ideò secundum Bartolum vbi suprà, sit cautus aduocatus volens probare valorem rei, quòd capitulet de aliquo morbo, vel vitio latenti rei: vt dicat, quòd tale vitium est latens: quòd si emptor sciuisset, emptor non tantùm dedisset. Dubitatur de huiusmodi depositione, nunquid testis deponens de valore, concludat, dicendo hoc modo, Pars talis fundi valet decem, interrogatus quomodò scit? respondit, quòd ego tantùm darem, si vellem emere. dic quòd non valet, si iste testis comprehenditur habere affectionem ad talem rem, puta, quia est vicinus illi fundo, & mea interest habere fundum vicinum: & pro minori pretio quàm valeat: vt in l. si fundus. ff. de legatis tertio. Si autem nullam habet affectionem, bene valet eius dictum. Ita dicit Baldus. in dicta. l. secunda. Adde alium modum probandi, quia iudex ex officio suo po-

test etiam post publicatas attestationes, & post didicita testificata, mittere æstimatorem, ad æstimandum rem: vt in l.hac ædictali.§.ilico.ff.de secundis nuptiis. secundum Bartolum in dicta l.secunda.hinc est quod dicit Bartolus multùm notabiliter, in l.in fundo. ff.de rei vendicatione. quòd etiam post sententiam ante executionem factam, potest opponi exceptio expensarum, & melioramentorum: cùm talis exceptio non redarguat sententiam de iniquitate, ideò opponi potest: vt in l.fideiussores.ff.de fideiussoribus. & in l.Nesennius apostillinarius. ff.de re iudicata. & per consequens non potest fieri executio, nisi prius liquiditatis melioramentis expensarum, cùm illas posset consequi per retentionem: vt est textus in l.si aream.ff.de conditione indebiti.

Iuxta præmissa etiam dubitatur, nunquid possit probari valor rei hoc modo. pars talis fundi valet decem ei hoc scio, quia sum vicinus. Baldus dicit quòd non, in dicta l.secunda. Bartolus dicit quòd sic. in l.prima. ff.si certum petatur. & illam tene: quam etiam tenet Angelus, in authentico de hæredibus & falcidia. Et est glossa. in.l.secunda. C.quando fiscus, vel priuatus.

Quando autem testis deponit de valore aliarum rerum mobilium, tunc probat, si dicat hoc modo. Summa frumenti valet tanti: & hoc scio, quia communiter tanti venditur, vel vendebatur tunc temporis. & notabiliter multùm singulariter, quòd talis testis debet comprehendere tria tempora in suo testimonio hoc modo, frumentum tanti valuit illa die, vel illo tempore, vel ante & post. Aliàs si se astringeret ad vnum diem tantùm, non probaretur valor. Ita dicit textus. in l.pretia rerum. in fine. præallegata. & ita etiam tenet Bartolus. Sed pone, quod quis capitulauit de valore rei, quòd res tanti valuit in toto publico, & quod illa vendebatur tantidem in domibus priuatis: si testes autem deponunt in foro publico de vno valore, & in domibus de alio, quæritur cui stabitur? dic quòd stabitur valori fori publici: secundum Bartolum. vbi suprà, qui dicit pro cautela, quòd ille qui vult probare de valore frumenti, debet capitulare, quòd pro tanto venditum est in foro publico. ita notat ipse, in l. præ-
93 tia rerum. † Consequenter est videndum, qualiter probetur dominium.

Additio.

¶ Vide dominum Alexandrum de Ymola. in consilio quarto, in secunda parte. & in consilio septuagesimoprimo, in prima parte. In quibus locis ponit, an probetur dominium de antiquo per solam famam. & in consilio primo. in quarta parte. & consilio decimo. & in consilio vndecimo. eadem parte. vbi latè ponit de probatione dominii, etiam quando non sumus in casu, in quo probetur, vel probari debeat de antiquo. & in consilio decimoquinto. & in consilio trigesimo. in quarta parte. vbi ponit, an sola fama probet in factis de antiquo: de quo per Franciscum Aretinum. in l.is ad quem. de acquirenda hæreditate. & per Felinum. in cap. inter dilectos. de fide instrumentorum. latè

per

per Firmianum, in ſuo aureo repertorio. in verſiculo, dominium probatur. & dominum Alexandrum de Imola. in conſilio octuageſimooctauo. in ſecunda parte. vbi ponit, quando agitur publiciana, an obſtet titulus & bona fides. de quo etiam vide Bartolum in l. cùm res. numero quarto. & quod ibi poſui, in additio. ad ipſum. in verſiculo, ad probandum dominium. C. de probationibus. & in ſecunda lectura. in dicta. l. numero ſeptimo. verſiculo, eſt ergo modus. in verſiculo, poſſedit annis decem. Dixi etiam poſt Baldum in additio. ad ipſum poſt eundem. in l. indicia. numero quinquageſimotertio. in verſiculo, probatur dominium. C. de rei vendicatione. & in l. proprietatis. numero tertio. verſiculo ſecundo. dicit glo. quòd dominium. in apoſtil. in verſiculo, probatur teſtibus. C. de probationibus. Celſus.

¶ Hæc quæſtio quotidiè in iudiciis verſatur. Nam producentes teſtes probantes de præſcriptione ex qua requiruntur, ſcilicet titulus, bona fides, & continuata poſſeſsio, & quòd res non ſit vitioſa, quæ omnia & ſingula veniunt probanda. Ideò qualiter ſingula probentur, videamus. Primò namque titulus faciliter probari poteſt, ſcilicet per inſtrumentum: vt notatur gloſſa in. §. ſunt & aliæ. inſtitut. de vſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus. & non apparuerit aliquod inſtrumentum, poterit titulus probari per teſtes dicentes ſe interfuiſſe contractui: cùm iſtud ſit tale, quod obiiciatur ſenſui viſus. Bona fides autem non venit probanda: cùm bona fides in dubio præſumatur: vt in l. penultima. C. de euictionibus. quod intellige verum, ſi quis haberet titulum, & diu poſſederit etiam ſine titulo: quia tunc bona fides præſumitur: Innocentius. in cap. cùm veniſſet. de in integrum reſtitutionibus. quem ſequitur Bartolus. in l. Celſus. ff. de vſucapionibus. & Angelus. in l. præſcriptione. C. quibus non obſtat longi temporis præſcriptio. Oporteret tamen quòd bona fides allegaretur: aliàs nunquàm præſumeretur: vt in l. ſi adulterium cum inceſtu. in. §. idem. ff. de adulteriis. ita notat ſingulariter Angelus. in l. eum qui. §. in publicam. de publicis iudiciis. Pro quo facit id quod in ſimili dicitur, quòd notorium releuat ab onere probandi, non autem ab onere proponennendi. gloſſa eſt ſingularis. in clementina appellanti. de appellationibus.

Tertiò venit probanda poſſeſsio continuata: & in hoc ſunt duo videnda, videlicet qualiter probetur poſſeſsio, ſecundò qualiter probetur continuatio poſſeſsionis: iſta ſunt quotidiana, & ideo menti tenenda. l. legaui. ff. de liberatione legata. Ad primum dic, quòd multi ſunt modi probandi poſſeſsionem. probatur enim poſſeſsio eoipſo videlicet, quòd teſtes dicuntur terram vidiſſe ſeminari, & arari ad inſtantiam talis, vel coli, vel laborari. Iſtud ſufficit, pro quo eſt gloſſa ſingularis. in l. tertia. C. finium regundorum. quam ibi ſequitur Baldus. Alius modus probandi traditur, ſi teſtis dicat fructus de tali terra fore per

talem perceptos: vt est text. in. l. Titia ff. de solu. & ibi hoc tenet Bald. &c. Idem tenet Bald. in. l. iij. C. finium regund. Item probatur possessio, si testes dicant pensionem domus, vel fundi tali esse solutam: & quòd mercedem recepérit nomine locatoris: vt est gl. sing. in. l. qui vniuersas. §. qui per colonum. ff. de acquiren. posses.

Additio.

¶ Et ibidem vide Fran. & quod ibi dixi, in apost. & an probetur per testes singulares, quorum vnus deponit de perceptione grani, alter de fabis: vide domi. Alexand. de Imo. in cōsilio. iij. & in consilio. xciij. iiij. parte. & an probetur ex sola fructuum perceptione? vide per eum in consilio. cxxxiij. j. parte & an per solutionem collectarum, vide Paul. de Cast. in. l. scriniarios. C. de testa. milita. & quòd probetur ex perceptione fructuum. vide domi. Barto. Soci. in consilio. clxxxvij. incipiē. in controuersia. versi. ij. in. ij. parte, & in consilio. cxxxj. incipien. in præsenti. circa princip. in. j. parte. vbi etiam quòd per receptionem clauium, probatur possessio. nisi alius possideat: qa duo nō possunt insolidum possidere ibidem: vbi etiam quòd possidere dicitur si quis, est missus in possessionem per anulum ecclesiæ clausæ cuius claues erāt apud custodem: quia non obstat quòd claues & custodia essent penes alium: in quo eum videbis etiam an & quando & ex quibus dicatur iure proprio, vel iure familiaritatis possidere: de quo etiam per eum, in consilio. lxj. incipiē. in præsenti versi, ex quibus præmissis, & ver. ij. probatur ea. parte. & per Bal. in authē. quas actiones. nume. xv. ver. quomodo poterit probari: & ibi posui in apost, ad ipsum. in eo. ver. in vlti. q. C. de sacrosan. eccle. Celsus.

¶ Quam ibi sequitur Bar. in. l. quāuis. §. si conductor. eo. titu. eamque secutus est Ange. in. l. quædam mulier. ff. de rei vendi. & hoc verum secundum Barto. & Ang. in locis præallega. quòd mercede percepta probata, probari videtur possessio contra soluentem. Sed an in præiudicium tertij dubito, quod est bene & singu. notandum: & ideò si ago contra aliquem rei vendicatione, dicēs talem rem esse meam, & probem dominium per testes, probādo præscriptionem, pro qua prescriptione probanda, probo possessionē hoc modo, quia dico quòd Titius mihi soluit mercedem nomine locationis talis rei, per. x. annos & plus: certè probata est possessio per talem receptionem mercedis in præiudicium conuenti: & istud est verū, nisi aduersarius probaret veram possessionem ipsius rei: puta, quod collegit, vel fecit arari &c. tūc bene derogatur possessioni, quæ probatur per solutionem mercedis. Ita tenet Barto. in dicto. §. si conductor. Ang. in dicta. l. quædam mulier. operaretur enim secundum præfatos docto. probatio solutionis mercedis, vt dicatur probata possessio: nisi aduersarius probet contrarium, probando veram possessionem. Attende tamē, quòd probādo solutionē mercedis, probatur possessio: tamen sola inuestitura non probat possessionem in præiudicium tertij: sed solum inter ipsos: istud est pulcherrimum dictum

ctum Ange.in.l.quis.C. de donatio.& idem si in exemplo proposito, volens probare possessionem contra conuentum in tertiam personam, & ad probandum possessionem produco instrumenta locationum factarum Titio de fundo, de quo est controuersia &c. nullatenus est probata possessio.

Additio.

¶ Adde domi. Barto. Soci.in consilio. lxxxix.incipien.causa agitata.versi.ij. ponderandum.in prima parte.quod licet per instrumentum locationis.dominium non probetur:tamen quādo alia concurrunt instrumenta locationis id probat:quod no.quia est singulare:secundum eū:ibi.& adde Paul.de Cast. in consi.cxj.aliâs.ccxcv.incip.viso pūcto.& in consi.cclxxxvj.incip. videtur dicendum.B.Vadus.

¶ Probatur enim esse possessio per actum factum, videlicet per precarium, vel per cōductionem:veluti si quis cōstituit se nomine possessoris possidere, vel precario nomine, vel si vēditor cōducat ad emptorē.hęc probātur in.l.ꝙ in eo.in princip.& in.l.interdum. in princip.ff.de acqui.posses.& in.l.quędam mulier.prǽalle.& in toto tit.ff.de preca. Et ideò quotidie videtis, ꝙ in instrumentis ponuntur ista verba, quę quidem venditor cōstituit se precario nomine possidere.

Additio.

¶ Vide do. Old.in consil.cxiiij.de quo & quid operentur prędicta verba:vide quod posui in tract.clausularum.in clau. contrac. ver. precarij nomine. Bart.in.l.ab emptione.nume.xij.ad fi. versi.vltimo aduertas.& ibi posui, in apost.ad eū in eo.ver.ff.de pac.& dixi addi.ad Bart.in.l.j.nu.ij.in.ver. p̄carij. C.de vsuca.pro donato.Celsus.

¶ Per talia verba p̄batur traditio possessionis & dominij:vt in iuribus pręallega.quæ omnia intellige vera, si ille qui constituit se precario nomine possidere, vel qui conducit &c. possidebat tempore constituti, vel tempore cōductionis.Aliâs per talem cōstitutum, vel per talem cōductionē, nō probatur aliqua possessio:vt est gl.singu.in.l.quāuis §.si conductor.ff.de acqui.posses.& hoc tenet Barto.& idem Ange.in.d.l. quædam mulier.ideò fit cautus volens probare possessionē per constitutū, vel per similes modos, quòd probat quòd ille qui constituit tēmpore constituti, possidebat.aliâs tale cōstitutum nihil operaretur.& ita dicit Ange.in.l. quædam.inter istos modos fictos probandi possessionem. Est & alius modus mirabilis, scilicet si quis cōstituat se vsufructuariū alicuius:puta, Titij. Nā in Titium per talem vsumfructū transfertur possessio:vt est casus singu.in.l. quisquis.C.de dona.quod intellige, si ille vsumfructum possideat illo tempore, quo se fecit vsumfructuariū:aliâs nō p̄baretur possessio.Et ita dicit Ange.in.d.l.quisquis.est & alius modus probandi per actum fictitium. puta, si quis cōfiteatur se nomine alicuius possidere, per talem simplicem confessionem transfertur possessio in eum cuius nomine iste confitetur se possidere:vt est gloss.sing.in.l.ab emptione.in princip.ff.de pac.quam ibi multū cō-

mendat Ange.& prædicta tene menti,quia sunt quotidiana. Scias tamẽ quòd per illa verba,que quotidie ponuntur in instrumentis,scilicet, dedit, vendidit,tradidit,nulla probatur possissio.neque possessionis translatio:sed solum licentia data apprehẽdi possessionem:vt est tex.in.l.prædia.ff.de acquiren.posses.quod fallit,nisi res vendita foret in præsentia.nam tunc per talia verba transfertur possessio,aliâs non.ita no.Iaco.de Are.quem sequitur Bald. in.d.l.prædia. Item tenet Cyn. quem sequitur Bald. in.l.minus. C.de acquiren. posses. Illud tamen no.ꝙ per æstimum,quod quis habet in communi,nõ probatur possessio neque dominium.Istud est dictum singula. Bal. & Bart.in.l.si potest.C.de actionibus empti & venditi.

Additio.

¶ Adde Fran.Areti.in.l.in illa.in fi.de verb.obliga.& in.l.decẽ.eo.tit.& quod ibi dixi in apostil.V.vadus.

¶ Et ideò inferunt,quòd si quis soluit tallias pro aliqua re,ꝙ per talem solutionem talliarum, non probatur possessio rei:& ita fuit obtentum de facto in ciuitate Cremonæ.Similiter & Barto.in alia materia dicit,quòd per æstimum factum in cõmuni de aliqua re, non probatur valor rei inter alias personas:vt in.l.ij.C.de rescindenda venditio.Et ideò si esset quæstio inter te & me de valore vnius fundi,& ipsius valorem probarem per æstimum communis: nihil esset factum: quia tale æstimum probat solum inter æstimantem et te:non inter alias personas:vt suprà dixi. Non omitto vnum notabile verbum,quòd venit in præsenti materia dicendum:quòd si quis reperiatur in possessione rei, nec sciatur ex qua causa sit in possessione, præsumitur esse in possessione,& possidere ex præambulo contractus.glo. est singularis in.l.quædam mulier,suprà allegata.quam ibi sequitur Angel. in.l.murus.C.de acquirenda possessio.& hoc satis,quo ad probandum posses-

94 sionem † & quia non sufficit probare possessionem probando præscriptionem,nisi probetur possessionis continuatio decem annorum &c. in rebus immobilibus inter præsentes,& xx. inter absentes, ideò videamus qualiter probetur possessionis continuatio. Et breuiter dic, quòd communis opinio doctorum sic se habet,quòd ponendo initium possessionis & finem, præsumitur medium.& sic probatis extremitatibus,præsumitur medium.

Additio.

¶ Adde dominum Barto.Soci.in consilio.clxxvij.incipiente in controuersia.versi.ex qua conclusione circa fin. & in consilio.cxcv.incipiente circa primum.circa finẽ.in secunda parte.& Felin.in capitu.inter dilectos.de fide instrumen.& Paulus de Cast.in consilio. ccxcij,aliâs.cclxxxj. incipien. videtur dicendum &c.B.Vadus.

¶ Et sic probato quòd iam sunt decem anni elapsi, quòd possidebam talem rem &c.& probato quòd tunc possideo:præsumitur continuata possessio toto tempore decem annorum.ita tenent docto.in.l.super longa.C.de prescript.

ſcript. decem, vel viginti annorum. plus dixit Barto. notabiliter quòd ſi probatum eſt ſolum initiũ, quòd ſufficit quòd quis ad commodum ſuum alleget poſſeſsionem, & confiteatur etiam ſe poſsidere, modo quòd ſi probet initium poſſeſsionis, præſumitur continuata poſſeſsio vſque in hodiernum diem: quod eſt menti tenendum: Ita dicit ipſe, in.l. Celſus. ff. de vſu.

Super iſta continuatione poſſeſsionis probanda, eſt multum aduertendum ad teſtes. Nam ſi dixerint. Titium poſſediſſe à decem annis & citra: tunc eſt ſenſus, quod poſſederat decem annis. Et iſte eſt textus in.l.prima.§.quod autem.ff.de aqua quotidiana & æſtiua. Ita etiam dicit Barto. in dicta.l.Celſus.& Anto. de Butri.& Ioan.de Imola, in capit.licet cauſam. de probatio.

Additio.

¶ Vbi omnino vide Felin.in verſicu. iij.cauſa.vbi etiam qualiter in probãda poſſeſsione articuletur.& adde domi.Alexand.de Imo.in conſilio.lxxij. in prima parte. vbi quomodo probetur poſſeſsio per teſtes deponentes de cætero tempore, & per alios deponẽtes de alio tempore. B. Vadus.

¶ Si autem teſtes dicant, quòd talis poſſedit à decem annis, vel circa: tũc non eſt probata poſſeſsio ad decẽ annos: & per conſequens præſcriptio nõ eſt probata: quia teſtes intelliguntur deponere de poſſeſsione, vſque ad tempus in quo teſtificatur: quo caſu euenit, quòd præſcriptio fuit interrupta per litem cõteſtatam: vt in.l.more.C. de rei vendi. Ita tenet Barto. in dicta lege Celſus.& Antonius de Butri. quẽ ſequitur Ioannes de Imol. in capitu. licet. Illa enim verba adiecta plus &c. parum, vel nihil operantur: ſed teſtis debet dicere, Titius poſſedit per decem annos finitos ante litem inceptam: ſecundum docto. vbi ſupra. bona autẽ practica eſt, quòd dicat, quòd talis poſſedit à. x. annis, & per totum illud tempus finitum ante litem incæptam. Si autem diceret, quòd poſſedit. xiiij. annis elapſis, ſufficeret: ſi cauſa non duraſſet vltra quadriennium.

Attende etiam ad vnum aliud, quod tibi videbitur mirabile, quod non poteſt probari præſcriptio decem annorum, dato etiã quod eſſet probatus titulus, bona fides, continuata poſſeſsio: niſi probetur quòd ambæ partes fuerint præſentes in toto iſto tempore: id eſt, quòd habuerint domicilium in iſto loco, in quo agitatur iudicium. Iſtud eſt dictum ſingulare. Iaco. Butri. in.l. fina.C.de præſcriptio.longi temporis. quam ſequitur Angel. in.l. præallega. & eſt ratio huius dicti, quia cum lex requirat præſcriptionem.x.annorum: poſſeſsionem continuam inter præſentes requiritur enim quòd ille qui ſe fundauit ex præſcriptione tali. x. anno. inter præſentes, probet fundamentum ſuum: ſcilicet poſſeſsionem continuam inter præſentes, id eſt, quòd iſte & conuentus toto illo tẽpore habuerũt domiciliũ in iſto loco, in quo agitur iudicium: ita intelligitur inter præſentes: vt eſt tex. in.l.fin.C.de pręſcript.lon.tempo.& preſentia cũ ſit facti, nõ pręſumit, ergo probari debet. vt

in l.libello.in §.facti.ff.de capti.& ideò ille qui allegat præscriptionem, debet probare præsentiam: aliàs nihil facit, & sunt pauci qui hoc considerant. Et sic ex omnibus istis habetis, qualiter probetur dominium, mediante præscriptione. Alium etiam modum probandi dominium tradit Barto.in l.rem quæ nobis.ff.de acquiren.possessio. hoc modo, quòd tempore quo acquisiuit possessionem talis rei, illa res erat in nullius bonis, quo probato succedit dispositio iuris dictàtis, quod id quòd in nullius bonis est, occupanti conceditur vt in l.j. in princip.ff.de acquiren. possessio.

Sed quomodo probabitur, quod illa res non fuerit in bonis alicuius? dic quòd in aliquibus probabitur ex natura ipsius rei, veluti, in lapillis & gemmis in littore maris repertis: quia clarum est talia, in nullius bonis esse, vt in dicta l.j.in princip.ff.de acquiren. possessio. In aliis autem rebus, quæ sunt de natura sui in bonis alicuius, difficilior erit probatio: tamen modus adhibetur, scilicet si quis fecerit fieri proclamationem, scilicet si quis vult dicere se possidere talem fundum tempore quo contrauentus, vel agens apprehenderit istum fundum compareat infra tres. alioqui &c.certè nullo cōparente infrà illum terminum, apparet illam rem esse in bonis nullius: & ita pulcherrimè tradit Bar.in l.præallegata. Alios modos probandi possessionem habetis per totum tit.institu.de rerum diui.& sufficit textualia ibi videre, sed vt plurimū in iudicils versatur probatio dominii, quæ est frequentissima. Ideò volui illam plenius attingere: hæc satis quod ad probationem dominii. Circa præmissa cadit vnum notabile dictum Barto.in l.Celsus. ff. de vsuc. quem sequitur Bald.in l.iudicia.C.de rei vend.qui dicit, quòd si pater meus emit quēdam fundum, & longo tempore possedi: puta per.xx.annos, vel per quadraginta: & posteà perdita fuerunt instrumenta tituli emptionis, puta, quia ciuitas fuit saccomanata, vel domus incendio combusta: si mouetur mihi controuersia de isto fundo empto, & velim probare præscriptionem, quia non possum probare titulum: sufficit allegare & probare me audiuisse à patre meo se emisse talem fundum à tali, & quòd de hoc publica vox & fama est: & probare famam esse de hoc sufficiet, propter titulum putatiuum, & iustam credulitatem, quæ sufficit ad famam vt in l.cùm quidam.in §. quod dicitur.ff.de acqui.hære. & nimirum, quia dictum vnius nobilis hominis inducit iustam credulitatem.

Additio.

¶ Adde Pari.de Pu.in tract.synd.'in versi.an potestas.& Io.an.in c. vt circa. de elect.in vj.in not.Adde Pau.de Cast.ita tenentem in l.admonendi.ff.de iureiu. & in l.Lucius.ff.de his qui not. infa. in suis recol.florentinis.quem ad hoc allegat.& sequitur Hippo.de Marsil.singu. suo cxiij.incip.vulgatum.& de hoc dixi tenendo hanc opin. licet quidā teneant contrarium, in cap, licet numero. octauo.in apost.in versic.not. de singularitate infra de test.Celsus.

¶ Multomagis fama. gloss.est singul. in l.Titio fundus.ff.de conditio.& demonstratio. hæc verba sunt menti tenenda, qui

quibus habetis casum in quo etiam nō probato verò titulo,sed probata fama, quod talis emit &c. probato etiā quod audiui à patre meo emisse ipsum &c.habetur loco tituli.quod intelligite probata etiam possessione,sufficiēter ad prę-scriptionem & reliquis ad præscriptionem requisitis necessariò incidenter.

95 Nunc quæro,† nunquid ex possessione præsumatur dominium. Hæc quæstio est vtilis, quia si ex possessione præsumitur dominium,quotiescunque dominium deducitur in iudicium, si probetur possessio, præsumitur quod possidens sit dominus, & non erit necesse aliquid probare de dominio: sed transfertur onus probandi in aduersarium.

Circa hunc articulum breuiter dic.Interdum dominium deducitur in iudicium per modum contradictionis, interdum per modum petitionis. Si per modum contradictionis:& tunc, aut in iudicio summario,aut in ordinario. Si in summario, & tunc ex possessione præsumitur dominium, vt in l. à diuo pio.§.si super rebus.ff.de re iudi.& in l. ob meritorum. C. ne vxor pro marito. Declaro qualiter deducatur dominium in iudicium per viam contradictionis. Ecce,lata est sententia per iudicem in possessorio,fit executio in bonis immobilibus:venit tertia persona & comparet,& sic dicit,Domine iudex, non potestis facere executionem in tali fundo quia spectat ad me iure dominii. Nam tunc non auditur illa tertia persona in illo iudicio summario.Hæc est pulchra decisio Petr.de Bellaperti. quem sequitur Cyn. in l. ob meritorum. suprà allegat. Interdum dominium deducitur per viam contradictionis in iudicio ordinario,& tunc ex possessione non præsumitur dominium, vt in l. præses. C. ad legem Fauiam de plagiariis.Exemplum, quis intentat Publicianam contra Titium pro certo fundo, dicens illum fundum ad se spectare iure communis dominii,vel quasi:quia ipse emit à non domino bona fide &c.Titius cōparet & dicit,istum fundum esse suum, & ad eum spectare ratione veri dominii.certè debebit iste Titius probare verum dominium, nec sufficit probare possessionem: probato igitur dominio vero, obtinet contra intentantem publicianam:vt in l.prædicta. ff.de publ. Secundo casu principaliter quæritur, quando deducitur in iudicium per viā petitionis:& tunc aut principaliter deducitur,& tunc ex possessione non præsumitur dominium. Imò opus est quòd probetur dominium per veras probationes,secundum quod hæri dixi, vt in l.indicia.C.de rei vendi.exemplum. Si ago rei vendic.dicens aliquam rem esse meam.Ecce quòd dominium deducitur in iudicium per viam petitionis, & principaliter certè ex possessione non præsumitur dominium.Aut dominium deducitur in iudicium per viam petitionis in consequentiam tamen,& tunc ex possessione præsumitur dominium: vt lege prima. ff. familiæ hercíscun. & in lege sicut.§.si quęratur.ff.si ser. vendicet. cum sua gloss. Exemplum, nam debetis scire,quòd ille qui dicit sibi deberi aliquam seruitutem in prædio suo oportet quod sit dominus illius rei: cui dicit deberi seruitutem aliâs nullam potest prætendere seruitutem: vt est text.

in lege tertia. §. hæc autem actio. ff. si serui. vendicce. Pone ergo intentio confessoria quæ competit pro seruitute vt in §. curare institutio. de actio. & dico, quòd tua domus debet seruitutem meæ scilicet vt non altius tollatur, principaliter enim in iudicium deducitur, quòd tua domus debet seruitutem meæ in cō sequentiam deducitur dominium, videlicet quòd domus cui dico deberi seruitutem, est mea, certè sum in quasi possessione seruitutis: si probo, quòd possideo domum: dico deberi seruitutem, non præsumitur dominium, nec habeo necesse aliter probare de dominio. Ita vult glossa in dicto. §. sed si quæratur. aliud exemplum in l. prima. ff. familiæ herciscun. Ecce, si cohæredes, vel duo socii alicuius rei communis possint simul hæreditatem, vel rem communem: vel vnus agat contra alium familiæ herciscundæ, vel communi diuidundo, & conuentus dicat socium agentem, non esse hæredem, vel non habere aliquam partem dominii in re quæ dicitur communis: eo ipso quòd actor probat se possidere pro parte sua, pro indiuiso præsumitur dominus: nec habet necesse aliter probare de dominio, vt probatur in dicta lege prima. Ex his omnibus habetis, qualiter debet intelligi illud quod quotidie dicitur, ex possessione præsumitur dominium, & sic habetis hanc doctrinam perfectam quā ita tradit Bal. in l. indicia. C. de rei vendica. & Barto. in l. quidam in suo. ff. de condi. indebit. Ex his etiam habetis, qualiter debet intelligi illa gloss. in dicta l. quidam in suo, quæ dicit, quòd ex possessione quis præsumitur dominus. Nam non est ita indistinctè verum. sed debet intelligi, vt suprà conclusum est. Attende tamen ad vnum notabile verbum Bal. quòd quotiescunq; ex forma iuris cōmunis, vel statuti dicitur quod ex possessione quis præsumatur dominus debet intelligi ex possessione, scilicet de præsenti. ita dicit singulariter Bald. in l. prima. C. de ser. fug. Vltra
96 prædicta quæro, † qualiter probetur quis furiosus.

Additio.

¶ Vide do. Alex. de Imo. in consil. lxiij. per totum. in j. parte. & in consil. lxxxv. in ij. parte. vbi ponit de contractu facto cum eo, an præsumatur factus in fauorem. & in consil. lxxxvj. in ea. parte. & Franc. Aret. in l. in eo de testa. & quod ibi dixi, in apostil. De quo per Barto. in l. is qui. §. diuus. nume. j. & quod ibi posui in addi. ad ipsum, in versi. sanæ mentis. post Alexan. ff. de tuto. & cu. da. ab his. & in l. seruo. §. ineptas in apostil. in eo. ver. ff. de lega. j. B. Vad.

¶ Ista enim affirmatiua, Titius est furiosus: habet in se implicitam negatiuam: vt videlicet Titius non est sanæ mentis: secundum gloss. in c. fin. de successio. ab intesta. & breuiter circa hunc passum dic, quòd quem esse furiosum, vel sanæ mentis: prouenit ex mente & ex interioribus, quæ soli deo notissima sunt, & non homini: vt in l. & quia. ff. de interrogator. actio. licet intrinseca nequeant sciri, per se, tamen per exteriora demonstrantur vt in. §. gallinarū. in stit. de re. diui. Et ideò quem esse furiosum, probatur ex extrinsecis, vt ex factis, quæ non contingunt homini sanę men

mentis veluti si quis proiiceret lapides per plateam, vel quia clamaret per ecclesiam præsente populo, vel ex similibus actibus potest deprehendi quem esse furiosum: iste est tex. in l. quidam in suo. ff. de condi. institu. Item præsumitur quem esse sanæ mentis, vel furiosum ex verbis per ipsum prolatis: vt in l. his qui in ea. §. diuus. ff. de tuto. vel cura. da. ab his & ideò si verba proferantur quæ non proferrentur per homines compotes mentis, talis censeretur furiosus vt in d. §. diuus. Nota tamen quòd quem esse furiosum, debet probari fuisse talis illo tempore contractus, de quo agitur: tamen si quis probasset aliquem esse furiosum vno tempore, etiam ante contractũ de quo agitur, sufficeret adeò quòd oportet aduersariũ probare, quòd tempore contractus erat sanæ mentis: vt est glo. sing. in c. fi. de succes. ab intesta. & est ratio vltra illam glo. quia voluntas præsumitur continuata: vt in l. qui cum tacitum. ff. de proba. & in l. Lucius. ff. de legat. ij. Sed cùm iste probatus sit furiosus, ante contractum: præsumitur quòd voluntas furore plena & inspicienda continetur in futurum, per iura suprà allegat. Et ideò allegans ipsum sanæ mentis, debet probare, quia præsumptio iuris est contra ipsum videlicet quòd sit furiosus. Sed si vnus diceret aliquem esse furiosum vel fuisse, aduersa pars diceret eum sanæ mentis, & fuisse adinuicem contenderent de probando. probatio incumbit allegan ti illum esse furiosum: casus est in l. nec
97 codicillos. C. de codicil. † Quæritur vltra prædicta, qualiter probetur communis vsus vtendi, & communis vsus intelligendi? Circa primum dic pro euidentia, quod vt dicatur communis vsus loquendi, requiritur quod talis vsus durauerit per. x. annos. & idem in communi vsu vtendi, & ita intelligendi, vt est gloss. singu. secundum Bart. in l. Labeo. ff. de supel. lega. quam ibi sequitur Bar. & Bal. in l. omnes dies festos. C. de feriis. Probabitur enim hoc modo, communis vsus loquendi est, & fuit à. x. annis, & citra. & per ipsum tempus in loco vbi sunt litigantes, vel in alio loco, de quo agitur, quòd aduocati vocantur & nominantur, & iudices iurisperiti & non alii testes tunc producti super tali capitulo. dicens contenta fore vera. Interrogatur quomodo scit prædicta, respondet, quia à x. annis & citra, & per illud tempus audiuit dici communiter ab omnibus dicentibus de hac materia, in loco isto puta Cremæ, vbi sunt contrahentes & vbi litigant. Oportet enim quod testis concludat de tempore. x. annorum: quia aliàs non esset communis vsus loquendi. Item quòd communis modus loquendi est in loco, vbi contrahentes, vt in l. minus sunt. ff. de lega. iij. & in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. j. Si testis autem diceret scio: quia ita communiter dicitur. tunc nihil probat: secundum Bar. verumtamen si testis in ratione sui dicti non replicet tempus x. annorum, nihilominus dictũ eius valebi: quia tempus expræssum in dicto, intelligitur repetitum in ratione sui dicti secundum Barto. & ideò si testis dicat contenta in capitulo fore vera, interrogatus quomodo scit respõdet quia communiter audiuit dici ab omnibus loquentibus de hac materia: & li

& licet non dicat ꝙ audiuit à.x. annis & citra,& per ipsum tempus: tamen valet. quia intelligitur repetitũ, aliàs redderetur eius dictum vanum, quod non est præsumendum maxima enim est vis communis vsus loquendi, quia derogat propriæ verborũ significationi.

Additio.

¶ Adde Pe.de Anchi.in cõsi.ccccclxxxiij.incipi.apud me ista quæstio.& in cõsil.cccxxxiij.& do.Pet.Philip.Corn. in consil.lxxviij.incip.quia in litera.c. in ij.parte. Et adde.ꝙ ad cognoscendũ cõmunem vsum loquendi, attenditur maior pars ciuitatis, vel loci: secundũ Abba.in c.ex parte.ĩ.de censi.propter glo. ibi.in ver.primo casu. Et adde ꝙ ille q allegat communem vsum loquendi, habet ipsum probare:& difficile est: secũdùm Ioan.de Ana.in c.vno.ĩ.de sagit. & Paul.de Cast.in consil.ccxciij. incipit.supposito quodam statuto: qualiter autem testis deponere debeat, de communi vsu loquendi: vide Fran.Arc. in consil.xxij.& Rap.cu.in consi.vij.& vide etiam do.Alexan.de. Imo.in consil. lxxxij.in.j.parte. Et adde quòd communis vsus loquendi non est propria significatio. Et ideò quando statutum diceret quòd verba debeant intelligi.secundùm propriam significationem: non attenditur communis vsus loquendi: vt nota.Ro.in consi.ccccxxxvij.incip.cõmunis doctrina, pro qua materia vide quæ habẽtur.s.in parte per Fe.& alios. de communi vsu loquendi, qualiter probetur. Adde vltra hic deducta, vnde per Bart.in l.Labeo.nu.iij.versi.& hoc est vtile scire, vbi dixi, apostil.ad ipsum.in ver.communi vsu loquendi.ff.de supel.lega.dixi post Bald.in l.omnes. nume.ij.ver.qualiter autem formari debet articulus.in apo.in ver.reddere causa scientiæ.C.de fer.dixi post Pañ.in.c. capellanus.nu.j.in ver.secundùm communem vsum.ĩ.de fer.not.Feli.in proe.decre.ver.ij.not.quòd ad probandum, & Tho. Ferra.in suo tract.cautelarum. cau.lij.incipi.tu habes quòd communis opinio.Celsus.

¶ Quia magis attenditur communis vsus loquendi, quàm propria verborũ significatio.text.est in l.liberorum. §. quod tamen.ff.de leg.iij.ita not. Barto. in rubr.ff.de no.ope.nun. Hinc est ꝙ appellatione aduocati, continetur procurator: vt in l.j.§.aduocatos.ff.de var. & extraor.cog. Tamen quia communis vsus loquendi ita se habet quòd solùm iurisperiti allegantes in iure, dicũtur aduocati: alii aut ignari, legum, proponentes simpliciter factum, nominantur procuratores:& ideò si terminus, aduocatus, reperiatur in statutis, vel in decretis: non intelligitur procurator: quia communis vsus loquendi se habet in oppositum. Eodem modo communis vsus loquendi introducitur per spaciũ decem annorum: vt suprà dixi.& eodem modo, quando probatur communis vsus intelligendi. potest poni exemplum in quæstione, quam habui de facto. Communis vsus loquendi in terra. Ingeriæ est, quòd appellatione libræ simpliciter probatæ, intelligitur de libra terræ Ingillorum, non imperialiũ. Modò accidit quòd quidam promisit alicui viginti libras, creditor petit.vj. libras. ipse promissor dicit quòd debet dare

dare viginti libras terræ Ingillorum: quia communis vsus intelligẽdi est in terra Ingerii,ꝙ intelligitur libra terræ Ingillorum: vnde capitulatum fuit hoc modo,in terra Ingerij communis vsus loquendi fuit,& est à.x.annis citra, per totum illud tempus,quòd quando nominatur libra simpliciter, quilibet de libra loquens intelligitur de libra terrę ingillorum.testes producti dicunt contenta in capitulo fore vera,& sciũt quia à.x.annis & citra & per ipsum tẽpus audiuerunt à quocunque loquente de libra in terra Ingeriæ,intelligere de libra terræ Ingillorũ.& hoc modo probatur & in omnibus & per omnia Dic de communi vsu vtendi,vt probatum est,de communi vsu intelligendi &c. hanc doctrinam tradit Barto.in l. Labeo.ff.de supel.lega.& Bald.in l.omnes dies festos. C. de fer. Subsequenter
98 quæritur,† qualiter probetur filiatio.

Additio.

¶Quomodo autem,& qualiter probatur: vide Feli.in c.per tuas.in.j.not. suprà,eo.& do.Alex.de Imo.in consil.lj. in.j.parte & in consil.lxxiiij.per totum in.ij.parte.& in consil.xxv.in.iiij.parte.vbi quæ probatio sufficiat.& an fama sufficiat:de hoc vide Collec.in al leg.c.per tuas.nume.iij.& quod ibi posui in addi.ad ipsum.in ver.probatur filiatio.dixi post Panor.in c.intelleximus.numero.vij.in versi. filium mariti.infrà de adulte.dixi Post gloss.in l. Lucius.in versicul.per coniecturas.posita,super gloss.in versicul.nullius.ff.de condition.& demonstration.& ibi dixi in apost.ad Bartolum in versicul.filiatio non potest plenè probari.& in l.nõ nudis.post eundem Bartolum in prima lectu.numero primo.in versicu.est cautela.C.de probatio.dixi post Bald.in l. neque natales numero quarto in apostil.in versic.filiatio,post Barto.C.eodẽ titu.Celsus.

¶Dic quòd quem esse filium matris directè & necessariò potest probari: videlicet per matronas, quæ interfuerunt eius natiuitati. Filiatio autem quo ad patrem,non potest directè,neque necessariò vllo modo probari.gloss. est singul.in l.prima.ff.de proba.text.est etiã, l.Lucius.ff.de conditio.& demonstrat. Tamen hoc casu sufficit præsumptiua probatio.quæ potest dupliciter haberi in probatione filiationis probandæ: scilicet quasi possessionem filiationis: videlicet quòd Petr.& Barto.talem suum filium nominabatur,tractabant & reputabant:& sic tractabitur, nominabitur, & reputabitur per cognoscentes eum. Hoc modo probabitur quasi possessio filiationis.Proximitas filiatiõis hoc modo,quòd talis natus in domo Petri sciẽtibus vicinis,& quòd Petr.& Bart sunt maritus & vxor.Isti modi probandi filiationem ponũtur in gl.in c.Michaël. de filiis præsbyt. probantur etiam per l.filium.ff.de his qui sunt sui,vel alie. iur.& per l.si vicinus.C.de nuptiis.Cõfessio matris asserentis talem esse filiũ suum,vel attestantis de ætate,non probat:nisi quò ad aliqualem præsumptionem faciendam iudici.gloss. ęst singu. in leg.ecclesiæ.ff.de probatio. Nota quòd vbi quis:probatus est esse filius vnius,probando quasi possessionem filiationis,per alium probatur filius alterius,

rius.per probationem proximitatis.ꝙ probatio de proximitate præferatur: vt in c.cùm dilectus.de causa pos.& proprie. Vnum etiam attende, quòd quasi possessio filiationis, respectu filii legitimi probatur eodem modo, quo quasi possessio legiti.gloss.est singula.in c. Michaël.suprà allega.Et probatur eodem modo proprietas filiationis illegitimæ: videlicet hoc modo, quòd Petrus tenebat Bertam in domo sua pro concubina,& natus est talis in domo sua, scientibus vicinis.Item quòd ita tractabatur & reputabatur: vt suprà dixi de filio legitimo.& iste est modus probandi filiationem,& sufficit: tamen potest probari contrarium: vt voluit glos.in d.c.Michaël. Item est not.quòd sicut est dare quasi possessionem filiationis, ita est dare quasi possessionem fraternitatis.gloss.est singu.in l.non nudus. C.de probatio. Subsequenter est vi-
99 dendum, † qualiter probetur affinitas, & consanguinitas: dic ꝙ probatur per duos testes saltim, qui sint personæ graues,& deponentes de auditu, quòd audiuerint ab antiquioribus suis tales de quibus agitur, esse affines in tali gradu.& debent subiicere, quòd etiam ipsi testes credunt hoc.Item debent subiicere, quòd viderunt saltem personas aliquas, ex vtroque latere affines esse,& esse in tali gradu: & sic saltem per suam scientiam de vsu debent deponere & specificare nominatim personas de vtroque latere. De aliis autem gradibus, sufficit deponere de auditu: dummodò persone à quibus audiuerunt, sint personæ graues. Hæc omnia probantur, in capitul.licet ex quadam.infrà de testib. Declaro, Dicit statutum quòd masculus in successione,& agnati infra quartum gradum, præferantur omnibus mulieribus ascendentibus: contingit quòd quæstio est inter agnatum & vnam mulierem, de quadam successione: quia dicit agnatus se debere præferri in successione, quia in quarto gradu.mulier autem negat hoc. qualiter probabitur consanguinitas & affinitas? certè probabitur hoc modo, ponendo duos fratres in primo gradu: quia de iure canonico computatio incipit à fratribus,& constituit vnum gradum tantùm & primum: ita quoòd stipes, scilicet pater illorum fratrum, non connumeretur in gradu. textus est in capitul.series.infrà de testibus. de iure autem ciuili non connumeratur similiter stipes pro primo gradu. ita nota. docto.iuris ciuilis, in lege prima.C. de Carbonia. edict.de qua materia plenè dixi, in §. affinitatis. instituta de nuptiis.& hoc est generaliter verum, quòd quando in connumeratione graduum recurritur ad stipitem, nunquàm stipes comparatur in gradu.gloss. est singularis, in lege iurisconsultus.in principio.ff.de gradi.& est gloss.magistra. & hoc tam de iure ciuili, quàm etiam canonico: vt etiam vult gloss.in dicto capitu.series.dicitur posteà, ponuntur filii filiorum duorum fratrum, vel etiã filiæ in secundo gradu.& sic successiuè discurremus per alios gradus,& testes dicant hoc modo. Petrus & Martinus fuerunt fratres. ecce primus gradus. Item ex Petro natus est Ioan.sibi filius. ex Martino natus est Albertus.ecce secundus gradus.ex Ioanne natus est Titius

tius sibi filius:ex Alberto natus est Se-
ius sibi filius.ecce tertius gradus.ex Ti
tio natus est Gaius sibi filius,ex Seio na
tus est Sempronius,sibi filius.ecce quar
tus gradus.unde si mortuus est Gaius
relicta matre superstite,dicto Sempro-
nio qui est in quarto gradu ipsi Gaio
stante dicto statuto,Sempronius ad hæ
reditatem admittitur, postmodùm te-
stes dicunt.& ita dicti Petrus & Marti-
nus reputabantur fratres,& nominabũ
tur &c.& sic debent etiam nominatim
dicere de aliis personis, quæ sunt in
aliis gradibus positæ: & postmodùm
subiicere debent.Item dicti Ioannes.&
Albert.erant in secundo gradu .& sic
consobrini erant,& ab omnibus repu-
tabantur & tractabantur sic:& nos eos
vidimus,vel deponant de visu de vno
alio gradu specificando personas ex
vtroque latere.vt in capit.licet ex qua
100 dam. Et notandum, † quòd testes
qui deponunt de auditu super affinita-
te,debent esse graues personæ:aliàs nõ
admittuntur ad testificandum de audi
tu:vt in d.c.licet ex quadam.& dicun-
tur personæ graues non solum perso-
næ positæ in dignitate: sed quælibet
personæ antiquiores & bonæ opinio-
nis & famæ:vt notat gloss.in dicto ca-
101 pitulo licet ex quadam. † Quæro
vltra prædicta,qualiter probetur mors
alicuius.

Additio.

¶ Vide.Fel.in capitu.quoniam. § . por-
rò.vt lit . on contesta.in fin.& in con-
silio quarto in secunda par e & in con-
sil.vigesimoquinto in quarta parte&
in consilio centesimovigesimoprimo
eadem parte. Adde plenè per Anto-
nium Corcetum singularibus suis sin-
gulari duodecimo in versiculo mors.
Dixi de his post Collectarium in capi-
tulo in præsentia numero primo ver-
siculo sed qualiter probabitur in apo-
stilis in eodem versiculo de sponsa-
libus & ibi dixi in apostilis ad Panor-
mitanum in versiculo sola fama.nume
ro sexto & in capitulo quoniam frequẽ
ter.§.porrò numero secundo in versi-
culo certitudinaliter. vt lite pendente,
nihil innouetur dixi in super post Bar-
tolum in lege si quidem.in fine in apo-
stilis in versiculo per famam.C . solu-
to matrimonio.& post Rebuffium in le
ge quòd ad pręsens nu.ij.in apo.in ver.
in exercitu.C.de murileg.li.xj.B . vad.

¶ Dic quòd si tractatur de maximo præ
iudicio,& irrecuperabili:puta,est quæ-
stio de homicidio,& quæritur quis oc-
ciderit:tunc debet plenè probari per te
stes:vt in l.inde Neratius.§.fin . cum l.
sequen.ff.ad leg.Aquil.Interdum tra-
ctatur de præiudicio famæ,& status in
probatione mortis:& tunc debet adhi-
beri alia probatio,de quo,in authentic.
hodie.C.de repu. Quandoq; tractat̃
de modico præiudicio:puta de aliquo
damno recuperabili,& tũc sufficit pro
bare mortem per famam , vel per alia
indicia:istud est quòd hodie vidimus
fieri per statuta,dicentia sufficere pro-
bare mortem de voce & fama Inter-
dum tractatur de leuissimo præiudi-
cio:& tũc stat̃ iuramẽto: secũdũ docto.
& Bar.in l.ij.§.si dubitat̃.quẽadmo. te-
sta.ape.Idẽ in l.si qdã.C.sol.ma . & ibi
etiã per alios. Quæro finaliter, qua-
liter probetur negligentia alicuius?

Additio.

¶Vide Felin.in c.si autem.suprà,de re-
scrip.B.Vadus.

¶Dic breuiter, quòd si aliquis tenebatur ad aliquod factum limitatum certo loco & tempore: probato quòd id non fecerit, probata est negligentia: iste est text.in.l.iij.§.si ad idem.ff.de re milita. Ecce, aliquis colonus cōduxit aliquam possessionem per quinque annos, & in istis quinque annis debebat alleuare vites,& hoc non fecit propter suam negligentiam: & hîc probata est,sua negligentia. Si autem tenetur ad aliquod factum in genere non limitatum certo loco & tempore: & tunc diuersi sunt modi probandi negligentiam: sicut facta sunt diuersa: & debet probari tale quid, quo probato negligentia iudicatur. Ecce, iudeus habet multa pignora in domo sua:inter quæ sunt aliqua vestimenta, quæ sunt corrosa à tineis, quæ vocantur vulgariter tarine:eoipso quòd probatur quòd iste iudeus nunquàm fecit schurlire dicta vestimenta, neque poni ad solem:vt moris est,probata est negligentia. Sed ad obuiandum negligentiæ, siue eius probationi, debet probari diligentia. & hoc modo ille cui imputatur negligentia, obtinebit. & ideò si in casu prædicto dictus iudeus probaret dicta vestimenta se pluries ad solem posuisse, & schurlire fecisse: ac etiam in loco congruo, probata foret diligentia: & sic de singulis est dicendum,prout sunt diuersa facta.

Sciendum est tamen, quòd vbi testes producuntur super negligentia, & dicunt talem fuisse negligentē,& fuisse in negligentia: & non reddunt rationem sui dicti,eius dictum nihil probat: secundum Barto.qui ita not.in l.hæredes palam. in princip.ff.de testib. Sed idem tenet in quodam suo consilio, quod incipit. charissime domine, isti. Et est ratio:secundum eum,quia negligentia est quædam priuatio, & quædam negatiua. cùm negligentia nihil aliud sit, quàm priuatio diligentiæ. Et negatiua non potest probari, nisi coartata loco,vel tempore: vt not.in.c.cùm ecclesia sutrina.de causa possessionis & proprietatis.

Additio.

¶Tu vide de hoc. suprà eod.in princi. huius tract.seu repetit.huius c.nume. tertio.& ibi posui.in additio.ad ipsum. versicu. corporis. in versicu. falsarius. Celsus.

¶Item testes debent deponere de his, quæ percipiuntur per sensum corporis: vt in l.testium. C.de testibus. Istud autem dicere, quòd quis fuit negligens, non cadit in sensum testis: ita dicit Bartolus.in dicto suo consilio: posset etiam discurri ad singulos modos probandos singula facta in litibus quotidie emergentia. Sed esset nimis longum enarrare: cùm plura sint negotia, quàm vocabula: vt in l.quoties. ff.de præscript.ver. Si quis tamen studuerit diligenter hanc materiam,per se traditam feliciter,cognoscet qualiter quodlibet factum venit probandum &c.

CAP.

✠ CAP. IX.

DE INSTRVMENTORVM PRODVCTIONE.

SVMMA CAPITA.

1 Instrumentum.† { a. Publicum. b. Priuatum.

Pvblicvm dicitur, etiam si à priuato scriptum sit: modò iudicis autoritate. Tunc nō minus tribuimus, quàm si à tabellario scriptum esset. Qui tamē in iudicio præferendus est, c. quoniam contra. de probat. Aliud videamus.

2 Tabulæ † falsi arguuntur. {
a. Ex dictis, vel tacitis.
b. Ipso facto.
c. Vbi non sunt testes scripti.
d. Vbi prænomina, diuersis scripturis annotata sunt.
e. Vbi alienum character.
f. Vbi aduersantur.
g. Vbi annus deficit.
h. Impetratis literis pendente appellatione.
i. Si sine iussu domini impetrentur.
k. Ob corruptum sermonem.
l. Ob quamlibet suspictionis notā.

a Ex[a] dictis, vel tacitis: falsam scripturā conijcimus idque dupliciter. A quibusdā enim maliciosè, ab aliis verò ignorāter, quod res est tacetur. quos omni literarum commodo carere oportet. xxv. q. ij. c. & si legibus. In hunc igitur modū inter eos qui per fraudē, vel maliciā: & illos qui per simplicitatem, vel ignauiam falsas literas scribunt, distinguendum est. Vt hi qui priori modo falsitatē exprimunt, vel supprimunt veritatem, nullum ex his literis commodum cōsequantur. l. si quis obrepserit. ff. ad leg. Cornel. de fal.

b [b]Ipso facto. vt si charta fracta, immutatáue fuerit. Qui in corporalē pœnam minimè incidit, sed à suo ordine degradatur. c. ad falsarium. extra de cri. fal. Qui verò falsam scripturam edit, non solùm deponitur, verùm etiam curiæ tradi solet. c. ad falsarium. extrà eo.

c [c]Vbi non sunt testes scripti, tabulas falsas

falsas putamus.c.j.extra de procur.

d [d]VBI prænomina,diuersis scripturis annotata sunt,id est,vbi subscriptiones à diuersis factæ sunt:tabulæ suam puritatem non retinent. c.cùm olim.ij.§. distinguentes.extrà de priuil.

e [e]VBI alienũ character est.i.vbi alieno signatæ fuerint sigillo : perinde habentur,ac si fractæ essent. c.inter. §.sed cõtra.extra de testi.c.significauit.extra de appel.l.licet.de crimi.fal.

f [f]VBI aduersantur tabulæ, nullã fidẽ faciunt.l.scripturæ.C.de fi.instr.Eique imputãdũ est,qui cõtrarias inter se scripturas in iudicio ꝓtulerit,sibi fidẽ inuicẽ derogãtes.c.imputari.ext.de fi.instr.

g [g]SI annus deficit.§.sed contra. c.inter.extrà de testib.

h [h]IMPETRATIS literis pẽdente appellatione.c.causam.ij.extrà de testib.

i [i]SI sine iussu dñi impetrent.Sunt em̃ qui vt sopitas possint suscitare q̃relas, vel nouas immittere q̃ões,fingũt causas sup q̃bus,l̃ras impetrãt q̃ meritò in falsi pœnã incidũt.c.nulli.ext.de rescr.

k [k]OB corruptum sermonẽ. Ideóq́ue si oratio nec caput,nec pedes habeat:falsas tabulas credimus. c.ad audientiã.e.

l OB quamlibet suspicionis notã. c.licet.cum glo.extra de cri.fal.l.iubemus. C.de probat.Contra quos falsi agimus multipliciter.

3 Falsi † agitur.
- a. Criminaliter.
- b. Per actionem in factum.
- c. Per exceptionem.

4 SI † ex falsis instrumẽtis trãsactiones, vel pactiones initæ fuerint: quãuis iusiurãdũ sup his, interpositũ sit,tñ cùm falsum esse cõstat,in pristinũ statũ restituẽda sunt ea,quæ falso instrũo cõposita,cõuicta fuerint,aliis capitulis firmis manẽtib[*].l.pe.C.de trãs. CRIMINALITER. Vt per ac.legis Corneliæ,de fal.Cui[*] pœna est deportatio,& publicatio bonorũ.Seru[*] verò vltimo supplicio afficit̃.l.j.§.fi.ff.de fal. PER actionẽ in factũ.Vt qui noĩe prætoris literas falsas edidit.Is enim p leg. Cor.pœnali actione in factũ tenet̃.l.q noĩe. ff.ad.l.Cor.de fal. Ro.fin.cccxiij. PER exceptionem. Vt si actor agat ex trãsactione facta ob falsa instrumẽta,& reus excipiat ex trãsactione inita ex falsis instrumẽtis.Hęc sunt quę meritò ad instrumentorũ materiã præfaciẽda videbãtur.Quã ob eam rẽ,vt opinor,post

5 tit.de testib.Lanfr.prosequitur.† q̃ testiũ appellatio,etiã instrumẽta amplecti videat̃.xxxiij.q.v.mulierẽ.c.tãta.de simo. IACOBVS BONIOVR.



PVLCHRA materia est nũnc tractãda,videlicet,de fide instrumentorum adhibenda:quæ non minus vtilis est, neque minus quotidiana, quàm sit materia de testibus, suprà proximè

6 tractata:† & quia cognitio specierũ,debet præcedere cognitionem generis:vt in l.j.ff.si cer.pet.Antequàm de viribus instrumentorum dicatur,videndum est

7 prius † quid contineatur appellatione instrumentorum.

Additio.

¶ Vide quæ habentur per Feli.in ru-
bri.j.de fide instrumé.Tu vide de hoc
Barto.in.l.admonendi.in fin.& ibi do-
cto.ff.de iureiu.Ioan.de Imo.in rubr.
de fide instrumen.& in pract. Papi.tit.
de instru.versi.exhibens.Cel.
¶ Et primò gl.in.l.notionem.§.instru-
mentorum.ff.de verbo.significa.tenet
quòd propriè,appellatione instrumen
torum, continentur chartæ in quibus
negotia sunt descripta:quæ conficiun-
tur à tabellionibus.

Additio.

¶ Adde tu Ro.sin.suis.nu.cccxlv.in.c.
statuto cauetur.vbi latè tractat,an suf-
ficiat probare per testes,quod per in-
strumenta probandum erat.
¶ Vnde testes propriè non dicũtur in-
strumenta:& secundum hoc,bene facit
diuersitas titulorum positorum in li-
bris iuris canonici,& ciuilis.Nã præ-
mittitur rubrica specialis de testibus:
posteà alia subsequitur,de fide instru-
mentorum:vt fecit Specu.& ita vide-
mus in libris.C.&.ff. veteris. Idem in
libro decretalium,ꝙ appellatione in-
mentorum,continentur omnia:sed Io-
an.Andr.quem sequitur Butrius,in ru
brica,de fide instrumentorum, tenet,
quòd appellatione instrumentorum,
continẽtur omnia,ex quibus construi-
tur causa, & sic continentur etiam te-
stes:quod est verum.Sed Ioã.de Imol.
dicit quòd appellatione instrumento-
rum,continentur etiam testes propriè:
ita dicit ipse in dicta rubri.Secus au-
tem ex forma statutorum secundum

quam inspicitur communis vsus lo-
quendi:vt in.l.librorum.§.quòd tamẽ.
9 ff.de leg.ij.† Nam communis vsus lo-
quendi,derogat proprię,verborum si-
gnificationi:vt not.Bart.in.l.Labeo.ff.
de supel.lega.Nã communis vsus ap-
pellandi est,quòd testes non appellan-
tur instrumenta:imo solum cartæ.Et
hanc sententiã tenuit primo loco Bar-
to.in.l.notionem. §. instrumentorum.
de verbo.significa.Reprobando ibi gl.
hoc ibi etiam tenuit Iaco.But.in.l.j.ff.
10 de fide instrumen.Subijciens †, quòd
pœna apposita in statutis contra pro-
ducentes falsa instrumenta,non habe
bit locum in producente falsos testes,
sed aliter punietur,secundum formam
iuris communis. Est ergo conclusio
vera & tenenda quòd appellatione in-
strumentorum,etiam de propria signi-
ficatione continentur testes.Et est ra-
tio:secundũ Barto.quia significatio vo
cabuli sumitur ex allusione vocabuli:
vt in.l.ligni.de verbo.significa facit ꝙ
habetur in.l.ij.§.appellata.ff.si certum
petatur.& in.l.j.in princip.ff.de acqui.
11 & in.l.j.ff.de testi.† sed allusio & ety-
mologia istius vocabuli,instrumentũ,
est quòd dicitur ab instruo instruis.
quia instruit causam : quia instructio
ita fit per testes,sicut per instrumentũ.
& ita testes æque bene conueniunt vo
cabulo:vt contineantur appellatione
instrumentorũ,sicut & ipse chartæ:vt
suprà dixi. Secunda cõclusio sit ista,
vbi in statuto fit mentio de instrumẽ-
tis,nõ intelligitur de testibus. Ter-
12 tia conclusio,† Si statuto,propria ver
borũ significatio vocabuli facit intelli
gere vnũ,& cõmunis vsus facit intelli-
gere

gere aliud: statutum debet intelligi, nō propria verborum significatiōe attenta, sed secundum communem vsum loquendi. Attende tamen quòd vbi communis vsus loquendi non repugnat, propriæ significationi verborum, vbi non constaret de alio communi vsu loquendi: statutū debet intelligi & eius verba in propria significatiōe, & nō in impropria: vt est tex. in. l. cōstitutionibus. ff. ad muni. & in. l. prospexit. ff. qui & à qui, & in. l. j. §. is q nouē. ff. de exercito. & in. c. ex literis. de spō. & in. l. iii.
13 §. hæc verba. ff. de neg. gestis. † Instrumentū etiam dicitur largo modo ea, quæ sunt necessaria ad fundum: vt voluit glo. in dicto. §. instrumentorum. & in. l. j. ff. de fi. instrumen. Secūdò est
14 videndū †, quotuplex est scriptura probatoria: dic quòd duplex. Quædam est publica, quædam priuata: & sic instrumentum est duplex, quoddā publicum quoddam priuatum. Instrumentū publicum: secundū Innoc. in. c. j. j. de fide instru. dicitur scriptura, quæ plenā facit fidem producta corā iudice, sine alterius adminiculo: vnde tali instrumēto publico producto in iudicio, non est opus q testes in eo descripti producantur: & deponant. nec est opus q tabellio deponat dictum suū: imò mortuis testibus & tabellione, instrumētum facit plænam fidem: vt in. c. ij. de fid. instru. & voluit glo. in. l. ij. princi. ff. quē ad. te. ape. Veruntamen si in dubio verteretur quæstio, vtrum tabellio scripserit tale instrumentum: tunc debet repeti tabellio, vt deponat dictum suū: vtrum descripserit tale instrumentū: & stabitur dicto suo: vt in. l. si quis de-cu. C. de fal. Subijcit etiā Inn. in dicto. c. j. quòd instrumenta confecta per tabel. & acta iudicialia, dicuntur publica instrumenta. Cæteræ scripturæ censentur priuatæ: secundum eū, nisi consuetudo foret, quòd cæteris instrumentis adhibeatur fides. Nam si de consuetudine fides pena adhibeatur aliqbus scripturis, talis plenā facit fidem: licet non sit per notariū confecta. Casus est in. c. cū dilectus. de fid. instru. Adde etiam, quòd quælibet scriptura, quam persona priuata cōficit manu propria in actis corā iudice, censetur publica, & plenam facit fidem, etiam sine testibus. casus est singu. in. l. ne in arbitris. C. de arbi. in princi. & ibi tenet hoc singu. Bald. Item scriptura quæ assumitur ex archiuo publico, quę habet subscriptionē officialis ibi deputati: puta, ratiocinatoris, plenā facit fidem: dato q non esset notarius: vt in authen. ad hæc. C. de fide instrumen. & ibi hoc tenet Bal. Idē tenet Bar. in authē. si quis. C. qui pot. in pig. habean. & est gl. singula. in. c. cū causam. j. eod. tit. Idē dicēdum est in registro, quod facit plenam fidem: secundū Inn. in. c. j. suprà de procura. dūmodo sint registra apud eos, qui habent autoritatē faciendi autenticam scripturā. aliàs registrū nullā facit fidē: ita tenet Bal. referens, Inno. in authē. si quis in ali. C. de edē. Quæro vlterius, nunquid instrumentum factum à notario, de quo dubitabitur, puta, quia est instrumentū factum in longinquis partibus, facit fidem: licet aliter non constiterit de not. Azo in summa. in authē. de fide. instru. tenet quòd sic: dummodò sit scriptura nō cancel-

lata, neque in aliqua sui parte vitiata: & producens talem scripturam, non sit persona suspecta. Specu. autem in titu lo, de instru. edi. in. §. restat. in versicu. quid si produxit. & Ioan. And. in addi. Specu. super dicto verbo, hæc. dicunt: aut est productũ tale instrumentũ aduersario præsente, & non contradicente, & tunc bene faceret fidem: aut parte absente, & tunc non faceret fidem: nisi cõstaret de notario hoc. Idem tenet Anto. de But. in titu. de fi. instru. & hæc est certissima sententia. † Sed dubiũ stat, qualiter probabitur quem esse notarium? Inno. in. c. fin. de fide instrumẽ. quẽ sequuntur cæteri doct. dicit posse probare notarium per instrumentum creationis: quia apparet instrumentũ, per quod talis creatus est notarius, siue tabellio: sed hoc casu oportet, quòd cõstet de autoritate & potestate creantis tabellionis: poterit etiam probari per testes, qui interfuerũt, quãdo fuit creatus tabellio. Item probatur quem esse notarium, probando quòd fecit plura instrumẽta inter plures personas, quibus est adhibita fides plena. Itẽ sufficeret ad probandum quẽ esse notariũ, si plura instrumenta producantur per eum confecta.

Additio.

¶ Adde idem per. d. Barto. Sozi. in consilio. clxvj. incip. in causa cõmunitatis. ver. confirmantur prędicta: ibi, ex quibus. in. ii. parte. & in consil. cxxxvij. incip. in controuersia. versi. secunda ratio est. ex quibus, ea parte. Sed nũquid subscriptio instrumẽti in simili posita, scilicet ego Petrus &c. Publicus & imperiali, vel papali autoritate notarius rogat⁹ &c. scripsi & publicaui &c. probet ꝙ talis fuerit notarius publicus, & releuet producentẽ, & cui probatio incũbit? vide. d. M. Sozi. in consilio. xxxiij. incip. prosequendo ordinẽ. ver. ij. conclu. in. j. parte. vbi etiã ꝙ instrumentũ vt valeat, & tanquam publicum probet, exigitur ꝙ ille qui confecit, sit publicus notarius. Et adde Alexan. de Imo. in consi. cxxxviij. in prima parte. vbi, an ad hoc vt instrumenta valeant tanquã facta à notario, debeat probari talem haberi pro notario. Sed quid de eo qui non est notarius, sed habetur pro notario, possit facere instrumenta, vt valeãt: vide. d. Alex. in cõsi. cxxxviij. in. j. parte. vbi & quid si quis fecit plura instrumenta, & non est notarius: an valeãt: de quo vide etiã per eum, in cõsil. lxxx. in. ij. parte. Celsus.

¶ Et non sufficerent: secundũ Innocẽ. duo, sed plura requirũtur. Nam ex eo ipso ꝙ quis confitetur officium tabellionatus, dato quòd non esset tabellio, satis esset, quia cõmunis error facit ius vt in. l. Barbarius. ff. de offic. præto. Et ideò si ex forma statuti caueretur, ꝙ nullus possit esse notarius, nisi sit descriptus in matricula: hoc casu nõ sufficeret, licet exercuisset officiũ: quia nõ est seruata forma legis, quę dat esse rei vt in. l. iiij. in. §. idem. ff. ad exhiben. videmus tamen hodie cum portatur aliquod instrumẽtum de longinquis partibus, portari etiam literas testimoniales de potestate illius loci, in quo degit tabellio, ad testificandum illum fore fidelem tabellionem: & est salubris cautela. Attende tamen quòd tales

literæ

Literæ testimoniales, nullam fidem faciunt: licet in eis dicatur, quòd talis est tabellio: nisi dicas in ipsis literis, quòd tabellio scripsit hoc præsens instrumentum: quòd incipit sic, & finitur sic: quia posset esse verum, quod talis tabellio de quo attestantur literæ, esset notarius, & pars aduersa negaret illum scripsisse hoc instrumẽtum. Et ideò aduerte bene quando producuntur tales literæ, quia per hoc irritabuntur multę. Et ita tenet Ioan. de Imo. in capitu. ij. ỹ. de fide instrumen. Si tamen portaret quis aliquod instrumentum de longinquis partibus, in quo contineretur, quod talis constituit Titium, suũ procuratorẽ: & iste Titius produceret tale instrumentum procur. cum literis testimonialibus, & negaret istum esse Titium: non deberent audire oppositiones, quia iste Titius procurator præsumitur, si iste hoc asserat: ita determinat no. Cyn. in. l. exigere. C. de procur. Idem tenet Ange. in. l. si procuratorẽ

16 absentem. ff. de procura. † Quæro nũc quæ requirãtur in instrumẽto publico,

Additio.

¶ Quomodo & quando instrumentum dicatur publicũ, & quot requirãtur ad hoc. vide do. And. Barba. in cõsi. lxv. ꝙ est inter cõsilia do. Alexand. de Imo. in iiij. parte. B. Vadus.

¶ Dic quòd requiruntur dies celebrati contractus, locus, feries negotij, indictio currens, & nomen imperatoris, vel papæ in terris ecclesiæ. tamen secundum gloss. in authen. vt præpo. no. impe. annus domini nostri Iesu Christi. & generaliter omnia quæ sunt solita, apponi, debẽt: secũdũ Bar. in proœ. ffforũ. Quòd si dictũ est de loco, intellige non solum de generali, sed etiã de speciali secundum Ang. in. d. authẽ. vt præponatur not. impera.

Additio.

¶ Adde do. Alex. de Imo. in cõsil. lviij. in. ij. parte. B. Vadus.

¶ Vnde non sufficit solum dicere actũ in ciuitate Mediolañ. Sed vlterius adijciẽdum est, in domo talis, vel talis. hęc omnia not. gl. in. l. generali. C. de tabel.

17 lib. xj. † Pro prædicta tamẽ declaratione dubitatur, nunquid in instrumento requiratur signũ tabellionis? Bar. dicit ꝙ sic: quia illud est de cõsuetudine. Ita no. ipse in proœ. ffforũ. Itẽ tenet Ange. in. d. authẽ. de tabel. ita not. Spec. in tit. de fide instru. & productione. in. §. j. in ver. in fine autẽ instrumẽti. Plus dicit Bal. in. l. j. C. de no. cod. compo. ꝙ tabellio qui mutat signũ suum, nõ potest puniri de falso.

Additio.

¶ Adde do. Alexan. de Imo. in. l. eos. in princip. ff. de Fal. & Bal. in. l. comparationes. C. de fid. instru.

¶ Sicut & qui mutat sibi nomen.

Additio.

¶ Adde Fe. in. c. ea quę. ỹ. de simo. B. V.

¶ Ista aũt verba, In nomine dñi, vel in Xpi nomine amẽ, sunt de substãtia instrumẽti: secundum Bal. in. d. l. j. cũ leuis solennitas, non habeat vitiare: vt in

18 l. j. §. qd ergo. de vẽ. inspi. † Sed dubitat. In instrumẽto est apposita indictio falsa, quia currebat indictio quarta, &

notarius apposuit indictionem quintam, quæritur nunquid vitietur instrumentum? Bald. & Bart. & est communis opin. tenet quod non. ita tenent, in l. nominatim. de condit. & demonstra. quia dato quod apposita sit falsa indictio, nō dicitur tamen omissa. Ioan. and. autem in data. vj. tenet quòd vitiatur quia maior effectus est apponere falsam indictionem, quòd nullam apponere: quia vbi apponitur falsa indictio, committitur falsitas, Barto. tenet contrarium, in l. j. §. sustinere. ff. de vulg. & pupil. Item inducitur omissio veræ indictionis, quæ sententia est etiam in iure ciuili verior cùm falsa indictio non possit dici indictio, sicut falsum testamentum. vt in l. ij. in prin. ff. quemadm. testa. apè. & per consequens remanet, quod nulla sit apposita indictio, & clarum est, quòd vbi omittitur indictio, instrumentum est nullum, vt in d. authen. vt præponatur &c. Ita tenet Bar. in iudicando, quia est communis opi.

Additio.

¶ Vide Feli. in c. inter dilectos. col. vij. in ver. in gl. in ver. indictionis. infra de fide instr. vbi etiam ponit modum, qualiter indictio inueniatur. & Dy. in consi. xlviij. in versi. in. j. quæst. & in consi. xliij. in versi. fin. & in consi. xiij. in princip. & do. Alex. de Imo. in consi. cxxiij. in j. parte. & in consil. lxvj. & in fin. ea. parte. Tu vide materiam quam hic tangit Bar. in l. j. nume. v. quomodo intelligatur indictio. in apostil. in eo. versi. C. de insti. eo. confir. Celsus.

19 ¶ Vlterius quæro, † nunquid omne instrumentum publicum, faciat plenam fidem & dico quod non cuius rei gratia scire debetis, quod instrumētorum duo habemus genera: quoddam dicitur autenticum & originale, & quoddā exemplum siue iudex siue trāsumptum, aliàs sine iudicis autoritate sumptum ex originali. Ita glo. tenet. in l. quicunq;. ff. de fide instrum. Instrumentum autem autenticum (vt bene intelligatur) dicitur omne instrumentum, cui plenè creditur. ita no. Inno. in c. j. de fid. instru. Instrumentum autem originale, propriè loquendo dicitur prima scriptura notarii, scilicet matrix, seu protocollum, vel imbreuiatura. Impropriè autem loquendo, omnis scriptura quam notarius extrahit rogatus, faciens fidem dicitur originale. Ita not. singu. Bald. in l. publicati. in pe. q. C. de testa. Sit ergo instrumentum, vel authenticum, vel originale: nemini dubium est, quin plenā faciat fidem hoc probatur, in d. cap. j. de fide instrumen. & in dicta. l. quicunque. Exemplum autem, siue transumptum instrumentum regulariter est quod nullam faciat fidem. imò præsumitur talis scriptura falsa: vt est text. in l. quicunq; suprà allega. Hinc est, si ego habens instrumentum originale vel authenticum confectum per Titium tabellionem, facis illud exemplari per Seium tabellionem: tale exemplum exemplatum, nullam facit fidem: quia ad hoc vt instrumentum debeat facere fidem: oportet quòd notarius sit rogatus à partibus vt in §. nos autem. in authen, de tabel. sed ille notarius qui exemplauit nō est rogatus nisi ab vno: ergo &c. Secunda ratio est, quia notario non creditur nisi de his quæ sunt facta in eius præsen

sentia: sed iste notarius qui exemplauit, non vidit seriem negotii in ipso instrumento confecti: ergo &c. Aliæ etiã rationes possunt accommodari: sed istę sufficiant. Est ergo conclusio, † quòd exemplum non facit fidem. hoc fallit in aliquibus casibus. primò quando illud exemplum est publicatum à notario: tunc plenam facit fidem, quæ publicatio fiet hoc modo. Primò pars hoc petat à iudice, quia iudex non impartitur officium suum, non petitus: vt in l.iiij. §.hoc autem.ff.de dam.infect. Secundò citabitur aduersa pars, vt intersit publicationi & citabitur specialiter, si cognoscatur, si autem non cognoscatur, proclamatur generaliter: vt in authenti. si omnes.C.si vt se ab hæred. absti. Item tres notarii debent interuenire ad scribendum in hanc formam. Ecce, Dicit vnus tabellio. Ego Petrus.&c. Originali instrumento diligenter auscultato, viso & intellecto, præsens exemplum extraxi. & quia in omnibus & per omnia concordari inueni cum originali, quod non erat rasum, neque cancellatum: ideò me scripsi. & similiter alii duo notarii: tunc iudex hoc viso pro sententia, interlocutoria pronuntiabit tali exempla plenam fidem adhiberi.

Additio.

¶ Et Adde quod huic transsumpto nullo modo creditur, nec aliquam facit fidem sine iudicis autoritate, & parte nõ citata. Ita tenet do. Barto. Sozi. in cons. ccxxxj. incip. cùm in præsenti. versi. sed non obstante. circa medium. cum versi. seq. in ij. parte. vbi ponit eandem formã quam hic d. Lanfr. B. Vadus.

¶ Etiam bona cautela erit pro illo qui produci fecit tale exemplum, quod faciet fieri instrumentum de illa interlocutoria. Hanc formam tradit Alber. & cæteri docto. in l. quicunq;. ff. de fide instru. & in authen. si quis in aliquo. C. de eden. Animaduertendũ tamen est quod si quis producat tale exemplum publicum, licet faciat fidẽ potest tamen quis redarguere de falso, & petere exhibere originale, si possit haberi. Ita tenet Bal. in d. auth. si quis in aliquo. & primò fuit dictum Inno. in c. abbate. de verbo. sig. Secundò casu fallit, quando eadem est persona tabellionis, quæ scripsit originale, & quæ scripsit exemplum. Nam tunc exemplum, plenam facit fidem sicut ipsum originale.

Additio.

¶ Vide plenè Feli. in c. si. j. de fi. instru. vbi plenè, an & quando autoritas iudicis non requiratur, ad exemplum extrahendum. B. Vad.

¶ Cùm idem tabellio, de eodem actu possit plura conficere instrumenta: vt in l. vnam. ff. de testa. vbi autem esset diuersitas inter imbreuiaturam notarii, & extractum ab imbreuiatura, stabitur imbreuiaturæ. Ita dicit nota. Bart. in l. Sempronius Proculo. ff. de legat. ij. Idẽ Angel. in l. publicati. C. de testa. voluit gl. idem. in §. pe. auth. de tab. quæ dicit quod vbi dubitatur de viribus instrumenti ibi curritur ad imbreuiaturam.

Additio.

¶ Et hoc idem tenet d. Bar. Sozi. in cõs. cxcix. incip. in causa in prin. cũ ver. seq. in ij. parte. vbi idem dicit etiam si nota

rius extendat instrumentũ vltra suum solitum stilum,per dict.&c.B.vad.

¶Hinc est quod dixit Bal. in rub. C.de fide instru. quod vbi notarius confecit imbreuiaturam de aliquo contractu,cũ sit de consuetudine,quod notarii conficiant imbreuiaturas: poterit puniri de falso, si non reperiatur apud eum. imò, secundum eum si dubitetur de viribus instrumenti,recurritur ad imbreuiaturam: quam si notarius dicat se nescire reperire,poterit ipse poni ad torturam quia est præsumptio falsitatis. Tertio casu fallit, quando aduersarius meus dabit mihi exemplum. Nam tunc facit fidem vt in l.fraudem.§.neq;. ff. de iur. fis.& ibi hoc tenet Bar. Vnde sit cautus ille cui datur exemplum per suum aduersarium, vt faciat in actis scribere, qualiter aduersarius suus dedit sibi illud exemplum.Quartò fallit,si exemplum est scriptum de consensu ambarum partium, nam tunc facit fidem ita not.Io.de Imo.in c.j.de fide instrum. & per Bar.& Bal.in auth.si quis in aliquo & ibidem per alios docto. C. de edend.

21 † Quærò vtrum instrumentum faciat fidem quo ad extraneum Innoc. in c.j. de fide instru.tenet quod non nocet,neque prodest extraneo: quia res inter alios acta &c. tamen ratione iuris quæsiti alteri ex contrahentibus per partes instrumentum facit fidem contra extraneum,secundum Bal.in rub.C.de fi. instr. Declaro.Ego emo à te vnum fundum, qui in veritate non eras dominus istius fundi:& possideo istum fundum per decennium bona fide,& præscribo: si ille qui erat dominus agat contra me probabo præscriptione,probando præscriptionem decennii.probabo etiam titulum per instrm,& sic nocebit isti tertio.

22 †Quero vlterius nunquid notarius debeat conficere instrm ad instantiã alterius partis tantũ: vel requiratur consensus ambarũ partiũ Inno. in c.j.de fide instru.tenet quòd in his quæ dependent à voluntate duorũ,vt in contractibus notarius nõ põt cõficere, neq; rogari de instro,nisi ad instãtiã ambarũ partium vt est in vẽditione locationis &c.

Additio.

¶Vide d.Alex.de Imo.cons.clx.per totum.in ij.parte.B.Vad.

¶In his autem quæ dependent ex voluntate vnius tantum vt est in aditione hæreditatis vel in aliqua protestatione sufficit rogari notarium ab illo, à cuius voluntate depẽdet actio. Et ideò si pars faciet vnam protestationẽ in iudicio cõtra iudicem,non tenebitur illam notarius scribere si nolet iudex. Istud idem tenet Bal.in rub.de fi.instru. subiiciens quod si actus non dependet à voluntate aliquarum partiũ tunc requirit autoritas iudicis, aliàs tale instrm non facit plenam fidem vt in natiuitate alicuius. Nam si quis faciat scribere instrumentum de alicuius natiuitate debet interuenire autoritas iudicis:aliàs faceret tale instrm quoddã indicium. Aduertendum tamen est,† ꝙ notarius non debet

23 extrahere de imbreuiatura sua instrm, nisi illis personis inter quas res est gesta.vnde tertiæ personę nõ debet copiã dare.Si tamẽ ille tertius iuraret sua interesse,& notarius copiam ei daret, non peccaret.Ita dicit Ang.in l. prætor §. j. ff.de eden.& facit quod no.per gl.in l.si quis

quis ex argentariis.in §.pertinere.ff.de
24 eden. Vlterius quæro † nunquid notarius possit alii committere instrumentum extrahendum de imbreuiatura. Angel.in auth.de tabel.tenet quòd nisi fuerit impeditus,tunc enim poterit cõmittere: sed posteà debebit se subscribere cum signo suo.& cautè faciet, quod in sua subscriptione dicat & attestetur dedisse præsens instrm ad scribendũ tali, quia fuit iusto impedimẽto impeditus.

Additio.

¶ Et istud obseruant hodie notarii apostolici in subscriptionibus quas eorum literis apponunt, de quo dixi in tract. clausularũ,in clau.contrac.ver.me alienis grauioribus negotiis occupato. vbi plenè vide B.Vad.

¶ Hanc eandem opin.tenet Bal. in rub. de fi.instr.vbi ipse Bald. subiicit, quod notarius non solũ imbreuiaturã non potest alteri committere, sed neq; etiã potest alteri committere rogatiõnẽ suam neq; signum suum opponendum vnde notarius qui est rogatus de instrumento,non poterit dicere.Ego sum impeditus & non possum auscultari:puta,Titio notario delego tibi rogationẽ,& audi partes & referas mihi:& postmodum faciã de his quæ audieris vnum instrumentum. Item notarius non potest auscultare partes & deinde scribere nomina suã locum & tempus &c. vt moris est,& posteà dicere alteri notario.Accipe & fac imbreuiaturam tu: & appone signum meum in fine & sic resultat conclusio bina vna affirmatiua, & alia negatiua.,Conclusio affirmatiua talis est, Notarius qui perfecit imbreuiaturam, potest alteri notario cõmittere instrumentum de eo extrahendum, si fuerit impeditus.Hæc conclusio probatur, in auth.de tabel.in text. Secunda conclusio negatiua talis est,Notarius rogatus, non potest alteri committere suam rogationẽ nec potest alteri committi imbreuiaturam scribendam,neque potest committere suum signum faciẽdum & apponendum. hoc tene menti. Quæro
25 vlterius,† nunqd protocollũ faciat fidẽ.

Additio.

¶ Vide Fel.in cum P.tabel.infrà de fide instru.. vbi etiã nunquid protocollo nõ existente,instrumentũ perdat vires ibidem circa principi.ver.secundò quærit & quod magis statur ei,quàm exemplo inde extracto.vide per eum in c. pastoralis.in ij.ver.amplia secundò in fi.ver. suprà de iudi.B.Vad.

¶ Iac.but.tenet quod non Bald. autem in rubr.de fide instrum. dixit quod putat Iacob.Butri.voluisse sentire, de bastardello, quod verum est, non facere fidem puta scriptura quæ tempore in quo celebratur contractus fit per notarium in quo apponit nomina contrahentium, nomina testium, locum & tempus & dicit in hanc formam. Petrus de talibus vendidit &c. Martino de talibus talem rem &c. præsentibus talibus, renuntiauitque &c. Talis scriptura nullam facit fidem: secundum Bald.& ita etiam hoc anno consului in ciuitate Cremonæ, cum mihi præsentata fuisset vna scriptura notarii, in qua erat istud bastardellum, ita abbreuiatũ: verumtamen vbi in tali bastardello essent omnia requisita in instru

Instrumento:puta,signum tabellionis, & eius subscriptio anno domini. Indictio &c.plenā fidem faceret. Ita tenet Alber.in l.econtractus.C.de fid.instru. Imbreuiatura autem quæ extenditur in libro notarii,illa bene facit plenissimam fidem:secundùm Bald.in d. rubr. de fi.instru.& secundùm Albe.in d.l.cō tractus.Imò etiam(vt dicebam heri) si est diuersitas inter instrumentum extractum & imbreuiaturam, statur imbreuiaturæ:secundùm Bald.in l. Sempronius Proculo.ff.de lega.ij.& secundùm Albe.in d.l.contractus.& idem tenet Ange.in l.publicati.C.de testa.

Additio.

¶ Sed quid debeat continere in se imbreuiatura,ad hoc vt probet? vide do. Alexan.de Imo.in consil.lj.in secunda parte.B.Vadus.

¶ Attendite tamen ꝙ si in imbreuiatura non reperitur instrumentum extractum de illa,bene faceret fidem.Ita dicit Albe.in d.l.contractus . Et Bald.in d.l.j.C.de fide instru.licet(vt dixi vobis etiam heri)si notarius non conficiet imbreuiaturam de contractu: cùm sit consuetudo imbreuiaturam confici, tanquā trangressor consuetudinis poterit puniri.& si de fide instrumenti dubietas oriatur,poterit poni notarius ad torturam,si non reperiatur in imbreuiatura:secundùm Baldum in d.rubri. C.de fide instrumen. Sed iuxta præmis
25 sa quæritur, †notarius quæ confecit imbreuiaturam hoc modo, Talis vendidit &c.renuntiauit &c.& sic de similibus,qualiter debeat extendere imbreuiaturam suam.

Additio.

¶ Debeat extendere imbreuiaturā suā. Tu dic de hoc,vt dixi plenè post Lanfran s.in princi.huius c.nume.xij. versic.item nota.in versi.&c.in apostil.in versi.verbum &c.vbi diffusè,& remissiuè hunc articulum examinaui. & de hoc etiam not.in apost.seq.B.Vadus.

¶ Dic ꝙ notarius poterit extendere circa circunstantias negocii,& circa ea q̄ sunt de consuetudine instrumenti extēdendi:non tamen poterit extendere circa substantiam negotii.vnde in instrumento extensionis extrahendo quo ad negotium principale,de quo conficiendum est instrumentum,non poterit aliquod immutari in tali instrumento:nisi quod repertū est in imbreuiatura instrumenti extendendum:ita dicit simpliciter Bald.in rub.C.de fid.instr. Nā ly &c.positum in imbreuiatura , denotat & exigit extensionem,secundùm cōsuetudinem aliorum instrumentorum extensorum in simili materia.

Additio.

¶ De hac dictione vide quæ habentur, per Fran.Are.in l.eadem.de duo.re .& quod ibi dixi,in apost.B.Vadus.

¶ Istud est pulcherrimū dictū Bar.in l. Gallus.§.j.ff.de lib.& posth.Non enim debebit fieri extensio imbreuiaturæ factæ,in causa depositi:secundùm cōsuetudinem aliarum imbreuiaturarum factarum in causa venditionis:sed debebit fieri extensio imbreuiaturæ factæ in causa depositi, secundùm consuetudinem notariorum:& si non apparet de eorum consuetudine,fiat secundū consuetu

ſuetudinem generalem.ita not.in auth. ſi quis in aliquo.ff.de eden.& ſic de ſimilibus.& ita pridie conſului in materia iſta,pro quodam inſtrumento,quod redarguebatur de falſo in terra paduana:quia dixi ꝙ cũ nõ apparet extenſa imbreuiatura,poterit extendi illa imbreuiatura &c.ſecundũ cõſuetudinem aliorum inſtrumentorum de ſimili materia.vnde dixi quòd debebant inquiri aliqua inſtrumenta confecta per illum notarium in ſimili materia,& facere extenſionem in hoc præſenti caſu, ſecundũ quod apparebit in illis inſtrumentis:& ita fuit factum,& euaſit pœnam falſi. hîc eſt notandum,ꝙ hæc oĩa habẽt locum,quãdo ille notarius quæ cõficit imbreuiaturas,ſit rogatusde inſtrumento cõficiendo:quare ipſe poteſt extrahere inſtrumentum de imbreuiatura:& poteſt extẽdere:vt ſuprà dixi.Sed vbi notarius committeret alteri notario extrahi extractionem inſtrumenti de imbreuiatura ſua:quia fortè impeditus eſſet,tunc ille cui committeret extractionem inſtrumenti de imbreuiatura,non poteſt aliquid extendere, nec mutare vnum minimũ verbum , quod inuenit in imbreuiatura:quod eſt not. dignum.Ita dicit Bald.in rub.C.de fi. inſtrumen.Tamen ſi extẽderet iſte cui committitur,vitiaretur ſolum illud extenſum,non autem cætera vitiarentur:. quia vtile per inutile non vitiatur . Ita tenet Nico.de mata.in l.ſi ex falſis.C. de tranſac.& illum ſequitur Bald.in ru-
27 bri.de fide inſtrumen. †Quæro vlterius,nunquid notarius poſt redditum inſtrumentum parti,quod extraxit de libro ſuo,poſsit cancellare illam imbreuiaturam,quam habet in ſuo libro?reſpondeo,ſecundùm Bald.in rubri.C.de fide.inſtru.Aut eſt tale inſtrumentum, quod venit reficiendum: puta , inſtrumentum venditionis,quod adeò vetuſtiſsimum eſſet,quod de nouo etiã poſſet refici:vt in c.fin.de fi.inſtru.& tunc non poſſet illam cancellare.poſſet tamen facere vnam ſubſcriptionem , vel facere extractum,vel ſecundùm cõſuetudinem apponere alia verba.Aut eſt tale inſtrumentum,quod non venit reficiendum:vt eſt inſtrumentum debiti: & tunc notarius debet cancellare protocollum in libro ſuo:tamen non debebit delere,neque eradere.vt ſaltem appareat fuiſſe debitum.ſecundùm Bald. vbi ſuprà Plus voluit Albe.in l.contractus.C.de fid.inſtrumen.quòd ſi protocollum eſſet cancellatum in libro notarii de voluntate partium,quia dicatur inſtrumentum eſſe extractum:cùm tamen hoc non ſit,poterit hoc non obſtãte extrahere & dare copiam volentibus quod eſt no.dignum.

Additio.

¶ Adde not.conſil.Fran.de ſcala,in cõſil.incip.mortuo tabellione.quod verũ eſt,ſi in ea ſit clauſula,quòd ſit caſſum & cancellatum de voluntate partium:. vt tenet etiam Ioann.Andrę.in addi.ad Speculato in titulo de inſtrument.edi. §.oſtenſo.verſicul.illud.in addi.ma. B. Vadus.

28 ¶ Quæro vlterius,†vtrũ quãdo notarius rogatur dare copiam inſtrumenti parti , debeat citari aduerſarius, qui poteſt ex huiuſmodi inſtrumento lædi?

Addi

Additio.

¶ Adde do. Barto. Soci. in consil. cxciiij. incip. Subtiliter. ver & iste duæ respon siones. cum versic. prætereà. in. ij. parte. quod exemplatio instrumenti peti, debet ex iusta causa ab eo cuius interest, & ad eius instantiam fieri parte citata, & iudicis autoritate: vbi etiam an præsumatur solenniter facta, & qñ. B. Vad. ¶ Dicite ꝙ aut nulla est quæstio, vtrũ debeat fieri sibi, vel ne: puta, quia semel habuit copiam, sed perdidit: & dicit notarius. Ego non teneor amplius sibi dare vllam copiam: certè tunc debet pars quæ posset lædi, citari. Ita determinat Barto. in l. fin. ff. de tab. exhiben. & Bal. in l. fi. C. de eden. Sed quid econuerso, notarius qui erat rogatus de instrumẽto, & qui iam debebat vnam copiã parti de illa imbreuiatura, perdidit illam imbreuiaturam, vel fuit incendio consumpta, aut alio modo: nunquid poterit notarius partem quæ habuit copiã citare, vt exhibeat illam copiam: quia notarius vult extrahere exemplũ, quod vult penes se tenere, loco imbreuiaturæ. Bald. determinat, in d. l. fina. C. de eden. quòd sic, quòd poterit compellere: & tantam fidem facit tale assumptũ quantam originale, quód est notãdum.

29 †Quæro vlterius, Notarius non vult edere copiam parti, nunquid teneatur de falso: dicite ꝙ non, sed tenebitur parti ad interesse. Ita determinat Bald. in d. l. fin. Item quæro, Pars venit ad notarium, & petit copiam sibi dari siue extrahi de imbreuiaturis. Notarius dicit, Ego non recordor quòd fuerim rogatus, nec habeo aliquam imbreuiaturam super isto facto, de quo sim memor, quid erit agendum? Dicite quòd compelletur notarius exhibere omnes suas imbreuiaturas, & q̃rere inter eas, si adest illa imbreuiatura, de qua q̃rit, & si reperiet extrahet: si autem non reperietur patientiam habebit, nisi probaret pars per testes quòd esset rogatus de illa imbreuiatura: nam tunc hoc probato, notarius qui celat hanc imbreuiaturam. punietur de falso. Ita determinat Barto. in dicta l. fina. C. de eden. & in l. eum qui. C. de fal. Similiter notarius qui restituit instrumentum defectuosum parti, tenetur ad interesse. casus est in l. fin. C. de magi. conuenien. Et ita determinat Bartolus, in l. fina. ff. de tabul. exhibend. plus est quòd si notarius omittat scribere in instrumento solennitates requisitas in instrumento, punitur de falso: nec auditur aliquo modo. si vellet probare errorem: nàm eoipso quod omittit debitam solennitatem & consuetam, præsumptio est iuris & de iure, ꝙ scienter commiserit falsum, casus est ad literam, in l. iubemus. in fin. C. de testa. & ita ibi determinat Angel. Caueant ergo tabelliones, quando mulieres contrahunt, ne omittant scribere, qualiter mulier fuerit certiorata beneficio velleiani. quia præsupposito, quòd mulier fuerit in veritate certiorata, & ipse non scriberet in instrumento: punietur de falso. Ita dicit singulari. Angel. in dicta leg. iubemus. similiter si ex forma statuti in contractu debet interuenire decretum & consensus propinquorum: si re vera interuenisset decretum, & consensus propinquorum: si notarius non subscripsisset in instrumento,

to, punietur de falso. Quæro nunc de vtili quæstione & quotidiana. nunquid notarius possit corrigere errorem suum.

Additio.

¶ Vide plenè Felin. in c. ex literis. & ibi Panor. nume. iij. post quem notaui in apost. ad ipsum, in ver. notarius infrà de fide instrumen. & quomodò probetur error notarii? vide do. Alexand. de Imo. in consilio. xxvij. in secunda parte & in consil. cv. in princip. & in fin. ea. parte. & in consil. xxxvij. in tertia parte. & an & quando in notario præsumatur error, vel dolus. vide per eum. in cō sil. xcij. in tertia parte. Tu vide de hoc Barto. in allega. l. si librarii. & ibi posui in apostil. ad eum, in eo. versicu. & in. l. imperator. in fine. vbi etiam posui in addi. ad ipsum, in versicu. non enim potest corrigi error ita inconsultè. ff. de sta. homi. dixi post Bald. in l. ex præcepto. nume. vj. in versic. possit corrigere errorem. C. de iuf. C. confir. & post Bartconsil. ccviij. incip. Ex facto proposito. & consilio centesimononagesimoseptimo incipi. Reperitur instrumentum. B. Vadus.

¶ Attendite, quia sunt pauci qui sciant in isto articulo bene determinare. Bartol. in leg. si librarius. ff. de regu. iur. dicit vno modo, & non perfectè. Bald. autem in rubric. C. de fide instrumen, dixit alio modo, & non perfectè. Sed si cō iungimus omnium præfatorum doctorum sententias, simul perfectam habebimus doctrinam & ideò simul omnes coniungendo dicite sic: aut non est orta quæstio erroris inter partes, aut est orta: priore casu, quando non est orta, iudex ex officio suo potest compellere notarium corrigere errorem suū. Sed an notarius possit de per se corrigere, est dubium: sed dicite si notarius errauit circa ea quæ spectant ad officium suum, veluti est in annis domini, & in indictione, & in nominibus testium, & in similibus: tunc potest corrigere indistinctè, siue parte citata, siue non, siue etiam restituerit parti instrumenta, siue non. Si autem errauit circa substantiam negotii: & tunc non potest corrigere, nisi parte citata. & ita vult Barto. in dicta. l. si Barbarius. & Ange. in dicta l. errore. Aut est orta quæstio erroris: & tunc non potest notarius corrigere errorem suum: etiam parte citata nisi iudice mandante. & ita vult Bald. in rubrica. C. de fide instrumen. Quæ omnia procedunt, vbi instrumentum non redarguitur falsum: vbi autem redarguitur falsum, tunc nunquàm potest notarius corrigere errorem suum, nec parte citata, nec iudice mandante: & est ratia quòd non possit corrigere hoc casu: quia propter istam falsitatem, venit notarius priuandus officio suo: vt not. in leg. si quis ex argentariis. in. §. coguntur. ff. de eden. Ita tenet singul. Baldus in rubric. C. de fide instrument. Et sic habetis nunc plenius expeditum articulum, quàm reperiatur per aliquos

32 docto. †Quæro, vtrùm per illa verba, quæ quotidie apponuntur in sententiis, viso libello, visa lit. contestat. &c. probetur per tale instrumentum sententiæ, interuenisse libellum, & litis contest. Innocen. in isto capitu. quoniam contra falsam.

Addi

Additio.

¶ Vbi vide Feli.in v.conclu.& quid de his quæ opponuntur in instrumento: vide per eum,in c.sicut.versi.fallit primò.infrà de re iudic. de quo etiam per do.Alexan.de Imo.in consi.xvij.in iiij. parte.& in consi.lxxxiij.in.j.parte.& in consi.cxxxvj.ead.parte.vbi ponit,inter quos probetur.& in consil.cxlviij.in ij. parte.dixi de hoc,in tract.clausularum in eius.senten.versi.viso libello & processu &c.vbi diffusè de hoc habes.Cels. ¶ In glos.super verbo, personas. tenet quòd non:quam sententiam secutus est Bald.in authen.si quis in aliquo.C.de eden.& Barto.in l.sciendum.ff.de verbor.obligat.& in l.j.C.de fide instrum. lib.x.Idem tenuit Ange.in l.optimam. C.de contrahen.stipul. Subiungunt præfati omnes doct.in locis præalleg. quòd vbi in instrumento apponuntur verba enuntiatiua,quæ annuntient aliquem actum,qui actus poterit interuenire iure tempore instrumenti confecti, per tale instrumentum probantur tales actus : si autem ille actus non potuit interuenire tempore confecti instrumenti, & tunc ille actus non probatur per tale instrumentum : ecce exemplum in vtroque membro. In instrumento sententiæ dicitur, viso libello, visa litis contestatione, visa iudicis admonitione &c. per tale instrumentum,non probatur libellum interuenisse, neque litis contestationē : quia tempore sententiæ illa non potuerunt interuenire : sed bene per tale instrumentum probatur admonitio iudicis: & quia tempore quo conficit instrumentum sententiæ, potuit interuenire admonitio iudicis admonentis partes, vt intersint. Ecce aliud exemplum : In instrumento venditionis rerum fiscalium dicitur, visa subhastatione, visáque pretii congruitate &c.certè per tale instrumentum non probatur subhastatio:quia subhastatio dicitur interuenire pluribus diebus ante vēditionem: vt not.in.l.fi.C.sine censu,vel reli.Pretii autem cōgruitas,bene probatur per tale instrumentum.quia potuit interuenire tempore confecti instrumenti. ita determinat Bar.in d.l.sciendum.& in d.l.j. C.de fide instru.lib.x. Et hæc plena sunt & vera in verbis enuntiatiuis,circa aliquem actum de præterito. Cætera autem verba enuntiatiua, posita in instrumento,non probantur per tale instrumentum,sed Alb.in l.ex conuentione.C.sine cen.vel reli. Et secundum Inno.in c.cùm in iure peritus.de offic.deleg. Exemplum in instrumento venditionis,Dicitur hoc modo, Petrus filius quondam & hæres Venturini &c. vendidit &c. per istud instrumentum venditionis, probatur venditio,non autem quòd sit filius venturini.Tamen si diceretur in instrumento,Petrus hæres venturini &c. probaretur quòd Petrus esset hæres venturini : non ea ratione quia sint verba enuntiatiua, sed quia apparet de confessione istius Petri & de eius verbis. Ex quibus verbis solùm additur hæreditas : vt in l.eum qui bonis notarii.in fi.ff.de acqui.hære.& no. Bar.in l.gerit.eod.tit. Nec obst.si dicatur, Ista non sunt verba Petri, sed sunt verba notarii:quia dico quòd in instrumentis verba notarii, censentur verba part

partium. Idem not. Bal. in l. optimam. suprà alleg. vbi autem notarius testificaretur de visu per verba enuntiatiua, per tale instrumentum bene probatur. Ita dicit singu. Innoc. in c. cùm in iure peritus. de offic. deleg. Exemplum, vt si dicat notarius actum in tali loco, præsentibus talibus in tali die. Nam in instrumento, in quo sunt apposita talia, bene probant locum, tempus, & personarum præsentiam: quia cùm notarius dicit actū tali loco, præsupponit quòd viderit talem locum: & similiter cùm dicitur, præsentibus talibus: præsumitur quòd videris tales personas. Attendite ad vnum aliud notabile verbum

33 Barto. quòd † vbi in instrumento ponuntur aliqua verba enūtiatiua alicuius solennitatis de præterito, quæ etiam non potuerunt interuenire tempore confecti instrumenti, si esset talis solennitas, probatur per instrumentum. Si autem partes non potuissent renuntiare, & tunc secus. Ita tenet Bar. in dicta. l. j. C. de fide instrumen. lib. x. & in dicta l. sciendum. & sic ipse intelligit l. optimam. C. de contrahen. empt. Exemplum de venditione rei ecclesiæ. Dicit notarius, interuenientibus pluribus tractatibus, capitulis, consensu prælati &c. certè per illud instrumentum non probabitur tractatus, quia non potuissent renuntiare dicto tractatui. Sed si in instrumento sententiæ diceretur. Visa litis contestatione. Visis iuramentis testium &c. Per tale instrumentum non probabitur litis contestatio: vt suprà dixi. quia partes non. possunt illi renuntiare, cùm sit de substantia iudicii: sed probabitur interuenisse iuramentum testium: quia tali iuramento potest renuntiari per partes: vt in cap. per tuas. de testib. & in glo. & in l. j. ff. de feriis. Et sic modo habetis plenam hanc materiam verborum enuntiatorum, quæ enuntiat aliquem actum de præterito, & de cæteris verbis enuntia-

34 tiuis. †Modo quæro, pone quòd vnū instrumentum faciat mentionem de alio, nunquid tale instrumentum probet contenta in alio instrumento, de quo fit mentio.

Additio.

¶ Vide tu plenè do. Bart. Sozi. in consi. consil. cclxvj. incip. in causa. versi. primum deciditur. cum vers. seq. in ij. parte. & consil. ccxxxj. incip. cùm in præsenti. vers. seq. ea parte. Vbi etiam quid si tabellio dicat in eo: prout constat publico instrumento manu talis à me viso & lecto: an eius narrationi stetur. & adde do. Alex. de Imo. in consil. vj. per totum. in iiij. parte. vbi quid si notarius in scriptura sua faciat mentionem de instrumento à se viso & lecto: vel nisi in actis faciat mentionem de procuratione instrumenti mandati, vel alterius, an sufficiat absque exhibitione: & adde eum, in consi. lxxxj. vbi, an instrumentum faciens mentionem de mandato, narratiuè probetur. de quo per Guil. de Cug. in l. si quis in aliquo. nu. j. & ibi posui, in apost. ad ipsum. in ver. mentionem. vbi etiam dixi in apost. ad Bar. nu. vij. in ver. optimam. vbi etiam doct. C. de eden. & ibi dixi post Bal. nu. vij. in versi. facit mentionem. dixi post collect. in c. dudum. nu. iiij. versi. quid si vnum instrumentum. in apost. in eod.

versi.de conuer.coniug.& in trac.claufularum.in clau.contra versic.viso instrumento.Celsus.

¶ Dicite, secundum Bart.& Bal.in authen.si quis in aliquo.præalle. Aut ambo ista instrumenta sunt confecta inter easdem personas, & tunc probat exemplum facto instrumento venditionis,in quo apparet de pretio,& de re vendita fit aliud instrumentum, in quo emptor promittit pretium venditori, hoc modo, Talis emptor promittit dare centum Titio occasione cuiusdam fundi sibi venditi,prout constat per instrumentum rogatum per talem: certè facit fidem istud instrumẽtum, faciens mentionem de instrumento venditionis,etiam si non producatur instrumentum vẽditionis. Si autem ambo instrumenta non sunt confecta inter easdem personas: tunc instrumentum faciens mentionem de alio, non probat de contentis in alio. Exemplum, dum dicitur in quadam cõparitione facta per quendam procuratorem, Titius procurator Seii,de qua procuratione cõstat per instrumentum rogatum per talem: certè non probaui de procura. nec de mandato, nisi ostendatur. & sic de singulis.

55 †Quæro,pone. Aliquis in libello,vel in positionibus, facit mẽtionem de aliquo instrumento: nunquid teneatur illud incontinenti exhibere, antequàm audiatur. Hanc quæstionẽ format Innoc.in c.j.de probat.& eius sententiam sequitur Ang.in l.j.§.edẽdo.ff.de eden. Sed quia dicta sua sententia non est vera,non curo eius verba aliter recitare. Ideò Bar.in l.postquàm.§.fi.ff.vt lega.no.cauca. Mirabiliter tamen dixit, quòd aut fit mentio de instrumento limitatiuè,aut declaratiuè. Si limitatiuè, tũc illud exhibere debet antequàm audiatur. Exemplum, Actor dicit, Talis vendidit mihi talem fundũ, prout constat in instrumento rogato per talem: nam illa dictio,prout, est limitatiua: vt in l.edita.C.de edendo.

Additio.

¶ De qua dictione, vide do. Alexan.de Imo.in consi.c vj.in.ij.parte. B.V idus.

¶ Certè nõ debet audiri,nec tenetur respõdere:nisi prius exhibito instrumento venditionis: quia cùm actor dicit, prout cõtinetur in tali instrumento,videtur limitare obligationem, secũdum quod continetur in instrumẽto. Sed in instrumento possunt esse aliquæ rasuræ,aliâs cancellaturæ,ex quibus instrumentum redderetur suspectũ. Si autem fit mentio de instrumento declaratiuè. puta,dicit actor in libello,Talis vendidit mihi talem fundũ, & hoc constat ex publico instrumẽto rogato &c. & tunc actor non tenetur exhibere instrumentum statim,sed lit.contesta. Attẽdite tamen quòd in primo casu, vbi dixi, quando fit mentio de instrumẽto limitatiuè,quòd actor tenetur incontinenti exhibere instrumẽtum, antequàm reus respondeat. hoc est verum, nisi apud reum verisimiliter esset tale instrumentum:quia tunc actor non tenetur incontinenti exhibere:secundũ Bar.in l.præalleg. Exemplum, legatarius petit rem legatam per testatorẽ ab hærede, & dicit in libello suo:Talis testator reliquit mihi in testamento suo.x.prout cõstat in instrumento rogato per talem &c. Nam

Nam hoc casu legatarius non tenebitur incontinenti exhibere instrumentũ testaméti: quia verisimile est instrumẽtum testamenti esse apud hæredẽ: vt in l. si quę sunt cautiones. ff. fami. erc. & in l. fi. ff. de fide instru. & hanc quidẽ sententiam secutus est Io. de Imo. in c. j. de prob. Ex supradictis habetis, quod Tutius est actori, quãdo vult facere mentionẽ de aliquo instrumento in libello, quòd dicat, & de hoc constat in instrumento rogato per talem &c. quia incontinenti non tenetur exhibere instrumẽtum: secus si diceret, prout cõtinetur in tali instrumento &c. vt ex prędictis li-
36 quet. †Quæro vlterius de alia vtili quæstione, vsque ad quem terminum possint produci instrumenta? dicite quòd vsque ad conclusionem in causa, in c. cùm dilectus. de fide instrumen.

Additio.

¶ Et an post conclusum in causa. vide do. Alex. de Imo. in consil. xj. in. ij. parte. & an possint produci ante litem contestatam, vide per eum, in consil. iij. in ij. parte. adde & Felin. hîc in ver. glo. in versi. productionis. B. Vadus.

¶ Saluo nisi esset statutus certus terminus, per statutum etiam per legem: quia vltra illum non liceret instrumenta producere: cùm terminus statutus à lege, vel statuto: semper intelligatur peremptorius: nec vltra terminum à lege, vel à statuto statutum aliquid proponere licet. Istud est singulare Innoc. in c. cùm in tua. qui. ma. accu. pos. Sed iuxta prædicta quæro, Pone quòd terminus producendi instrumenta non statuit per legem, vel statutum: sed est statutus à iudice, nunquid vltra illum terminum poterint instrumenta produci? multæ circa hunc articulum sunt opiniones: sed vera opinio & communis est, quod etiam vltra terminũ possunt produci re integra: si ius aduersarii nõ sit effectũ deterius. Nam si essent perempti testes aduersarii post terminum, per quos testes aduersarius reprobaret instrumentum: non posset produci instrumentum post terminum iudicis, aliâs sic. Pro hac sentẽtia est casus ad literam, in l. emancipium. ff. de opt. leg. Hæc equidem fuit sentẽtia Io. And. in cle. sæpè. de verb. sign. in glo. in verbo, non òbstante. Eádémque sententiam tenuit Iac. de Are. & Cy. in l si ea. C. qui accu. non pos. Idẽ quoque tenuit Ang. in l. j. §. edẽda. ff. de eden. Adiiciens plus, quòd si iudex adiecerit terminũ, siue statuerit peremptorium. x. dierum ad producendum instrumentũ: & si infra illum terminũ non produxerit, non amplius audietur, vel aliter terminum peremptorium statuerit, quòd adhuc nihilominus poterit producere, secundum theoricam supradictam: quod est menti tenendũ: cùm illa talis cõtumacia, non inducat terminum peremptorium: secundũ Bar. qui ita no. in d. l. mã-
37 cipiorum. †Quæro, nunquid instrumentum possit reprobari per testes.

Additio.

¶ Per quot testes autẽ reprobetur? vide do. Bar. Sozi. in consi. xciij. incip. præstãtissimi. ver. præterea cum. circa fi. in ij. parte. vbi etiam quid requiratur ad eius confessionem: & quid si testes descripti in instrumento cõtradicunt, an

tes super affirmatiua, non repelluntur à testimonio: licet sint singulares in causa propria sui dicti: ergo eodē modo erit in negatiua, si testis non remouet sensum contestis ab actu. Vt tamē euitentur istę contrarietates, debet esse cautus ille qui vult probare testes nō interfuisse illi contractu quòd capitulet loca & tēpora celebrati contractus: & quod illo tempore & loco Titius & Seius non fuerunt præsentes: & quòd vnus non potuisset esse præsens quin eum alius vidisset: tunc testes interrogati super illo capitulo, dicunt cōtenta in capitulo fore vera. primus testis dicit, scio. quia nō fuit pręsens: nec Seius fuit, quia erat mecū: & sic de singulis. Aut testes cōtradicunt instrumēto, dicentes se interfuisse cōtractui: sed dicunt negotium aliter fuisse gestum: & tūc per duos testes reprobat instrumentum, nisi coadiuuetur per alios testes in illo descriptos viua voce loquēs vera esse quæ cōtinentur in instrumento. dummodo sint testes qui sufficiāt in illo contractu, vel in illo actu, vel in illa dispositione.

Additio.

¶ Sed quando testes discrepant ab instrumento, quid fieri debeat? vide do. Alexan. de Imo. in consil. lvj. in. ij. parte. vbi no. ponit. cui magis stat. Et adde dominum Barto. Sozi. in consil. clxxj. incipien. Diu profectò. versi. multum etiā circa finem. quod testes instrumentarij ad reprobandum instrumentum, satis est quòd deponant rem non fore gestam, prout instrumentum cantat: licet non recordentur, prout res fuerit gesta. B. Vadus.

38 ¶ † Vnde si in codicillis, in q̄bus requiruntur quinque testes, duo conscripti contradicerēt, alij tres deponerēt pro codicillis: non posset sustineri instrumentum. quia non reperiūtur nisi tres testes in codicillis, qui non sufficiunt, nisi sint quinque: ideo oporteret quod quinque deponerent pro codicillis: & sic de singulis. & ita tenet Barto. in. d. l. j. §. j. quemad. testa. aper. Itē tenet Ioā. Cal. & Ioan. de Imo. in. d. c. cum Ioannes eremita. Vbi autem testes descripti in instrumento dicerent se non recordari de contentis in instrumento, non tamē propter hoc intelligitur instrumentum vitiatum: secundum Barto. vbi suprà, & secundum Ioan. Cal. & Ioan. de Imo. in. d. c. cum Ioannes. pro quibus facit glo. in. l. j. §. si dubitetur. ff. de iudi.

Additio.

¶ An tunc vitietur. vide do. Alexā. de Imo. in cōsi. xliiij. in. iiij. parte. B. Vad.

39 ¶ † Aut testes cōtradicentes instrumēto, sunt extra instrumentum: & tūc cōmunis opin. in hoc residet. quòd duo testes sufficiunt ad reprobandum dictum instrumentum nisi coadiuuetur per testes in eo scriptos viua voce deponentes.

Additio.

¶ Adde tamē quòd tales testes sint optimæ opinionis. vt per Barto. Sozi. in consilio. cclxxiiij. incipiē. In causa do. confe. ve r. postremò dico circa princip. vbi etiam idem quod hîc per Lanfran. de quo dic. vt dixi suprà eo. versi.

nume.xxvj.versicu.quero nunquid instrumentum.in aposti. in versicu. per quot testes.Celsus.

¶ Arbitratur tamē iudex,& erit in ei⁹ arbitrio inspecta qualitate personarū: nam si notarius erit bonæ famæ,& instrumentum non contineat rasuram, neque suspitionem,& testes contra instrumentum sint vtilissimi:stabitur potius instrumento. Si autem notarius esset modicæ fidei, vel instrumentum haberet in se aliquam suspitionem,& testes forent omni exceptiōe maiores: tunc derogaretur instrumento, ita q̃ hoc remaneret in arbitrio iudicis.Ita tenet Bald.in.l.in execrandis. C. de fide instrumen.& Barto.in.d.§. si debetur. Vnum scias tamen,quòd testes per quos debet reprobari instrumentum,debent esse omni exceptione maiores. Item aduerte,quòd in his quæ sunt de longinquo,magis creditur instrumentis,quàm testibus.casus est ad literam,in.l.Celsus.ff.de proba.& hoc quia labilis est memoria hominis: vt in.l.peregre.ff.de acquirenda possessio

40 ne. † vlterius quæro,nunquid si ex forma statuti,vel alterius iuris in instrumento requiratur certus numerus testium,notarius cōnumeretur in istis testibus:Bald.in dicta.l.Domitius Labeo.ff.de testamen. tenet quòd in instrumento publico,notarius nunquàm connumeretur in numero testium.in scriptura autem priuata, bene poterit computari in numero testium : & sic bene poterit deponere dictum suum, sicut cæteri testes descripti in scriptu

41 ra priuata:& ita est tenendum. †Itē quæro,nunquid si aliqua falsitas est in instrumento,totum instrumentum sit falsum?dic quòd aut est suspitio falsitatis propter rasurā,aut propter aliud vitium.si propter rasuram:& tunc aut rasura est circa substantiale instrumēti,puta in indistinctione,vel annis domini,vel simili:& tunc totū instrumētum redditur falsum:vt tenet Bald.in in.l.si ex fal.C.de transac.

Additio.

¶ Vbi vide do.Ias.May.& do. Alexā. & Sali.& Fran.Are.& Feli.in.c.fraternitatis.de hære.& do.Alex.de Imo.in consi.xliij.in.iiij.parte.B.Vadus.

¶ Aut rasura est in alia parte.& tūc aut per non rasum datur fides raso.& tūc totum instrumētū habet fidem,aut per non rasum datur fides raso,& tunc & rasura est in loco nō suspecto, nihilominus valet instrumentū:si autē rasura est in loco vbi est punctus quæstionis,& tunc instrumentū vitiatur.ita tenet Bald.in.l.fi.C.de edict.di.adri. tol.

Additio.

¶ Vide tu plene per Feli.in c.ex litoris.j.de fide instru.& plenè.in ca.inter dilectos.ver.inter.ibi sed cōtra. de fid. instru.vide de hoc per Guil.de Cu.in l.scriptæ.nu.j.& quod ibi posui in addi.ad ipsum.in ver.possint cōpati. C. de fid.instr.dixi post Bar.in.l. Quintus Mutius.§.itē scribit.in ver. inspicit. ff. de auro & argen.leg.post Bal.in.l.si ex falsis.nu.xliij.ver.sed quæro,qd in instrumēto.vbi etiam addidi.in versi.in parte falsum.C.de trāsact.post collec. in.c.cum lo.in fin.in versi.totū reputatur.de fid.instru.no.Feli.in cap.inter dile

dilectos.in versi.in tex.ibi, sed contra. eod.titu.Celsus.

¶ Aut in instrumento est aliud vitium, per quod est suspitio falsitatis:& tunc si vitiū est in vno capitulo principali, vitiantur omnia cōnexa:aut sunt plura connexa capitula separata,& tunc si vitiatū est vnū capitulum,non vitiantur cætera capitula.Ita tenet Inno.in cap.fraternitatis.de hære. Et idem tenet Bal.in.l.si ex falsis.C.de trāsactio. Diuersum nāque est in testibus:quia si falsum dicunt circa substantiā negotij principalis:vel circa id quod est qualificatiuum totius probatiōis,totum dictum suum vitiatur:veluti si testis interrogatus,si est affinis:respōdet quòd non:cū tamen esset affinis. totum suū dictum vitiatur:quia minor fides adhiberetur,si esset affinis,quā si nō esset. Ita determi. Innoc.in.c.fraterni. quod sequitur Bald.in.d.l.si ex fal.secus si testis dicat falsum circa aliquas:circūstantias,quæ non spectarent ad negotium principale:quia per hoc nō vitiaretur dictum suum.Innocen.in.d.c.fraternitatis.veluti si diceret contrahentē esse alia affinitate,quàm sit &c. Vnū aduerte,secundū Bar.quòd quādo reperitur in aliquo instrumento verbū aliquod cancellatū,præsumitur spontè.& consultè cancellatum per illum habētem potestatem cancellandi:& sic id quod est cancellatum,non debetur.ideò si testator in instrumento legasset.c. Titio,& in instrumento esset vnū verbū, quod diceret ducenta cancellatū.certè illa ducenta non debentur. hoc fallit in relicto ad pias causas:quia illud præsumitur incōsultè cācellatū:& per cōsequēs debebitur cācellatū,nisi probetur cōtrariū:Ita no.Bart.in.l. proximè.in fi.ff.de his quæ in te de. Vlteri⁹ quęro

50 † nūquid delictū possit probari per instrumentum.

Additio.

¶ Vide.d.Alex.de Imo.in.l. prætor.de edē.& Feli.in.c.cū in ecclesijs.ī.de maio.& obe.& in.c.j.de excep.vbi se remittit ad.d.c in ecclesiis.& Old.in cōsi.cxxiiij.& de hoc vide plene.ī.in practi.Bal.in rub.de qōni.circa materiam proba.in princip.Celsus.

¶ Conclude regulariter quod nō.fallit tamen in tribus casibus.primò,l.si in cōtrahendo delinquatur:puta, quia quis vendidit eam rē duobus emptorib⁹:vt in.l.qui duobus.ff.de Fal. Secundò fallit,si qs describit aliqd sibi in testō: vt ī.l.j.de his q sibi in test.ascri. Tertiò fallit,quādo pōt probari:id venit incidenter propter delictū.Ita intelligit gl.in.l.cōtra negantē.C.ad.l. Aquil.& oportet probare rē in qua datū est dānū esse in eā:vt in.l.liber homo.§.leges.ad legē Aquil.Dominū potero probare per instrumentū,si probauero cōtractū,qui reqritur ad acquisitionē dñij. Ista est doctrina Guil.in.l.j.in.§. diu⁹.ff.de testi. quē seqī Bar.in.l. senat⁹.ff.ad Turpil.in.c.cū P.tabellio.ī.de fide instru.

Additio.

¶ Et ibi plenè & ad saturitatē vide Pe. iiij.co.ver.x.qritur.&.d.Alex. de Imo. in.l.nec ei.§.j.de ado.& Old.in consi. lxxv.vide colle.in alle.c.cum p.nume. j.& quæ ibi signaui,in apos.ad ipsum.in ver.iudex.vbi etiā posui in add.ad Panor.

nor.nume.viij.in ver.non recognoscen tibus superiorem.dixi post Bal. in rub. C.de fi.instr.nu.ij.vers.si autem per legem.in ver.nec facere tabellionem, & post Bart. infra nec ei §.eorum. nu.j.in apost.in vers.creare.ff.de adoptio. Pan. consi.ciiij.volu.j.Celsus.

¶Dicit quod solus Papa vel imperator. potest creare tabelliones, & non alius: quia quod adhibeatur fides scripturæ tabellionum: est contra ius naturale, & ideò restringendum.est enim cõtra ius naturale.quod vna pellis animalis mortua,debeat facere plenã probationem & quod plus ei credatur, quod voci viuæ vnius testis. Potest etiam creare tabelliones,secũdum eundem ille, cui est concessum hoc priuilegium à papa,vel imperatore,vt sunt isti comites.qui dicuntur palatini. Item poterunt creare tabelliones,quibus hoc dedit consuetudo,quæ dat iurisdictionem vt in l. j.C. de emanci.libe. Non tamen isti habentes ex consuetudine, potestatem creandi tabelliones,poterunt aliquando talẽ concedere potestatem:quæ consuetudo non potest induci,nisi cum consensu tacito,vel expræsso superioris,secundum Innocen.in d.c.cùm P.tabellio. Subdit tamẽ ibidem Inn.quod etiam reges qui habent supræmam potestatẽ,& merum & mistum imperiũ, poterunt creare tabelliones,& idem dicendũ in aliis habẽtibus eandem potestatẽ, vt est dux Me-

42 diola.†Quæro vlterius, notarius scripsit testamentum testatore existente in periculo mortis:& cæpit ipse notarius publicare testamentum præsentibus testibus,vt moris est antè quod finiuerat notarius publicare mortu' est testator. Quæritur nunquid valeat tale testã.

Additio.

¶Pro qua materia vide quæ habentur per Fran.Aret. in l.hæredes. de test a.& quod ibi dixi in apost.B.Vad.

¶Tex.habes singularissimum,quod nõ valet in l.fideicommissa. in §. quoties. ff.de leg.iij.& ita sequitur Bar.& cæteri doct.& per illum tex.dicit Bar. multum singulariter.ibidem:ꝙ si reperitur schedula testamenti protocollo notarii & non dicatur in schedula,qualiter lectum est & publicatũ dictum testamentum,quod non valebit testamentũ, nec

43 faciet fidem illa schedula.† Quæro vlterius quidam produxit instrumentum in iudicio:aduersa pars redarguit illud de falso. videns ille qui produxit illud instrumentum illud posse de falso redargui coram iudice,protestatur vt euitet pœnam falsi se non vsurum illo instrumento, nec velle vti. dicit aduersa pars.Tu es vsus instrumento, & sic debes puniri.quid iuris? Dic quòd propter talem protestationem non punitur imò euitat pœnam falsi:vt est text. singu.in l.si aduersarius.C.de fi. instru. sed post talem protestationem si voluerit posteà vti illo,non auditur, nec poterit illo vti:secundũ Bal.d.l. aduersarius secundum Barto. in l. eos.ff.de falsis.Et ideò vna cautela est quod vbi quis producit instrumentum in iudicio,quod aduersa pars instet coram iudice & dicat.domine iudex,interrogetis talem qui producit tale instrumentum si vult eo vti & si responderet ꝙ sic non poterit posteà euitare pœnam falsi si arguatur instrumentum de falso.

Additio.

¶ Adde Fel.no.plenè in c.cũ venerabili in ver.primus est cũ ver.seq.de except.
¶ Ita tenet Bald.in d.l.si aduersarius.& Barto.in d.l. eos. nec poterit pœnitere: quod tene menti,quia quotidianum.

44 †Quæritur de alia qõne. Lata est sententia contra producentem instrumentum falsum super crimine falsi. quæritur nunquid talis sententia noceat notario,qui fabricauit tale instrumentum Cy.in l.j.C.qui accusa.pos.determinat quod non quia res inter alios acta. &c. Quod verum est,secundũ Ange. nisi sit lata sententia sciente notario: & quia tũc bene præiudicat,etiam notario per l.fi.C.de re iudi.Et ideò sit cautus notarius, qui sciat causam falsi agitari contra producentem instrumentum vt cõpareat ad defensionem.& etiam appellet,si sibi visum fuerit arg.in l. si suspecta.de inoffi.test.Iuxta præmissa dubitaĩ. Aliquis in causa sua produxit duos testes,optimè pro eodeponentes.Aduersa pars pendente lite accusat illos de falso fertur sententia cõtra ipsos testes quod falsum testimonium dixerunt:nõdum autem est finita causa principalis in qua dicti testes suum dictum deposuerunt. Quæritur nunquid sententia lata contra prædictos testes,præiudicet illi qui produxit ex quorum testimonio debet obtinere producens. Cy. in dicta l.fi.C.qui accus.pos.

Additio.

¶ Dic verum, quando excipit de falso. cõtra testes tm̃ sed contra qñ cõtra testes & producenté pro quo vide do.Alexan.de Imo.in l.ij.§.j.vi bono.rap.& in l.ꝙ ait.§.ꝙ ait.de adul.& Bal.in l.fi. ad fi.C.de fi.instr.& Io.an.in addi.ad Spe. de legi.§.restat.versi. sed quid in statuto.B.Vad.

¶ Vel non determinat quod talis sententia non noceat illi, qui produxit testes tales pro cuius sententia facit, quòd in simili videmus: quod sententia contra producenté testes, quia dictum suũ est, falsum solũ nocet producenti,nõn auté testibus,& hoc quia non est actum contra seipsos testes,ita erit è contra ꝙ sententia lata contra testes qui falsum, testimoniũ dixerunt,non nocebit producenti:quia contra eum non est hæc cau sa agitata:hæc similitudo probatur in l. lucius.ff.de his qui no. infa.

45 † Quæro de alia quæstione notarius in suo protocollo,seu in suo libro, protocollorum vel imbreuiaturarũm extendit instrumentum in quo continentur dies celebrati contractus.& in instrumentis requisitis.posteà dat copiam parti de tali instrumento extrahẽs ei copiam in publicam formam vt moris est in quo instrumento sic extenso, nõn est apposita dies.Quæritur nunquid valeat tale instrumentum,cum in eo non sit dies apposita,& an illa dies apposita in protocollo,repetita videatur in instrumento extracto.Spec.in ti.de instru. editione. determinat ꝙ valeat instrumentum,& videtur repetita dies apposita in protocollo.Hanc sententiam sequitur Bar.& est communis opi.doct.in l.finita.§.idé videamus.ver.sicut repetitam.ff.de dã. infect.& l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.ope.nun.& in c. cùm quæ. de rescrip.idem determinat Bart.in l.si.

quis ex argentariis. §. si initium. ff. de edend.& ita etiam vos tenete. Ex quo ergo habetis vnam notabilem conclusionem, quod instrumentum quod dat notarius parti extractum valet & tenet etiam si in eo non sit apposita dies celebrati cōtractus: dummodò in protocollo contineatur dies: quia illa dies apposita in protocollo, censetur repetita in instrumento extracto. Et vt plenius intelligatur de ista repetitione, habetis cōsyderare quod potest dubitari de dicta repetitione circa omnia quæ requiruntur in instrumento publico,& in instrumento publico plura requirunt vt notat gl. in l. generali. de tabellioni. lib. x. & in auth. vt proponatur nomen impera. De quibus dicite vt supra in hoc tra
46 ctatu plenè dixi. † Quæro igitur circa istam repetitionem. Nunquid si in principio libri notarii est appositum millesimum in primo protocollo, in cæteris autem instrumentis sequentibus nō est appositum aliquod millesimum, intelligatur repetitū in omnibus sequentibus.

Additio.

¶ Pro quo. Vide Fel. in c. j. vbi cæteri. j. de fi. instru.

¶ Guido in dicto. §. si initium. ∫ præalleg. determinat quòd sic.& idem tenet Bal. per l. continuus. ∫ cùm ita. ff. de verbor. obliga.& per l. si quis ex argentariis. §. si initium. præallega.& est ratio quia in vno anno potest notarius plura instrumenta conficere, & sic in eodem millesimo, ideò nimirum si millesimum appositum in primo instrumento intelligatur repetitum in omnibus sequentibus instrumentis, & ita de cōsuetudine seruatur quod notarius in principio anni facit vnum librum nouū,& in principio ipsius libri dicit. Hæ sunt imbreuiaturæ de quibus rogatus fui ego talis de anno. M. cccclij. Si autem in medio libri esset appositum millesimum, intelligeretur repetitum in sequentibus: nisi aliter appareret de mente notarii. Si autem in fine omnium imbreuiaturarum opponatur millesimum, trahitur ad omnia præcedentia, si hoc constat per aliquas coniecturas, vel per aliqua verba, aliâs non. verbi gratia, in fine imbreuiaturarum dicit notarius, Hæ sunt imbreuiaturæ mei talis notarii, de quibus fui rogatus, anno domini M. cccclvj. Quid autem de indictione, nunquid in dictio apposita in primo protocollo notarii, intelligatur repetita in sequentibus d. Bar. in d. §. si initium. quod si in libro notarii non sint factæ imbreuiaturæ, nisi vnius anni: quod tunc indictio apposita in primo protocollo notarii, intelligitur repetita in omnibus sequētibus: quia in vno anno non potest esse nisi vna indictio: vbi autem in libro essent instrumēta plurium annorum, tūc secus: quia vna & eadem indictio, non potest currere in pluribus sequentibus annis. Ita determinat Bar. in d. §. si initium. Nunquid autem dies apposita in primo instrumento protocolli notarii, intelligatur repetita in sequentibus: dicite quod sic, si immediatè sequitur, secundū doct. vt in d. §. si initium. Aliâs nō nisi secundū quod j. dicam. Potest enim apparere ex coniecturis: quod non sit repetita dies in sequētibus. Ecce, pono quòd in primo instrumento protocolli est apposita dies, posteà sunt dimissæ duæ vel

tres chartæ vacuæ quæ nõ sunt scriptæ deinde in sequẽti charta est instrumentum sine die certa: illo instrumento nõ intelligitur apposita dies est in primo protocollo, nisi appareat notariũ dimisisse illas chartas non scriptas per errorem. puta, quia propter festinãtiam vel nisi ex aliis coniecturis appareat dictas chartas pro superuacuis habitas esse: puta, quia notarius scripsit super illas, vacat, & nihil deficit, vel alia similia. Secundò apparet nõ esse repetendam diẽ in sequenti, quando in ipso instrumento debet intelligi repetita dies, & dimissum est spacium. vbi debebat apponi ipsa dies: verbi gratia instr̃m dicit actum anno. M. tali. deinde dimittit spacium vbi debebat poni, tali die. Nam eoipso, quòd dimisit spacium: non valet tale instrumentum celebratum illo die, quæ continetur in præcedenti instrumento: quia hoc dixisset nec de eo dubitasset notarius, dimittendo spacium: cùm in primo instrumento, sit ipsa dies scripta. Tertiò coniectura erit quòd non erit repetita dies, si est apposita tantum dies in genere, nec dixit de qua die. Idem etiam si appositus mensis alius, quàm sit positus in primo instrumento: certè non intelligitur repetita dies apposita in primo instrumento: cùm hoc sit impossibilie, cessantibus illis coniecturis, erit in arbitrio iudicis, an dies intelligatur repetita vel non si facit multa instrumenta insequentia immediatè instrumento primo tenere hoc pro constanti, quòd intelligitur repetita: nisi sint aliquæ coniecturæ in contrarium, vt suprà dixi. Quæro notarius in principio protocolli sui, sine imbreuiaturæ apposuit signum suum posteà in aliis suis imbreuiaturis nõ apposuit signum suum, nunquid aliæ imbreuiaturæ valeãt: & nunquid signũ tabellionis intelligatur repetitum? Bar. in d. §. si initium determinat quod sic: quia tales imbreuiaturę valebunt: & signum intelligit repetitum, cùm sit vniformis in cæteris imbreuiaturis. Idem si apponatur in fine omnium imbreuiaturarum; quod intelligitur in cæteris imbreuiaturis. De cæteris autem requisitis, an intelligantur repetita: dicite plenè vt in d. §. si

47 initiũ. †Quæro vlterius, vtrùm amissum instrumentum, possit probari per testes ita vt sufficiat ad condemnationem.

Additio.

¶ Quibus autem modis probet. vide Feli. plenè in c. sicut. in ver. quinta declaratio. j. de re iudic. vbi etiam dicit quòd vbi constat solum instr̃m esse amissum ex dicto testium, non concurret beneficium summariæ cognitionis, & cæteris expeditionis datum instrumẽto à lege vel à statuto. Celsus.

¶ Gloss. est singu. in l. sicut. C. de fide instrum. quæ dicit, quòd si per testes probatur amissio instrumenti, quòd istud sufficiat ad hoc vt possit deferri iuramentum in supplementum probationis. gloss. autem in capitu. cùm olim. de censibus. dat aliam Doctri. Bartol. autem in dicta lege sicut. dicit, aut testes deponunt solùm de perditione instrumenti, & non aliud, & tunc nihil faciunt: aut deponunt de veritate, puta, quia dicunt se interfuisse contractui, & tunc plenè probant, & deponunt de re-

nore instrumenti,& deperditione : puta,quia dicunt quòd in tali instrumento quòd est deperditum , continebatur qualiter Titius mutuauit.x. Scio,& quod hoc ipsi legerunt in dicto instrumento:& tunc tales testes faciunt semi plenam probationem,ita vt veniat iuramentum deferendum creditori : sed tales testes debent esse periti.aliâs: non facerent semiplenam probationem:secundùm Bartol.

Additio.

¶ Scilicet vt sciant legere & scripturã intelligere.Ita idem Barto.in l.ij.in fi. ff.de iure fisci.& in l.j.ff.si cer.pe.& in authen.si quis in aliquo.C. de eden.& in l.certi. §. quoniam.ff.si certum petatur.Celsus.

¶ Vnde si essent iuristæ. vel alii boni practici : puta, notarii sufficeret.

48 †Quæro vlterius,reperitur instrumẽtũm,in quo Titius est confessus se debere decem.Scio ex causa mutui : iste Titius vult contradicere,ꝙ non est debitor:nunquid potest probari per testes?dicite,secundùm Barto.& Bald.in l.generaliter.C.de non numerata pecu. Aut cõfessio est celebrata in scriptis:& tunc,aut debitor vult dicere talem confessionem nunquàm fuisse subsecutam nec notarium nunquam fuisse rogatũ de tali confessione:& tunc hoc potest probari per testes:vt in l.optimam. C. de contrahen.stipu.Aut debitor confitetur notarium fuisse rogatum.sed dicit negotium aliter fuisse gestũ,quã dicat instrumẽtum:puta,quia dicit istud instrumẽtũ fuisse simulatũ:& tunc nõ potest probari,nisi per aliud instrumentũ,non autem per testes:vt est text.in l. generaliter.aut negat solennitatem, de qua in instrumento dicitur interuenisse:& tunc per testes potest illud probari.Ista est glo.singula.in l.in regem. §. quod fortè.de pact.Aut contractus non fuit celebratus in scriptis,& tunc indistinctè potest probari per testes. Ex quibus omnibus habetis intellectum dictæ l.generaliter.Quæ lex loquitur, ꝙñ contractus fuit celebratus in scriptis: & ita ibi tenet gloss.& sequuntur cæteræ doctores.& per hoc Barto.dat optimam cautelam,quando celebratur aliquis contractus simulatus:vt fit quotidie,videlicet ꝙ emptor dicat, volo ꝙ illa venditio celebretur in scriptis:& si celebrata fuerit in scriptis, dato ꝙ in rei veritate illa venditio fuerit simulata,qua apparet euidenter per multas cõiecturas:puta,quia venditor post venditionem reperitur possidere: nihilominus venditor non probauerit simulationem per scripturam publicam,non poterit obtinere,sed emptor aufert possessionem,per supradicta.

49 †Et dicitur cõtractus in scriptis,si partes noluerint talem contractum habere pro confecto, donec de illo non fieret scriptura.

Additio.

¶ Adde do.Barto.Sozi.consilio.clxxiij. incip.Reueren.pater.versi. sed prædictis non ob.circa fi.in.ij.parte.quod cõtractum celebratum in scriptis partes non cẽsentur voluisse,nisi expresserint se scriptis velle cõtrahere.B.Vadus.

¶ Ita no.per doct.in l.cõtractus. C. de fide instru. Illi aũt contractus qui fiũt hodie & postmodũ,vt appareat melior

prob

probatio.rediguntur in scripturã, non dicuntur in scriptis fieri:secundũ doct.
50 vbi supra. †Quæro vltra premissa, nunquid instrumenta sint edenda in iudicio:breuiter concludite,ꝙ omnia instrumenta quę quis producit in iudicio tenetur edere aduersario petenti: vt.in l.j.§.edenda.ff.de eden. Sed stat du-
51 bitatio magna,†nunquid instrumenta sint edenda cum die & consuetis in eis apponi?Pro conclusione huius, facite regulam negatiuam, quia vbi petitur instrumentum edi,non est dies.Illud probatur in l.j.editiones.ff.de eden.fallit,si instrumentum est commune ratione proprietatis,vel vtilitatis,vel sit proprium petentis:vt est instrumentũ venditionis,quod continet vtilitatem promiscuam emptoris & venditoris.In his debet edi dies.Tamen secundũ Innocẽ. tale instrumentum venditionis,non debebit compelli aduersarius edere,quòd ipse redimat à notario,nisi iusta causa suadente.puta,quia ipse non habebat, & notarius perdit originale:nam tunc bene compellitur.Ita tenet Inno.in c.j. de proba.Aliàs autem si instrumentum quo quis vtitur in iudicio,esset propriũ ratione proprietatis & vtilitatis non cõpelleretur edere cum die.pone exemplum in instrumento mutui,quod redemit à notario creditor:tale instrumentum est proprium creditoris ratiõe vtilitatis & proprietatis. Fallit hoc in tribus casibus.Primò si vellet quis redarguere instrumentum de falso: tunc compellitur edere diẽ:secũdũ Cyn.in l.optimam.C.de contrahen. stipula.& secundũ Angel.in l.j.§.editiones.ff. de eden. Secundò fallit,si vellet deliberare quis,vtrũ cedere,vel contendere vellet:& non posset deliberare,nisi edita sibi die.exemplum, si conuentio est hypothecaria,& conuentus similiter est creditor hypothecarius:certè si non editur dies instrumenti actoris,non poterit scire conuentus quæ sit prior hypotheca an sua vel actoris. Tertiò fallit,si intersit conuenti diem edi. puta, quia tẽpore mutui moneta erat vnius valoris,& modò est alterius.certè debebit edi dies mutui facti Ita concludit Angel.in.§.editiones.& hæc vera sunt in instrumentis,quibus dixit quis in iudicio se vsurum.puta,quia in libello facit mentionem de aliquo instrumento hoc modò,prout constat in instrumen-
52 to rogato per talem &c. †Sed q̄d de instrumẽtis,quibus quis nõ vtitur, nec est vsurus in iudicio:nunquid aduersarius possit cõpelli talia instrumẽta edere?cõmunis opinio sic se habet:ꝙ actor non potest compellere reum ad edẽdũ sibi instrumenta sua pro eius intẽtione fundanda.Sed bene potest cõpelli ad edendum instrumenta,pro coadiuuanda intentione actoris,& pro eius replicatione fundanda. Actor autem potest compelli edere reo, instrumenta sua pro fundanda & coadiuuãda intentione & exceptione rei.

Additio.

¶ De ista editione instrumentorum, scilicet an actor teneatur edere reo instrumenta & quando,dixi post Barto. in.l.edita.nume, xviij. in apo. in ver. edi.C.de eden.& in stilo parlamenti. parte.j.titu.an pars agens.ver.j.& not. Bart.Sozi.reg.cxiij.& quod ecõtra.vide cõ

de eundem Sozi.in regu.cxcij.in ver. editio.Celsus.

¶Hæc probantur in l.fi.C.de eden. secundum diuersas lecturas.& ibi tenet Barto.Bald.& cæteri.& Barto.in.d.§. editiones.Hæc omnia vera sunt quæ dicimus de die non edendo:vbi dies est de substantia contractus:vbi autem nõ esset de substantia contractus,bene debet edi.& sic in instrumento procurationis,vel inuentarii debet edi dies secundum Angel.vbi suprà. Quæro vlterius,quid de rationibus, quas quotidie conficiunt isti artifices,nũquid sunt edende.Ioan,and.in cle.ex grandi. de vsuris.tenet quòd non: nisi æquitate suadente.puta,quia vtitur illis rationibus,pro se:tunc bene tenebitur edere: aliâs non:speciale enim est in vsurario,qui tenetur edere codices vsurarũ rationum:vt in dicta cle.ex grandi.

Additio.

¶Adde Paul.de Cast.& do.Alexan. de Imol.in l.pretor.§.etiam is.ff.de eden. & Fran.Aret.in l.j.C.eod.titu. Et adde Car.in cle.j.§.j.versi.oppo. de vsuris. quod verum est,etiam si desiit fœnerari.B.Vadus.

¶Et hanc opi.tenet Angel.in l. argentarius.in princ.ff.de eden. Hactenus visum est de instrumento publico, aut scriptura publica. Nunc de scriptura priuata,aliqua pertingamus.Primò itaque

53 que sciendum,†quòd triplex est scriptura priuata:prima vocatur apodissa, quæ datur à parte parti, secunda scriptura dicitur liber rationum,tertia epistola nominatur.de singulis itaque est videndum,& primò de apodissa. Et

54 quæro,†nunquid apodissa faciat plenam probationem?dic quod aut debitor eam confitetur sua manu scriptam, & tunc plenam facit probationem. aut negat sua manu scriptam, & contenta in ea:& tunc aut talis scriptura habet subscriptionem partium, & trium testium etiam cognoscendum suam subscriptionem,vel aliqui testes non sunt subscripti,sed interfuerunt subscriptioni debitoris,quando debitor subscripsit dictam schedulam:& tunc talis apodissa bene probat:vt in authen.si quis. C. qui po.in pig.ha.

Additio.

¶Adde d.Ias.May.in sua aurea repet. l.admonendi.de iureiur.vbi summariè & not.tractatur materia apodis. priuatæ vbi etiam Bart.ver.circa primam:& quid si vnus ex subscriptis sit mortuus, an probet.not.in.c.ij. de fide instru.& & de originali dicto vide Bar. in.l. ad testium.§.si quis.in fi.de testib.& Corse.sing.suis,in ver.epistola.B.Vad.

Aut talis scriptura habet subscriptionẽ solam testium,vel testes interfuerunt:si tres,& tunc facit semiplenam probationem,cũ comparatione literarum:vt in authen.& si contractus.C.de fide instr. Aut talis scriptura non habet aliquam subscriptionem testium,nec potest fieri comparatio,nec aliqui testes interfuerunt qui viderint apodissam per debitorem scribi.Et tunc nullã facit probationem:nisi qualequale indicium.Ita tenet Bald.in l.nuda.ff.de dona.& in l. admonendi.ff. de iureiurand. In eo quod dicit Barto.quòd scriptura priuata facit plenam probationem,vbi interuenit

uenit testium & partium subscriptio.

Additio.

¶Adde d.Mari. Sozi.in consil.xxxiij. incip.prosequendo.ver.ij.conclu.circa fin.& in consi.xlj.incipien.antequā ad ij.q.ver.non ob.iij.ibi non obst. quintum.in.j.parte.q̃ licet scriptura priuata habeat subscriptionem plurium testium,annum,mensem,diem,& similes solennitates,tamen si testes non recognouerint subscriptiões suas,vel mortui sint,& nulla sit facta comparatio,& pars neget,non probat.& quid requiratur,vt scriptura priuata probet? vide per do.Barto.Sozi.in consilio.cxiij.incip.pro sequendo.versi.& an ex ea scriptura eadē parte.& an,& quādo, & cui scripturæ priuatæ adhibeatur fides: & quod de scripturis priuatis,& libris rationum hebreorum,mutuātiū sub vsuris? vide per eum,in consi.lxiij. incipi. in præsenti. versic. præterea clare:ea parte.& per Feli.c.scriptura.j.de fi.instru.vbi plenè & not.per do.Bart. Sozi.in consil.cclxxxiij.incipi.in præsenti.versi.j.in exigenda,ibi, quæ facta,in ij.parte. B.Vad.

¶Reprobat Bald.in authenti.sed nouo iure.C.si certum petatur.dicens,ad hoc vt fiat plena probatio,requiritur comparatio literarum:& dicit ita tenere Nico.de mat.vos tenere Barto.in d.authē. si quis.

55 †Circa secundam scripturā, scilicet librum rationum,dicite: aut liber conficitur per debitorem scribentem:& tunc facit contra se plenam probationem:pro se autem nihil probat. glo.est in l.quædam.in.§.nummularios ff.de eden.& facit text.in l.exemplo.& in leg.rationes.C.de proba.& in l.cùm de indebito.§.fina.ff.de proba.hoc fallit in his quæ dependent à mera voluntate scribentis:quia tunc pro se etiam faciunt fidem:vt in l.Nesennius Apollinarius.ff.de negoc.gestis. Exemplum potest poni in protestatione,quæ depēdent à mera voluntate protestantis, & etiam in aditione hæreditatis:ita concludit Bartol.vbi suprà. Addite prædictis,secundum Angel.quòd vbi esset aliquod capitulum in libro rationum indiuiduum,quod partim faceret pro scribente,& partim contra:quòd aduersarius debet aut in totum respuere, aut in totū acceptare:sicut in illis partibus & punctis quæ faciunt pro scribēte habeat etiam locum & faciat fidem contra scribentem. Ita dicit Ang.in l. quidam.in.§.nummularios.ff.de eden. pro quo facit text.cum gloss.in l.Publia.in fin.ff.depositi.& facit quod habetur in l.si quidem.ff.de exceptio. In aliis autem tenetur,vt suprà dixi. Si autem liber non conficiatur manu creditoris,aut mercatoris:quia de hoc non constat,sed dubitatur:imò cuius manu sit scriptus, & tunc debet recurri ad comparationem literarum: & tunc comparatio facit fidem in libro rationum.

Additio.

¶Quomodò & quando comparatio literarum fieri debeat? vide domi.Alexand.de Imo.consilio. lxxvj. per totum,in iij.parte.& in consil. lxxxiij.in iij.part.& in cōsil.cxxiij.ea.parte.& qualiter probetur per testes,quem scripsisse talem scripturam? vide per eū,in d.cōs. lxxxiij

lxxxiij.& plenè Feli.c.ij.in versic.vij. declaratio.infra de fide instru.vbi plenè,an & quando comparatio literarum locum habeat. Et an & quando possit iudex compellere debitorem ex æquitate,nunquid illa scriptura sit de manu sua, & an facere illum propria manu scribere,& ex illa scriptura facere comparationem? vide Barto.in authen.sed nouo iure.nu.j.& quod ibi posui,in addit.ad ipsum. in versic.comparatio.vbi etiam posui in addi.ad Bal.nu.iiij.ver. & pro pleniori notitia.in apost.in ver. priuatam.C.si cert.pet.Celsus.

¶Licet in apodissa faciat solummodò semiplenam probationem: quia iura antiqua corrigendo materiam comparationum, solummodò corrigunt in apodissa: vt in l.cùm comparationes. C.de fide instrumentor. Et est ratio, quia quando quis facit apodissam, debet sibi imputari, quòd non seruet debitam solennitatem testium, cùm faciliter possint haberi: secus est in libro rationum, quia non semper cum scribitur vnum capitulum, possunt habere testes: & hæc procedunt, vbi non constat quod liber sit tertii. vbi autem con staret, quòd liber esset tertiæ personæ. In quo quis apparet debitor alterius: vt in libris mercatorũ, vel capsorum: tunc talis scriptura priuata, facit semiplenam probationem: secundum Nicolaum mata.Iaco.butr.& Ange.in dicto. §.nummularios. idem tenet cum Barto.in dicta l.admonendi.& in dicta

96 l.nuda. †Tertiò circa epistolam,quã absens mittit absenti,si est confecta per debitorem,plenè probat: si autem non confecta per debitorem, sed per alium tertium,& habet signũ debitoris, idem: vt in l.si contra per calumniam. C.de episco.& cleric. Nam signum multùm operatur ad faciendam scripturam indubitatam esse:secundum Baldum,qui ita notat,in l.in bonæ fidei.C.de rebus credi. Si autem non habeat sigillum,& debitor negat sua manu scriptam: & tunc debet perueniri ad comparationem literarum, quæ comparatio, plenam facit probationem:secũdum Bart. in dicta l.admonendi. & in dicta l.nuda. Aduertite tamen, si quis reciperet aliquas literas ab aliquo: & essent in præiudicium accipientis illæ literæ: puta, quia scribens in illis literis, diceret recipientem literas esse suum debitorem de centum:& illis receptis recipiens,nihil diceret:videtur confiteri omnia contenta in ista litera,& sibi prę iudicant: vt est tex.sing.& menti tenendus,in l.si filius.ff.ad Maced.

Additio.

¶Vide do.Alex.de Imo.in consil.lxxviij.in.j.parte. adde Matth.Mat.singu. suo.xxij.inci. nota mirabilem modum, & singu.suo.lxxiiij.incip. nota doctrinam mirabilem Bartol.Bal.& Pau.de Cast.in l.Publia.§.fi.ff.deposi.Panor.& Imo.in c.bonæ.el.ij.de postulat.prælat.Innoc.& Feli.in c.ij.de fide instru. Ang.in l.scriptis.C.de admi.tutor.Bal. & Salic.in l.j.C.de eden.do.meum.do. Iaso.May.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no.oper.nuncia.eundem. in l.admonendi.vers.sexto limita.ff.de iureiuran.Celsus.

¶Quia dictum est de comparatione, videndum est quãdo, & in quibus scri-

ptur

pturis fiat ista comparatio? Pro cuius intelligentia est sciendum, quòd duplex est scriptura: quædam publica: & quædam priuata. De scriptura publica, quot modis dicatur, suprà vidistis: circa quam dicite, aut instrumentum publicum est debita solennitate fulcitum, & aduersarius non negat istud instrumentũ esse publicum, & tunc comparatio non est necessaria: cùm ipsum instrumentum faciat plenam fidem: vt in l.cùm precibus.ff.de probat.& quia cõparatio, est remedium subsidiarium probationis, nec ad illam recurritur, si aliæ probationes possunt haberi: secundum Angelum, in glo.in.§.si quis agitur. in authen.de fide instrument. Aut aduersarius negat illud esse publicum instrumentum: & tunc recurritur ad tabellionem, & ad testes, si viuant. & tabellioni asserenti se scripsisse creditur: vt in l.si quis decurio. C.de falsis. aliâs ad comparationem recurritur, quæ comparatio sumetur ab illa scriptura priuata, vel etiam publica, quæ habeat subscriptionẽ trium testiũ &c. Aut tale instrumentum caret debita solennitate, & tunc cùm instrumentum sit nullum, nulla potest fieri comparatio: siue sit formæ defectus substantialis, siue solennitatis, siue formalis. Ideò concludit Cyn.in l.comparationes.C.de fide instru. Aut loquimur in scriptura priuata, & in hac consideranda, est duplex scriptura: quia quædam est scriptura ad quam fit comparatio, & quędam est scriptura ex qua fit comparatio. Scriptura ad quam fit comparatio, dicitur scriptura quæ producitur in iudicium: vt ex ea fides adhibeatur continens id, in quo debitor est obligatus. Scriptura autem ex qua fit comparatio, dicitur scriptura quæ producitur in iudicium: vt ex ipsa accipiatur similitudo: cùm scriptura debiti in iudicium porrecta, de cuius fide dubitatur. Ita dicit Cyn.in l.comparationes. & legitur in authen.si qui. C.qui pot.in pig.ha. Circa primam scripturam, ad quam fit comparatio, requiritur, quòd habeat subscriptionem trium testium: & si contractus esset in scriptis, qui ascenderet vltra libram auri, & esset celebratus ab imperito, requireretur subscriptio quinque testium: secundum Albe.in d.l.comparationes. Item requiritur quòd testes viuant, qui sunt descripti in dicta scriptura: aliâs non potest fieri comparatio. Item requiritur quòd alia probatio haberi nõ possit. Item requiritur quòd scriptura ex qua fit cõparatio, sit subscripta annotatione trium testiũ, quorũm saltem duo de sua subscriptione attestentur: secundũ Ang.in d.§.si quis. idem in authen.de fide instru.& probatur in l.comparationes. suprà, allegata. Idem tamen si pars aduersa confiteretur illam esse subscriptionem testium: vt no.Ang.in authen.si quis.in fi.C.qui pot.in pig.habe. Si tamen aduersa pars vteretur aliqua in iudicio scriptura propria, etiam nullam subscriptionem testium habente, ex illa posset fieri cõparatio.in authen.ad hæc.C.de fide instru. Et est ratio, quia eòipso quòd vtitur ea in iudicio, videtur eam approbare & asseuerare esse veram. ita Albe. in d.auth.ad hæc. Potest etiam ista scriptura esse publicum instrumentum: ita

quòd comparatio poteſt fieri ſecũdum opinionem communem doct. Ex ſcriptura publica ad priuatam, & priuata ad publicam, modo quo ſuprà dixi. veluti, ex ſcriptura priuata ad publicam, cum ſubſcriptione teſtiũ: vt ſuprà dixi: vel eſt priuata ad publicã: cùm priuata producitur per aduerſarium ipſum, ſi non habeat ſubſcriptioné teſtium: vbi dixi. Requiritur etiam: ſecundũ Cy. & Alber. in d. l. comparationes. quòd in tali comparatione, habeantur periti in arte, qui ſint iurati, & tutius erit quòd hoc ipſi periti examinent præſente iudice: ſi tamen hoc fieret non præſente iudice, non vitiaretur: ſecũdum præfatos doct. Item debent eſſe literæ omnino ſimiles: aliàs ſi aliqua eſſet diſsimilitudo, licet in alia parte eſſet ſimilitudo, non imponitur fides illi ſcripturæ: ſecundum glo. & Ang. in. §. ſi quis igitur, in authen. de fide inſtru. & ſic habetis. qualiter debeat fieri comparatio litera-
57 rum. †Modò videndum, quantam fidem faciat talis comparatio? dicite ſecundum Alb. Cy. & communiter doct. quòd facit ſemiplenam probationem. Ita tenent Albe. & Cyn. in dicta l. comparationes. tamen Alber. dicit, ſe vidiſſe ſeruari communiter, quòd facit talis comparatio plenam probationem. Hęc omnia intelligit, quando fit comparatio ad apodiſſam: id eſt, ad ſcripturam priuatam, quæ à parte parti, in qua continetur debitum: quia tunc facit ſemiplenam probationem: vt ſuprà vidiſti. Secus eſt in libro rationum, & in epiſtola: quia quãdo fit comparatio, etiam ſi in ipſo libro non ſint aliqui teſtes, neque in epiſtola: talis comparatio facit plenam probationem: ſecundum quod dixi, allegando Bart. in l. nuda. de donat. & in l. admonendi. de iureiurani.

Attendite circa hanc comparationem, quòd iudex poteſt compellere debitorem ex æquitate reſpõdere: vtrùm illa ſcriptura priuata producta, ſit dę manu ſua: ita ego feci & practicaui in ciuitate Cremonæ. Item poteſt iudex compellere debitorem, propriạ manu ſcribere: vt ex hac ſcriptura faciat comparationem. Ita tenet Ang. in dicta authen. ſi quis igitur. Tamen non multam faciet fidem talis comparatio; quia ex tempore, ſolet mutari qualitas ſcribendi: ſecundum Ang. vbi ſuprà. Et modò habetis pleniſsimè materiam huius comparationis, quam compoſui ex diuerſis dictis doctorum: quia nullus doctor de per ſe hanc materiam plenè proſequitur: tamen eſt materia vtilis & quotidiana. Quæro circa mate-
58 riam priuatæ ſcripturæ? † vnus creditor producit vnum inſtrumentum publicum, in quo apparet bona Titii debitoris eſſe obligata. Alius creditor producit priuatam ſcripturam, cum ſubſcriptione trium teſtium, in qua ſcriptura dictus Titius apparet debitor, & quòd eius bona hypothecata ſunt iſti debitori: & iſtud debitum ex ſcriptura priuata apparet, anterius datum: dicit creditor, qui habet publicum inſtrumentum. Ego debeo præferri, quia meum creditum eſt in inſtrumento publico. Aliud in ſcriptura priuata. quid iuris?

Additio.

¶ An & quando ſcriptura priuata, præual

ualeat publico inſtrumento? vide dominum Bartholomæum Sozinum. in conſilio.cclxxiiij.in cauſa. domi.Lyſe. verſiculo, circa tertium circa medium. cum verſicu.ſequent.in ſecunda parte. B.Vadus.

¶ Angelus,in l.ſcripturas.C.qui potiores in pignore habeantur. tenet quòd præferatur ille, qui habet ſcripturam priuatam. cùm tanta fides adhibeatur teſtibus, quanta inſtrumento: vt in l. exercendis.C.de fide inſtrumentorum. Secus autem ſi creditor produceret ſcripturam priuatam, ſine ſubſcriptione teſtium: vel ipſa ſcriptura confiteretur alium eſſe creditorem anteriorem: quia talis confeſsio non nocet creditori:ſecundum Angelum, in dicta l.ſcriptura.Et notate,ſecundum Bartolum,in dicta l.ſcripturas.præallegata, quòd teſtes qui ſunt deſcripti in ſcriptura priuata, qui habent deponere dictum ſuum: vt dicta, ſcriptura faciat fidem, non requiritur quòd deponant de veritate contentorum in dicta ſcriptura:ſed ſufficit quòd deponant ſe feciſſe illam ſubſcriptionem, quæ eſt in illa ſcriptura priuata.Nam ſi deberent deponere de veritate contentorum in ſchedula, debitor eſſet peioris conditionis,feciſſe talem ſcripturam, quàm ſi non fecit, quia ſine ſcriptura, duo teſtes ſufficiunt: vt in l.vbi numerus. ff.de teſtibus. Idem ſi eſt ſcriptura priuata, & teſtes ſe non ſubſcripſerunt: ſed ſolùm interfuerunt, quando debitor ſcripſit illam ſchedulam, ſufficit ſi teſtes dicant, non interfuimus, & fuimus præſentes, quando talis debitor ſcripſit iſtam ſcripturam. Ita tenet Bartolus, in authentica ſi quis.C. qui potiores in pignore habeantur. Et
59 ibi hoc vult text. †Quæro vlterius, nunquid ſcriptura priuata requirat diem & locum.

Additio.

¶ Vide dominum Alexandrum de Imola, in conſilio ſeptuageſimo. in prima parte.& in conſilio decimoquinto. in tertia parte. & in conſilio ſeptuageſimoſexto. eadem parte. & in conſilio centeſimoſeptuageſimonono.in ſecunda parte. & in conſilio centeſimotrigeſimoſecundo. in quarta parte. Benedictus Vadus.

¶ Dicite quòd quo ad ſubſtantiam obligationis, vel contractus, non requiritur dies, neque locus. Ita intelligitur lex, cùm tabernam. §.idem quæſiit. ff. de pignoribus,& hypothecis. Ita intelligit Cynus illum textum, in l.optimam. C.de contrahenda, & committenda ſtipulatione. quò etiam ad probationem debiti, non requiritur dies neque locus: vt in l.Publia. in fine.ff. depoſiti,vel contra. quo autem approbandum prioritatem, aut poſterioritatem temporis,requiritur dies.quia aliter apparere non poteſt.Iſta eſt diſtinctio notabilis Angeli, in §.ſi quis. authentico, de inſtrumentorum fide & cautela. ſubiiciens caſum eſſe ſingularem, in quo dies & locus, eſt de ſubſtantia ſcripturæ priuatæ: ſcilicet, in legitimatione filiorum naturalium. In qua ſcriptura priuata, requiritur dies & locus. Et allegat caſum, in l.quantùm verò.in authent.quibus modis naturales efficiuntur legitimi.

CAPVT. X.

DE INTERLOCUTORIJS, & appellationibus.

SVMMA CAPITA.

1 Qui iudices esse non poßint.
2 Exceptiones contra iudicem, quando locum habeant.
3 Rescriptũ iudicis delegati, quãdo eludatur.
4 Religiosus vtrũ poßit esse iudex secularis.
5 Religiosus, vtrũ poßit esse iudex ecclesiasticus, vel episcopus.
6 Causa quatenus delegetur.
7 Certa scientia principis, quomodo probetur. & quando clausula illa necessaria sit.
8 Sententia in scriptis ferenda est.
9 Sententia quomodo ferenda.
10 Sententia ad aliud se referens, vtrũ valeat.
11 Protestatio vel denuntiatio, vtrum per scripturam facienda sit.
12 Sententia sedendo ferenda est.
13 Sententia metu lata, an valeat.
14 Iudex vtrum consultorem iurisperitum assumere poßit.
15 Iudex vtrum sententiã suam interpretetur.
16 Sententia debet esse conformis libello. 22.
17 Sententia vbi ferenda.
18 Sententia coram quo ferenda.
19 Sententia quibus constet. 22.
20 Vitiato ordine, vitiatur sententia.
21 Sententia sine causæ cognitione, nulla. 26.
23 Libellus incertus, tolleratur.
24 Sententia incerta, vtrum valeat. 26.
25 Sententia in dubio ad acta referenda est.
27 Iudex sententiã suã vtrum reuocare potest. & nu. 29. 32. 34.
28 Sententia appellatione, quæ veniãt, & nu. 31.
30 Quatenus interlocutoria sententia reuocari poßit.
32 Sententia vbi nulla est, an eam iterum iudex pronuntiare poßit.
33 Vbi sententia est nulla, de quo prius cognoscendum.
35 Iudex an poßit sñiam suã ꝑ parte reuocare.
36 Qui iudices, sententiã suam exequi poßunt, & qui non.
37 Potestas iudicis delegati.
38 Vbi manda. est causæ cognitio, vtrum videatur mandata executio.
39 Iudex quando alterius sententiã exequatur.
40 Quomodo sententiæ executio petenda sit.
41 In executione sentẽtiæ, vtrum requiratur citatio, & eius forma.
42 Acta facta in iudicio summario fidem non faciunt in plenario.
43 Quæ causæ impediant executionem sententiæ. & sequen.
44 Supplicatio, vel restitutio in integrum, vtrũ impediat executionem sententiæ.
45 Nullitas sententiæ, quomodo & quatenus opponatur.
46 Sententia in qua non inseritur causa, vtrum sit nulla.
47 Sententia non potest retractari per instrumenta de nouo reperta.
48 Appellatio quod contineat. & nu. seq.
49 Quis dicatur incontinenti appellare.
50 Quæ appellatio sequenda sit.
51 In appel. quæ tempora spectanda.
52 Tempus prosequendæ appellationis, vtrũ prorogari, minuiue poßit.
53 Quaten⁹ appellationẽ prosequi cõcessum sit.
54 Appellatio an omni tpe interponi poßit.
55 Appellatio vtrũ corã notario iterponi poßit.
56 Quis poßit appellare. 58.
57 Res inter alios acta, alijs nõ ꝑdicat. 59. 91.

In quã



IC tractabimus materiam sentētiarum & appellationū permixtim: quia vnum dependet ab altero. ac vnum ex alio sequitur, quia nō poterit esse appellatio, nisi processerit sentētia, ex qua oritur appellatio, seu iniquitas causata in sententia: licet, vt inquit iuriscōsultus, in. l. j. de appellatio. in principio. Solēt iudices sæpe appellationum, sentētias in impios reformare. Primò itaque de sententijs discutiemus, & postmodū de appellationibus videbimus: videamus itaque iam primo de causa efficiēte sententiæ, scilicet de iudicibus. vnde quæro, † qui non possunt esse iudices: 1
quo cognito, sciemus qui possunt esse iudices: quia cognito vno contrariorū, cognoscitur & reliquum: vt in. l. ij. ff. his q̄ sunt sui, vel alieni iuris. Quidam impediuntur esse iudices, propter pœnalitatem: vt infamis.

Additio.

¶ Vide Feli. in. d. c. sciscitatus. ver. dū dicitur. de rescrip. & in capi. cum R. canonicus. in fin. suprà. de offic. delega. & de hoc vide Alexan. l. iiij. §. hoc autē. ff. de dāno infec. Barto. omnino in. l. in harenam. C. de inoffi. test. Celsus.

¶ Quidam propter iudicij imbecillitatem: vt pupillus. quidam propter instabilitatē: vt mulier. quidam propter

naturam: vt furiosus. quidam propter incapacitatem iuris ciuilis: vt serui. Hæc omnia probantur in.l.cum prætor.§.j.ff.de iudi. Hæ nāque exceptiones possunt opponi cōtra iudicem delegatum: & debent opponi ante litem contesta. Post autem non possunt opponi: quia sunt dilatoriæ tantum. Exceptio autem quòd est pupillus, vel furiosus: potest quandocunque opponi: quia illud est naturale: vt in.§.sed naturali.institu.de iure naturali & ciuili. Ita tenet Innocen.in capitu.sciscitatus.de rescriptis. † Contra autem
2 iudicem ordinarium, non possunt opponi iste exceptiones, donec toleratur in officio.

Additio.

¶ An iudex ordinarius posſit recusari tanquàm suspectus. vide do. Alexan. de Imo. in consil.clxxx. in.ij.parte. Vide quod not. in apo. ad istum suprà eo. in §.recusationes. in princip. & nume.j.cū plu.sequen.

¶ Quia contra eum solum possunt opponi, quòd est excommunicatus, quòd est suspēsus à iurisditione, vel quòd est remotus ab officio: Ita tenet Innocen. in capi.cum abbatia.de officio delega. imo plus dicit ipse, quòd si iudex delegatus esset infamis, & non opponeretur sibi illa exceptio: quòd non potest se excusare, allegando se infamem.

Ratio, quia videretur per suam confessionem se velle exonerare: cum nemo auditur, allegans turpitudinē suam capitulo. inter dilectos. de donatio. Ita dicit Innocentius in dicto capitu. sciscitatus.

Additio.

¶ Adde Fran.Are.in.l.transactione.C. de transactio. & quod ibi dixi in aposti.B. Vadus.

¶ Subijcit etiam Innocen. in capi. super literis. de rescriptis. † quòd rescri- 3
ptum iudicis delegari, non potest elidi, dato quòd opponatur, quòd iudex sit adulter, fur, vel homicida, vel quòd commiserit aliud delictum, nisi fuerit damnatus de illo delicto: quia quantumcunque sit criminosus, non tamen est infamis infamia iuris, quæ solum per sententiam infertur. Si autē esset damnatus, non posset esse iudex: ita tenet etiam Ange. in.l.cum prætor. in.§. ff.de iudicijs. & hoc per textum, in verbo senatus motus. prolixius dixit Innocen. in dicto capitu. super literis. Quòd si impetrator iudicis delegati tacuit in impetratione illum esse damnatum de hoc delicto, & etiam sciuit: non per hoc eliditur rescriptum ipso iure: quia id quod est occultum, non concernit causam partis, sed delegati. Ergo ad hoc vt ipsum rescriptū elidatur, oportet opponere contra personam iudicis, qui est incapax iurisdictionis: & sic rescriptum quod valet personæ inhabilis, nō potest iurisdictionem tribuere: hoc credo quod velit: aliàs nescio capere mentem Innocen. verissime rescriptum valet, & opponitur exceptio, quòd iudex talis infamis iudicare non potest: recurre tamen ad capitulum, sciscitatus, ibi illam materiam plenissimè reperies. ita tenet Angelus, vbi suprà. Ex
4 his insurgit pluscculū dubitatiōis † vtrū religiosus posſit esse iudex secularis:

quia

quia nemo militãs deo,implicat se negotijs secularibus: vt in toto titu.ne cleri.vel mona. Sacerdos autem bene potest esse arbitrator & arbiter: non autẽ monachus,& similes: quia non habent velle neque nolle: secundum Barto.in l.non distinguemus.in.§.sacerdotio.& in.l.Pedius.ff.de arbi. Sed remanet dubium,† vtrũ religiosus posit esse iudex ecclesiasticus? Et pro hoc determinando videndum est, vtrum religiosus posit esse episcopus: & sic vtrum posit esse iudex ordinarius. Secundò, vtrũ religiosus posit esse vicarius episcopi. Tertiò vtrum religiosus posit esse iudex delegatus. Circa primum respõdeo, quòd religiosus sit quicunque velit, potest esse episcopus,& eligi in episcopum.

Additio.

¶ Dummodo talis electus sit literatus aliâs non: secundum Feli. in capitu.si quando.in versicu.dum glo.hic suprà. de rescript.vbi etiam, an super vitio illiteraturæ, maximè in episcopo, dispensare posit: & ibi etiam, an electio Pape per illiteraturã vitietur. De quo per Panor.in rubri.de sum.trini.numero.vj.vbi dixi,in apostil.ad ipsum.in ver.episcopi.dixi post Collecta.c.cum ex eo.nu.xix.in apo.ad ipsum.in versicu.ad sui damnationem.de pe.& remis.Celsus.

¶ Casus est expressus, in clementina.j. de elect.licet aliâs vnus de vna religione, non posit eligi superior alterius religionis, sed diuersæ: vt in dicta clemẽtina. Ad secundum, reperio Paulum Azonem, doctorem eximium, consuluisse religiosum posse esse vicarium episcopi.

Additio.

¶ Idem not.collec.in capitu.ad aposto lice.nume.v.versi & notandum q̃ contra: io sensu.& ibi posui in addi.ad ipsum.in apostilla.in versicu. religiosus potest esse vicarius episcopi.infrà de reg.Celsus.

¶ Et allegat hoc tenere Pau.de eleaza. in clementina.ij.de rescrip. Ego autẽ dubito hoc procedere in fratre minore monacho,& etiam de alijs religiosis. Sed plus de istis: quia ex quo religiosi non habent velle neque nolle: vnde potest dici quod religiosus potest esse vicarius episcopi, cum licentia sui superioris. aliâs non credo talem religiosum esse vicarium episcopi. Cum religiosus debeat præstare obedientiã suo superiori, quæ obedientia posset impediri per tale officium vicariatus: quia exercendo religiosus tale officium, non posset esse in continua obedientia superioris: maxime si id quod requireret dicta obedientia, esset incompatibile dicto officio, vti prefati doctores tenent: vt suprà dixi. 6 † Circa tertium dico, quòd causa per summum pontificem, vel eius legatum non potest delegari, nisi religiosis habentibus dignitatem: vt in capitu statutum.de rescrip.libro sexto.vel canonicis ecclesiarũ cathedralium. Potest etiam dicta causa delegari vicario generali, vel vicario foraneo: videlicet illi, qui est vicarius certæ partis diocesis: veluti est vicarius Placetin⁹ in hac terra Cremonæ,& vicarius episcopi

Cremonensis in dicta eadem terra!, qui dicuntur vicarii, non tamen generales: vt voluit clemẽtina.ij.de rescript. Item priori ecclesiæ cōuentualis, poterit causa delegari per papam, vel delegatum ab eo. Hæc probantur ad literam, in clementina.ij.de rescrip. Priori autẽ claustrali non potest per papam causa delegari, & cæteris personis: vt in dicta clementina. ij. & cæteris personis in iure non expressis non tenet delegatio facta per papam, vel delegatam: imò si papa delegaret vni simplici clerico, nō habenti dignitatem, vel canonicatum in ecclesia cathedrali: processus per talem habitus, esset ipso iure nullus, etiam si non opponeretur per partes. Ita decidit Ioannes Andræas, in c.ij.de rescrip. in principio, libro sexto. Episcopus autem, vel ordinarius potest cuicunq; clerico non habenti dignitatem, vel canonicatum delegare, secundum Io. Andr. in d.c. statutum. Intelligite tamen circa id quod dixi de papa vel eius legato, nō posse committere causam non habentibus dignitatem vel canonicatum ecclesiarum cathedralium: hoc esse verum, nisi papa apponeret clausulam: non obstante aliqua lege.

Additio.

¶ Vide quæ habentur de hac clausula, per Felin. in c. nonnulli. de rescript. & quid operetur vide domi. Alex. de Imo. in consilio.ij. in j.parte. & in consi.cj.ea. parte. & in consilio.lxxxvij. in ij.parte. & in consi.ccxiij.ea parte. & in consilio cxcij.ea.parte. & in consil. xxxv. in iiij. par. & in consi.cxxv. & in consi.j.ea.iiij. parte & in consi.xl. in ij.parte. & in consi.cxxij. in iij.parte & in consi. cxxxv. in ea.iij.parte. vbi ponit, an sufficiat dicere non obstante: si non dicat non obstã te tali lege: & maximè quod vult tollere sententiam latã. & sic an requiratur mentio similis. & in consil. cxxxviij. in prima parte. & de clausula ex certa sciẽtia. adde hæc quæ dixi suprà eo. in vers. confessiones. in apostillis: & in tracta. clausularum. in clausula. non obstante. versi. non obstante tali. le. & plu. se. versicu Celsus.

¶ Vel nisi apponeret clausulam, ex certa scientia: vel nisi apponeret clausulam, non obstãte facto tali: & fieret mẽtio expressa impedimenti vel si diceret committimus hanc causam Petro clerico: non obstante quod non habeat dignitatem. hæ tres clausulæ potestatem habent vt voluit Bald. in l.fi.C.sen. rescin. non pos. Plus dico, quòd si ex literis appareret, & ex eorum tenore aliquod esse concessum contra ius, quod tunc istud valeret: etiam non specificata clausula, ex certa scientia: quia vbi emanat rescriptum aliquod, ex cuius tenore depræhenditur aliquid esse cōcessum contra ius: & hoc appareret expresse ex tenore literarum, rescriptum valet, & non requiritur quòd apponatur clausula, ex certa scientia. Quia ex quo factum istud, quod contra ius est, narratur papæ: præsumitur illud legisse, & intellexisse. Si ergo aliquid super hoc concessit, valet & præsumpta eius sciẽtia. Sed certè iste glo. hic allegatæ mordentur à multis docto. quinimò volunt quòd imò debeat certè constare de voluntate papæ: quod voluerit facere cōtra ius: & hoc fieri potest per clausulas

supradictas: non autem debet sufficere, quod constet de voluntate papæ præsumptiue: vt suprà vides.gl.est singu.in c.statutum.in princip.in versicu.literarum.de rescrip.lib.vj.& in l.quidam cõsulebat.ff.de re iudi.verbi gratia, papa in literis dicit, Concedimus clerico Petro minori. xxv. annorũ posse missam celebrare. Item vbi in literis narrantur facta pertinentia ad materia, valent tales literæ etiam non specificata clausula,& certa scientia, gloss. est singula.in c.pastoralis. in principio. in verbo, ex certa scientia. de officio delegat. Item clausula apposita ex certa scientia, solum operatur in literis,quæ præsumuntur principes scire, veluti in his quæ sunt iuris,in his autem quæ sunt facti, & quæ in facto consistunt: veluti sunt statuta,& consuetudines, talis clausula nihil operatur:ita dicit singula. Bald.in l.fina.C.senten.rescin.non pos.quod dictum Bald.videtur mihi falsum: quinimò dicendum est contrariũ eius quod dicit Bald. videlicet, quòd in his quæ sunt iuris,clausula,ex certa scientia,nihil operatur,quia præsumitur ius scire & ideò illa clausula aliquid operatur, quia præsumitur,informatur de facto.

71 †Et nota bene, quod ad probandum certam scientiam principis, requiritur quòd ista clausula sit expræssa in literis,aliâs non poterit probari certa sciẽtia principis per testes glossa est singularis,in clementina.ij.de rescript.Et gl. est singularis,in c. statutum. lib. sexto, etiam in principio.in verbo,literarum. Item no.secundum Bald.in d.l.fi. C.senten.rescin. non poss. clausula, ex certa scientia,est necessaria in his, quæ concernunt præiudicium alterius. In his autem quæ non concernunt præiudicium alterius: sufficit quouis modo appareat de scientia principis. Iste est casus in l.idem vlpianus.§.& alii. ff. de excusa. tuto. Est ordine successiuo videndum de his,quæ consistunt circa formam sententiarum,† & primò quidem debet sententia in scriptis ferri. 8

Additio.

¶Et adde quòd sententia per testes probari non potest nisi scriptura prius de ea facta sit perdita.Ita Bal.in l.emancipatione,paulòpost prin.C.de fide instr. & Ro.in decisione.ccccxiiij. aliâs. cccxxxvj.item fuit dubitatum.& Pan.in c. sicut.in iij.no.ⱽ.de re iudi.B.Vad.

¶Et dico sententiam diffinitiuam: vt in l.ij.& iij.C.de senten.ex peri.rec.Interlocutoria autem ferri potest verbotenus, etiam sine scriptura, dummodò posteà per notarium redigatur in scriptis,& in actis:secundum Bald. in l.fin. C.de sen.ex peri.reci.Vnde si in sententia diffinitiua non sunt apposita verba.In his scriptis pronuntiamus: tunc non valet sententia:quia illud pro forma requiritur.Ita tenet.Angel. in l.error.C.de testa.& in l.fi.C.de sent.ex peri.reci.glo.tenet contrarium,in c.fin.de regu.iur.lib.vj. Eodem modo si dicatur in actis sententiæ lata data &c.nisi etiã sit verbum. lecta, non valet sententia, saluo nisi diceretur, sententia promulgata:quia tũc sufficeret,secundum Angel.in l.fina.suprà allegata. Pro hoc facit in simili,quod dicimus in testamento, secundum Bald. quòd si testamentum non est lectum per notarium, licet

habuerit scriptum, non valet. text. est sing.cum glo.in l.fideicommissa. in §.j. ff.de lega.iij. Dicit tamen Barto. quod sententia diffinitiua, potest ferri sine scriptis,& ex consensu partium. Ita dicit ipse.l. quoties. C. de priuileg. scho. lib.xij. Et alleg.glo. hoc tenentem cum d.l. quoties.in verbo, consentientibus. & hoc idem tenet Angel.in authen. nisi breuiores.C. de senté.ex peri. reci.imò plus, secundum Bart. vt refert Angel. in d.auth.nisi breuiores, nulla acta debent fieri in scriptis, nisi libellus & sententia diffinitiua:sed certa possunt fieri oretenus,sed postmodùm debet per notarium in actis redigi, secundum theoricam c.quoniam contra falsam. Secundò requiritur quòd sententia diffinitiua feratur & recitetur per iudicem: vt in d.l.j.nisi iudex ferens sententiam,esset de maioribus iudicibus ciuitatis: quia tunc post sententiam faceret recitare per tabellionem ipso præsente & mandante & postmodum lecta sententia,iudex debet dicere. Et ita nos pronuntiamus:& ita secundum Bar. in d.l.
9 j.& sic seruat consuetudo.† Poterit etiā iudex ferre sententiam per verba singularis numeri hoc modo pronuntio, declaro,condemno &c.Ita sentit glo. in l. fi.suprà alleg. quam ibi sequitur Bald. Non autem poterit iudex ferre sententiam verboten*,vt postmodum faceret per notarium scribi: quia requirit pro forma quòd in scriptis,recitetur, secundum Barto.qui ita not.in l.fi.C.de sen. ex peri. recitan. Iudex debet ferre sententiam, non tanquam priuata persona sed tanquam publica & officialis, vnde si iudex videret maleficium committi, testis autem deponeret contrarium debet iudicare iudex secundum allegata & probata:non secundum priuatam suā conscientiam:vt in l.illicitas.§.veritas. ff.de offi.procura. & hoc casu, secundū Bal.iudex debet præferre nomen dignitatis,nomini proprio, hoc modo. Nos vicarius Petrus de talibus &c. licet cōmuniter soleat præferri nomé propriū. Ita dicit Bal.in l.ij.C.de senten.ex peri cu. recitan. Hæc vera sunt in sententia diffinitiua.in interlocutoria autem, indistinctè potest ferri per alium vt in l. diem proferre.in prin.ff.de arbit. quod tenent glo.& docto.in l.ij.C. de senten, ex peri.reci.Nec enim iudex satisfaciet quo ad sententiam diffinitiuam: si sententiam scriptam clausam vel apertam tradat litigatoribus dicens,Ista est mea sentētia,accipite.Nam oportet & quòd recitet verbotenus sententiam scriptā vt voluit gloss. paruula.in l. ij. sæpius allegata.

Additio.

¶ Ita per Alexā.omnino in l.videamus. §.j.de in litem iur.& per Bal.in l.hac cōsultissima.§.at cum humana.vers. item est argu.& ibi Pau.de Cast. qui test. fa. poss.quid autem de sententia super incidenti,an possit ferri sine scriptis vide Ro.sin.suo v.inci.quod sententia super incidenti.Celsus.

10 ¶ Et qua gloss. argumento sumpto infert Bal.in d.l.j.quòd non valet sententia lata secundum consilium sapientis, si consilium non est apertum: secus secundum eum, est in arbitratore: quia eius sententia lata valebit,etiam si non sit consiliū sapientis apertum. Si dicat, arbi-

38 à diuo Pio.in prin.† Sed quid è contra, an vbi eſt mandata cauſæ cognitio, videtur mandata executio. In hoc articulo ſunt diuerſę opiniones.finaliter Bar. vbi ſuprà cōcludit inſpicienda fore cōmiſsionis verba: quia ſi princeps dicit. Committimus tibi hanc cauſam:intelligitur etiam mandare iuriſdictionem ad executionem. Idem ſi dicat, Committimus tibi hanc cauſam decidendam & terminandam: vt probatur in l. prima. C. ſi contra ius, vel vti.publi. Secus ſi ſolam audientiam, vel cognitionem hoc modo, Committimus tibi cognitionem talis cauſæ. Nam tunc nō poteſt facere executionem, quia vnius incluſio,cæterorum eſt excluſio: vt in l.cùm prætor.ff.de iudi.Ita tenet Bart. Innocen. autem, diſtinctè tenet poſſe fieri executionem, etiam hoc caſu: ita tenet ipſe in c.ad hæc.de offi.archi.Idē tenet Specu.vt refert Angel.in dicto.§. Marcellus. & ita videtur per tranſire

39 Angel.† Sciendum eſt nouum non eſſe quòd vnus iudex exequatur ſentētiam alterius, ſi iudex exequens ſuccesſit in loco iudicantis. id eſt illius qui iudicauit.cùm cenſeatur idem tribunal: vt in l.proponebatur.ff.de iud.ſecus autem ſi fuiſſent duo iudices eiuſdem tribunalis qui tuliſſent ſententiam tunc ſi vnus fuiſſet remotus mortuus, ſeu impeditus non poſſet: ſecundum Bartolum in lege à diuo pio.in §. ſententiam. ff. de re iudica.

Additio.

¶ Et ibidem vide dominum Alexan. de Imola.hoc idem referentem,& ſequentem, in verſiculo.ſi autem & Paulū. de Caſtro. in conſilio clxj. & in conſilio xxxix.& Alexandrū in lege penultima de iuriſdictione omnium iudicum.Sed nunquid quando petitur executio coram alio iudice, admittantur exceptiones.vide Paul. de Caſt.in conſilio. cccxxtij.B.Vad.

¶ Vbi iudex à quo requirit executionem per alium exequi diuerſi tribunalis, & fortè etiam territorii: & tunc literas iudicis qui iudicauit poterit exequi: vt dicto.§. ſententiam: facit textus in lege cùm vnus. in §. penultimo. ff. de bonis authoritate iudicū poſsid. Si autem victor ſententias ſuas præſentaret coram iudice: vbi debet fieri executio, & poterat fieri officio iudicis, & non

non apparet de aliquibus literis transmissis per iudicem qui iudicauit: non potest fieri executio.

Additio.

¶ Vide Paulū de Cast.in consi.cccxxiij. B.Vadus.

¶ Ita tenet Bald.in d.l.à diuo Pio.& idē tenet Ange.consulendo? quòd consiliū incipit sic,si tamen ille victor intentaret actionem iudicati, vel actionem in factum coram iudice diuersi tribunalis:tunc hoc posset fieri agendo ordinariè.etiam sine scriptis missis indici per iudicem qui sententiam tulit, secundū
40 o eundem Bar.vbi s. †Quia vos debetis scire,quòd duo remedia sunt prodita ad petendum executionem sententiæ videlicet officium iudicis nobile,& istud habet paratam executionem,quia ostensa sententia statim fit executio, nec requiritur libellus,nec litis contestatio:& ita intelligitur tex.in l. minor xxv.ff.de mino.& voluit glo.in l.quod de inofficio.ff.de inoffi.testamen. Aliud est remedium:videlicet,actio in factum,vel actio iudicati: & ista requirit libellum,& litis contestat.vt in l. item veniunt.§.idem rectis.ff.de peti.hæredi.& tunc requiritur libellus,etiam lit. contest.& debet secundum ordinariam viam procedi:nec habēt paratam executionem.Ita no.Bar.in l.ita dies.ff.de re iudi.Ita ꝙ in casu nostro,iudex diuersi tribunalis & territoriū,cui nō sunt destinatæ literę per iudicē sentētie:nō poterit exequi iniam requisito officio iudicis nobili:sed oportebit ꝙ corā eo intētetur actio iudicati,vel in factum: vt procedatur via ordinaria,& talis instātia durabit.xl.diebus,secūdū formā doctorum canonistarū traditā:vel tribus alijs,secūdū formā iuris ciuilis:vt in l. properandum.in prin. C.de iud.Vbi tamē sentētia est lata per arbitriū, vel arbitrate: tunc iudex cuiuscunque territorij, ad quem spectat executorem, posset exequi ex officio suo summariè: & est ratio hoc casu. † Quæro,nunquid in executione sententiæ,requiratur citatio.Innocen.in c.ex ratione.de appella.tenet quod non.]Et nota maximè hoc [casu distinguendum.

Additio.

¶ Vbi vide Fel.in c.ex parte.de rescripti.in versi.declara tamen.& Paul.de Cast.in consi.xxxvij.& an & quādo die festo fieri possit,& quando non: vide Fel.in c.significasti.in ver.contra Abb. suprà,de iudi.& d.Alex.de Imol.in cōsil.lxxiiij.& Fed.de Sen.in cōsi.cxxxix. & do.Alexan. in consil.cxxx.in prima parte.B.Vadus.

¶ Cyn.autem & Dyū.in l.ab executore. C.quorum ap.non reci.tenent ꝙ requiratur citatio.Vos, autem pro concordia dicite,secundum Barto.aut fit executio in alia re quā in qua sit facta condēnatio:puta,quia facta est cōdēnatio: in pecunia.& debet fieri executio in bonis immobilibus.& tūc requirit citatio. Si aūt executio fit in eadē re in qua facta cōdēnatio:& tunc nulla requiritur citatio.Ita tenet Barto.in l.à.diuo Pio. §.in venditione.ff.de re iudic.idem tenet Bald.in l.j.C. de iur.& fac.igno.& ibi est text.ꝙ requirit citatio:cū tex.dicat,si te pars ex inīa cōuenerit &c. Attendite tñ ꝗa illud seruatur in actione reali,

reali,quã possessori nullũ factum fuisset præceptum de restituẽdare:vbi aũt post sentẽtiã latã sit vnũ preceptũ possessori de restituendo rẽ infra certũ terminũ:quo termino elapso fiet executio in re,sine aliqua alia citatione:vt est tex. in institu.de offic.iudi. Sed quid si sit facta executio,nulla precedente citatione,in casu quo requiritur citatio:an executio valebit?dicite ꝙ si facta est executio,mediante nuntio publico:& tũc valet executio:sed victus poterit appellare,sicut põt appellare quando exceditur modus in exequendo:quia pluribus modis exequendo,modus exceditur:videlicet re,tẽpore & qualiter:vt in d.l. executore. Si autem facta est executio per iudicem,quia data sit licentia victori per iudicem,vt ingrediatur possessionem propria autoritate: tunc executio est nulla,& incidit in l.meminerint. C. vnde vi. Cuius pœna est,ꝙ victor priuetur iure suo:ita tenent Bart.& Ange.in dicta l.meminerint.vnde dicta institutio,solũ locũ habet,quã executio est facta propria autoritate,de licentia iudicis,sine nuntio publico,& aduersa pars non est citata,in casu quo debuit citari. vbi autem in tali executione nõ requiritur citatio,non haberet locũ dicta pena:secũdũ præfactos docto. habet etiã locũ cõstitutio,si quis impetrauerit,ꝙ mittatur statim in possessionem alicuius rei. Nam tunc si mittatur in possessionem vigore talis rescripti parte nõ citata,incidit in dictã cõstitutionẽ legis meminerint.secundũ Ang.& cõiter doct. De iure cõi ordo traditur in executione fienda : quia capiuntur primò res mobiles,secundò res immobiles,tertiò nomina debitoris.vt in l.à diuo Pio. §.in venditione.ff.de re iudi.

Additio.

¶ Ad hoc adde not.per Ange.in l. si vacantia.de bo.va.lib.x. & hoc verum in diffinitiua,non aũt in interlocutoria: in cuius executione non seruatur talis ordo:vt per gloss.in §.si verò.in authẽ. de exhi.re.& per Cyn.& Bal.in l.ij. iiij. q.C.quã fisco,vel priua.& adde do. Bartho.Sozi.in consi.clviij.incip.visis.ver. secunda ratio est,quia in.ij.parte,quòd si iudex interloquendo non dicat prius executionem fieri debere in rebus mobilibus,nulla est commissio executionis:quid aũt si mobilia sint vilia:vt vasa,scutelę.& similia.vide in l. executores.C.q̃ res pign.obliga.pos.& practicũ Papien.in sum.titu.de exe.sen.ver. sapiens.Celsus.

¶ In nominibus namq; debitoris.executio fit hoc modo:quia iudex vocabit debitorẽ,& interrogabit ante,si sit:& si responderit,quòd sic:iubebit ei,quòd soluat isti victori.glo.est singularis, quæ vtitur talibus verbis in prætorio pignore.in l.j.C.de prætorio pignore. Si aũt debitor non cõfitetur, non potest fieri executio in nominibus debitoris:vt in l.à diuo Pio.§.sic quoq;.ff.de re iudi. Et pro hoc dixit Barto.in §.sed si pecuniã in d.l.à diuo Pio.ꝙ si aliqua res est deposita penes aliquem, veluti pecunia, non potest fieri executio in illa re, nisi depositarius confiteatur illam rẽ apud se esse depositam.etiam si per testes probaretur.& est text.in d.§.sed si pecuniã. in verbo,æquæ capi solet. Et ita ego determinaui Cremonæ in q. facti. Sed

est no

est notandum, quòd interdum compareret tertius contradictor, quãdo fit executio, qui dicit illam rem ad se pertinere, & est dubiũ vtrùm talis contradictio habeat impedire executionem.

Additio.

¶ Vide quę habentur per Paul. de Cast. in consil. cccxxv. & in quibus casibus admittatur tertius ad impediẽdam executionem, & quomodò: vide do. Alexã. de Imo. in consil. lxxxij. in. j. parte. & p Feli. in c. veniẽs. j. de testi. & per domi. Alexã. de Imo. in consi. xvij. prima parte. & Pau. de Cast. in consilio primo. & in consilio. iij. & adde quæ per Rotam habentur in decisione. cccclxxv. item supposito quod. P. &c. Et de hoc vide omnino Barto. in l. seruus. & quod ibi diffuse & remissiuè posui, in apostil. ad ipsum. in versicu. debet differri executio. ff. de leg. j. Celsus.

¶ Innocen. in c. veniens. de testibus. notabiliter dixit, aut fit executio in re vacante, & tunc talis contradictor impedit executionem: & est text. in dicto c. veniens. Ecce, duo impetrauerant primam præbendam vacaturam in dioecesi Placentina, & vnus comparet coram collatore beneficii. Et ei ostendit suas literas, petens ei conferre certam præbẽdam, quæ nunc vacat. Incontinenti cõparet alius qui habet similes literas: & dicit sibi fieri debere collationem: certè talis contradictor impedit executionem primæ: & necesse habet iudex discutere de viribus partium, antequàm exequatur. Aut fit executio de re per alium possessa: & tunc si petitur fieri executio in re petita, tunc non obstãte contradictione tertii comparentis, poterit fieri executio. & iste est text. in l. sticho. ff. de rei vẽ. & in l. pe. ff. de petit. hæred. Debebit tamẽ victo, quòd si succumberet ad instantiã illius tertii contradictoris, quòd restituat dictam rem illi tertio contradictori. Ita dicit tex. in l. pe. præalleg. Exemplũ, Ego petebam certum fundum quem dicebam ad me spectare iure dominii, & obtinui. peto de super executionem. & cùm iudex volet mihi dare licentiam intrandi in possessionem, ecce tertius apparet dicens dictam rem spectare ad ipsum, & velle docere de iure suo: certè iste non poterit impedire executionem. & est ratio. quia non interest istius contradictoris executionem non fieri: cuius habeat necesse agere omnibus modis contra possessorem. vnde licet transferatur possessiõ de vno in alium non tollitur facultas ipsi contradictori: quin possit agere contra alium possessorem sicut egisset contra primum. Et notate ꝙ si iste victor à quo peti cautio, de qua suprà, dicat & offerat velle subire defensionem contra illum contradictorẽ: reseruabitur ab huiusmodi cautione, & poterit subire iudicium. Si autem reus victus à primo petitore restituerit rem primo victori sine cautione: posteà idẽ victus fuerit etiam à tertio contradictore, condemnabitur insolidum illi tertio: & fiet executio contra eum insolidum: quia eo ipso ꝙ non exegit cautionem, cùm non potuit, videtur dolo fecisse. vt l. dolo. ff. ad leg. falci. Si enim cautionẽ recepisset, secuta victoria ex parte contradictoris, liberatus fuisset cedendo actiones cõtra primũ, acquisitas, ra

tās, ratione dictæ cautionis. Hæc oīa notantur per Inno. in c. cùm super. de re iudic. quem sequitur Ange. in. l. pe. ff. de pet. hære. Aut (& tertio casu) facta est condemnatio in vna re, & fit executio in alia: & tunc tertius contradictor impedit executionem: quia in primis cognoscitur summariè de iuribus istius rei, in qua debet fieri executio: vt in d. l. à diuo Pio. in. §. super rebus. ff. de re iudi. Exemplum, Ego petii centū à Titio & obtinui. postmodū, quia non soluit, peto executionem fieri debere in vno fundo vsq; ad mensuram debiti. cōparet tertius, & dicit non posse fieri executionem in illa re, quia est sua: certè iudex debebit cognoscere summariè, cuius sit illa res: an debitoris, vel contradictoris: & si in hac cognitione summaria iudex putaret hanc rem esse dimittendam. vt in ea si nō fiet executio, nō prę iudicabit iuri dicti debitoris: vt in d. §. si super rebus. cùm sit regula vulgata,
42 † ꝙ acta facta in iudicio summario, nō faciunt fidem in plenario: vt in c. veniens. de testi. secundò, hanc doctrinam Inno. tanquā singularem & notabilem sequitur Barto. in l. à diuo Pio. in. §. insuper si de rebus. præallega. idem tenet
43 Ange. in l. pe. de pet. hære. † Videamus de aliquibus causis impedientibus executionem sententiæ. & primam quidem ꝙ exceptio nullitatis, quæ euidenter apparet ex actis, vel potest incōtinēti probari impedit executionē sentētię.

Additio.

¶ Vide do. Alexan. de Imo, in cōsi. xvij. in. j. parte. & in consi. xxxiij. in fi. ea. parte. & in consi. cvj. in. iij. parte. vbi, cū cōtra sentētiā nō pōt opponi aliquid ex forma statuti, an intelligat̄ qn̄ sn̄ia esset notoriè nulla. & in cōsi. xcv. in. ij. parte. vbi q̄ exceptiones sint q̄ executionē sententiæ impedire habeāt: & an possit aliqua exceptio opponi, si omnis exceptio ex forma statuti sit sublata: vide per eū in cōsil. lxxvij. in. ij. parte. de quo etiam p eū, cōsil. xxxiiij. in. j. parte. vbi etiam quod si ex forma statuti nō possit opponi exceptio cōtra instrumētū: & an tūc saltē poterit opponi exceptio copēsationis. vide p eū, in cōsi. lxij. qūo & qualiter possit apparere de iniustitia, seu iniquitate sententiæ: vide per eū, in consi. clxxx. p totū. in. iiij. parte. quod etiā fuit allegatū. s. eo. ad hoc. Et an & qn̄ vt differat̄ executio, sit prę̄stāda cautio de cōseruando reū indēnē ab vno viuēte: si fortè alius eādē rē vinceret, iuxta. l. is à quo. de re vend. vj. se. in. § . cùm super. versic. habes vnam limitationem infra de rę iu. Et quid si instrumenrum ex forma statuti habeat executionem paratam, & instrumentum sit amissum: & talis amissio probetur per testes, an talis probatio instrumenti amissi eam omnino habeat: vide per eum, in versicul. prima declaratio. eodem titul. de rę iudi. & quid de statuto disponēte, quòd nulla exceptio opponi possit, nisi talis & talis: an aliæ iustæ censentur exclusæ: vide domi. Bartol. Sozin. in consilio ducentesimooctuagesimoquarto incipien. præstantissime. versicul. secundo quia in simili. in secūda parte quòd nō. & de statuto disponēte, quòd instrumēta publica habeāt executionē paratam, an eius vigore eā quis cōsequatur: & qualiter procedat in forēsib⁹ tale statutū:

tutum? vide per eum, in consil.ccxxxj. incip.cùm in præsenti.versi.præterea. opi.Bar.ea.parte.& adde eum, in consi. ij.inci.præstantissime.vers.ij.ego præmitto.in.j.parte.vbi ponit, quòd instrumenta guarentigiata habentia executionem paratam ex dispositione statuti, sunt præter ius commune.& per consequens strictè interpretanda.

¶ Secus si requireret altiorem indaginem: quia tunc debet fieri executio,& postmodùm cognoscitur de nullitate: ita tenet Bar.in.l.iiij.§.condemnatam. ff.de re iud.& Bal.in authen.quæ supplicatio.C.de praeci.impe.offe.& l.vnica.C.ne lic.vni ius sibi dicere. Eandem sententiam sequitur Ange.in l.factam. C.si ex falsis instru.plus voluit Ang.in d.l.falsam.quòd exceptio falsitatis commissæ in causa, in qua est lata sententia, impedit executionem sententiæ:& si facta fuerit reuocatur.& est rectus intellectus tex.in l.fi.C.si est fal.instru. Dicit etiam Bal.in d.l.vnica. quòd potest etiam nullitas intentari principaliter, intentando officium iudicis. Sed tunc non impedit executionẽ. Sed si doctum fuerit de nullitate, executio retractabitur: vt in l.si cum nullitate.ff.de re iud. Et ita dicit debere intelligi quod not. Inno.in c.cùm in iure peritus.de offic. dele. Vnde Bal.ex præmissis dat notabilem intellectum clemen.ex calum. de re iudic.vbi dicit, quòd vbi est lata tertia sententia super eodem capitulo confirmatoria, non potest opponi nullitas ad impediendum executionem.

Additio.

¶ Nunquid quando reperiuntur tres sententiæ conformes, aliquid opponi possit contra earum executionem? vide do.Alex.de Imo.in consi.cvj.in.iij.parte.vbi ponit, quid iuris si apparet de notoria iniustitia,& quæ nullitas possit opponi? vide per eum, in consil.lxxvij. in.ij.parte.vbi etiã quæ sententiæ possint impugnari. & ibi ponit etiã de intellectu cle.j.de sequest.poss.& fruc.& quomodò dicantur tres sententiæ conformes, ad hoc vt non liceat tertiò prouocare? vide per eum, in d.consi.lxxvij.

¶ Imò non obstãte executione nullitatis, fiet executio:& postmodùm cognoscitur de nullitate. Nam dicit ipse, si exceptio nullitatis est euidens,& incontinenti possit probari: non poterit fieri executio. Vnde non obst.d.cle.quia causa statuta.d.cle.fuit, vt calumniis litigantium obuietur: vt in princ.dictæ cle.apparet. Sed si incõtinenti docetur de nullitate, tunc apparet euidenter, quòd quis non obiicit talem exceptionem animo calumniandi: quo casu non habet locum d.cle.plus dicit Bal.in d. l.vni.præal.quòd vbi exceptio nullitatis est euidens,& constat ex actis: si victor petat exceptionẽ,& victus nullam opponat exceptionem: poterit iudex ex suo officio opponere exceptionem nullitatis, & reiicere victorẽ ab executione: vt in l.vbi pactum.C.de transactio.

Et est ratio huius dicti, licet Bal.nõ alleget: quia cùm exceptio nullitatis sit euidens, notoriũ est iudici ex actis. vnde ipse potest supplere de facto: cùm in his quæ constant iudici ex actis, dicantur ei notoria, vt possit de facto supplere: vt not.Inno.in c.per tuas.de testi.in c.ex insinuatione.de app.& Ang.in l.si quis.

quis.ff.de inoff.testa.& in l.planè.ff.de pet.hæred.& sic ex his modò cognoscitis plenè, quomodò & quãdo exceptio
44 nullitatis impediat executionem:† supplicatio autẽ si est interposita infra.x. dies, non suspendit executionem. Imò debet fieri executio, sed victor cauere debet,quòd si succubuerit, restituet id in quo facta est exceptio.si autem supplicatio interposita fuerit post.x.dies, executio fiet sine aliqua cautione.vt in auth.quæ supplicatio.præalleg. Sed plus dubitatur de restitutione in integ. vtrùm illa impediat executionem? declaro,Lata est sententia in minorẽ, vel ecclesiam: quæ sententia transiuit in rem iudicatam. Minor,vel ecclesia petit restitutionem,in integrum, & illam obtinet: victor petit executionem sententiæ.opponitur ei de restitutione pẽdente:quæ debebit suspendere sententiã,sicut in appellatione dicemus,quæritur quid iuris? Inno.in c.suscitata.de resti.in integ.quòd aut præsumptio est contra petẽtem restitutionem in integrũ:& tunc impeditur executio,sed habebit locum cautio,de qua.s.vt est tex. in c.suscitata.secũdum vnũ intellectũ.

Additio.

¶ Vide d.Alex.de Imo.in consi.xvij.in j.parte.vbi ponit,an posit fieri executio sentẽtiæ per viam capturæ,vel alio modo, pendente restitutione in integr. & ponit etiam quomodò & quãdo possit impediri executio,propter non comparitionem?& adde quæ habentur per do.Ias.May.in authẽ.quæ supplicatio. in ij.no.C.de præci.impe.offe.vbi etiã vide Bal.in.ij.no.& Ang.& Franc.Are. in l.si causa cognita. C.de transact.& Ro.in deci.ccclxxxij. committatur.in no.& in deci.cccclxj.item fuit dubitatum vtrùm cautio. & Paul.de Cast.in consi.xxix.Et quid si nullitas allegetur in sententia, an pendente ipsa debeat, & posit fieri executio in bonis & persona. Vide plenè per d.meum,d.Deci. qui hæc disputat plenè, cõsi.suo.lxxiij. incip. præstantissime doctor. per totum.& Roma.deci.cclxxxiij.incipien. Item licet per viam exceptionis nullitatis.in antiquis.Celsus.

¶ Aut præsumptio non est contra petentem restitutionem &c. tunc impeditur executio:vt in toto titu.C.vt in integrũ restituantur.& ita etiam est tex. in l.si causa cognita.C.de transa.si autem talis restitutio haberet naturã supplicationis:veluti, si quis peteret restitutionem principis: tunc non impeditur executio, sed habet locum cautio, de qua suprà,vt in c.suscitata.suprà,alleg.secũdum alium intellectum.& ista est doctrina Inno.in c.suscitata.quem sequitur Ang.in d.l.falsam.& Bal.in d. l.si causa cognita.& in l.fi.C.si ex fal.
45 instru. † Viso de impedientibus executionem sententiæ inter alia de nullitate, est vidẽdum nunc, qualiter ipsa nullitas introducatur? Et primũ quòd nullitas sententiæ interdum causatur ex defectu iurisdictionis: & ista nullitas est potentissima inter alias nullitates:quia vbi nullitas prohibetur opponi per statutum, vel decretum: poterit tamen opponi nullitas causata ex defectu iurisdictionis. glo.est sing.in clemen.vnica.& est glo.fi.in vers.puto tamen.de sequestr.poss.& fruct.Idem te-

net Ang.in l.j.C.quando prouoc.non est neces. interdum nullitas causatur ex ratione personæ minus legitimæ existentis in iudicio:vt in l.cùm ad minores.C si aduer.rem iudica.interdum causatur ratione citationis omissæ ad audiendam sententiam:vt in l.ea quæ. C.quomodò & quando iud. Causatur etiã nullitas pluribus aliis modis,quos numerare nimis esset laboriosum, sed est attendendũ,quòd quando quis vult dicere sentẽtiam nullam,oportet quòd exprimat causas nullitatis,quãdo præsupponit causam nullitatis, aliàs nihil facit. Ita dicit singu.Bal.in l.qui testamento.in prin.ff.de execut. Est præterea aliud notandum, quòd vbi quis posuit in libello appellationis iniustitiam, & nullitatem simul & semel, hoc modo.Dico sententiam nullã, & si qua est,appello:quòd lapsa instantia appellationis:puta,anno vel biennio,nõ potest amplius de nullitate dici. Ita dicit Bar.in l.j.C.quãdo prouo,nõ est nec.

Additio.

¶ Adde hîc quæ habentur per eundem. suprà,in prin.& quod ibi dixi in apost. ¶ Si autẽ simpliciter est proposita iniustitia & appellatio, & nulla est facta mentio nullitatis:tũc perempta instantia nullitatis, adeò quòd illa instantia iniustitiæ & appellationis non poterit prosequi nullitatem:sed cùm ipsa nullitas non erit perempta,imò poterit de nouo intentari nullitas:secundum Bal. qui ita notauit,in l.j.C.quando prouo. nõ est neces. Et poterit tũc nullitas intentari vsque ad.xxx.annos. Ita inquit Bar.in d.l.si expressum.ff.de app.secũdum canonistas, vsque ad.xx.annos.in c.venerabilis.de except. Est ratio huius dicti Bart.quia nullitas proponitur ex officio iudicis:vt no.Bal.in l.vnica.C. ne lic.in vna eademque cau.ter.prouo. Sed officiũ iudicis durat per.xxx.annos.glo.est sing.in l.querela. C.de fals.

Sed potest adhiberi modus, quòd in isto casu non poterit intentari nullitas vsque ad.xxx.annos.

Additio.

¶ Limita nisi talis sententia esset ipso iure nulla. quia etiam post.xxx.annos, imò in perpetuũ potest opponi. & maximè si periculum animæ contineat:vt per Card.in cle.j.q.xiij.de re iud.Bal. in l.sicut.C.de præscri.xxx.ann.& in l. data.C.qui accu.non pos.&c. nisi talis nullitas,ex defectu iurisdictionis esset: quia etiam quandocũque posset opponi.vt per Ang.in l.j.C.quando prouo. non est neces.in fi.cum cõcor.imò post tres conformes sententias posset opponi.vt sing.per Hippo.de Mars.sin.x.incip.Tu scis.not.Panor.in c.licet.de vitanda.& ibi dixi in apostil.ad eum post alios.in vers.nõ sic publicum.de elect. & do.meum.d.Deci.consi.vij.& consi. xxxvj. Nec omitto vnum sing.dictum Bal.in l.contra maiores. circa fi.C.de inoff.test.quod refert & sequitur Ang. in l.Paulus.§.hæres rogatus.ff.de vsur. scilicet quòd si aliquis principaliter de nullitate opponendo dicat sententiam nullam, probabiles habens rationes: quòd interim ei non currit tempus appellandi. quod dictum Bal. Hippo.de Marsi.pro sing.refert & sequitur sing. suo.clij.inci.Succũbens in causa. Cels.

Quia

¶ Quia si victor petat iam sententiã quę trãsiuit in rem iudicatam per superiorem confirmari:nam si confirmata fuerit,nõ poterit amplius vnquàm de nullitate dici.Ita dicit sing.Inn.in c.cũ dilecta.de cõfir.vti.vel inu.Sed hoc casu oportebit quòd victor probet corã confirmante sentẽtiam latã valere:non autem oportebit probare ipsam esse iustam:secundum Inno.in loco præal.

Additio.

¶ Quid habeat probare ille qui fundat se in sententia?vide dom.Alex.in consil.cxxxvj.

¶ Aduertendum est, quòd vbi intentatur iniustitia & nullitas simul & semel (prout moris est)dico sententiam nullam,& si qua est appello:dicitur nullitas incidenter intentata:non autẽ principaliter. glo.est sing.in l.j.C.quando prouo.nõ est necess.quam glo.ibi commẽdat Ang.Si quoque proponatur sola appellatio,nulla facta mentione nullitatis:poterit iudex appellationis etiam de nullitate cognoscere, & pronũtiare. imò sententiam annullare,pro parte,& pro parte cõfirmare. tex.est in l.fi.ff.de iurepa.& in l.quædam mulier.ff.fami. erci.Ita tenet Ang.in l.j.C.quãdo prouo.non est necess. Idem & Bal.in l.vnica.C.si de momen.poss.fue.app.Si autem intentata est sola nullitas:tunc iudex non potest cognoscere de iustitia, & iniustitia etiam : secundum Inno.in c.cùm cõtingat.in glo.quę incipit,tanquàm ex eo.de offic.deleg. Idem tenet Iac.Butr.Contrarium autẽ tenet Bart. vt refert Ang.in l.iiij.C.de accus.quas opi.Ang.cõcordat, in l.præses.C.quomodò & quando iudex.videlicet, quòd vbi sententia est lata propter dolum & metum,verum dicit Bar.Si autem sententiã & nulla alio modo : tunc procedat quod dicit Inno.& eius sequaces.& ita tenete. Satis supra visum est de nullitate sententiæ introducenda : sed

46 restat vnum dubium.† vtrùm sententia in qua non inseritur causa,sit nulla?Breuiter determinat Barto.& Bald. quòd non.Imò in sententia non requiritur quòd causa exprimatur.

Additio.

¶ Adde Feli.in c.qualiter & quãdo.ĩ.de accu.& adde limitationes positas per Fir.in suo aureo repert.in ver.sentẽtia cum causa. in.vij.versi.de quo.s.an & quando requiratur in sentẽtia expressio causæ?vide Dy.in l.qui comi.§.duo fratres.vbi posui in addit.ad ipsum.in vers.in sentẽtia absolutoria.ff.de verb. obli.dixi post Bar.in l.ij.§.ignominiæ. nu.j.in versi.causa sit expriméda.ff.de infa.post Bal.in l.properãdum.§.duq. ver.quęro hic duo.in apo.in ver.fit inserẽda causa.C.de iudi.& in l.si quis in suo.nu.iiij.vers.nota causam in sñia.in apost.in eo.ver.C.de fideic.lib.Celsus.

¶ Vt in l.in summa.in prin.ff.de re iudi.Nam iudex ex sentẽtia videtur esse motus propter acta facta,& propter ea quæ cõtinentur in actis. vnde est quòd sententia refert se semper ad acta.glo. est sing.in l.si quis ad exhibendum. ff. de exhib.reis. Fallit tamen in aliquibus casibus in quibus debet exprimi causa in sententia : primus est in causa appellationis:secundum gl.in d.l.præallegata. secundus est in causa excom-

municationis:nam non valet sentētia excommunicationis,nisi in ea sit causa inserta?vt in cap.cū medicinalis.de sen ten.excō.lib.vj.Tertius est quando receditur à iure cōmuni:puta,quādo iudex absoluit victum ab expensis.Nam debet inferere causam,quare absoluit: vt in.§.oportet.in authen.de iudi.hoc etiam tenet Bald.in authē.post iusiurandū:& ibi verus text.Quartus casus est,quando absoluitur reus conuentus rei vendicatione,quia non possidebat: nā debet adijci sentētia in absoluto,q a nō possidet.Quintus casus est,in obseruatione iudicij. Nā talis sententia est nulla,nisi inseratur causa.Ita tenet Anto.de Butri.in.c.examinata.de iudi.hos casus ponit Hosti.in.c.sicut.de re iudi. Vnū casum Odolph.addit ꝙ in sentētia etiā criminali debet exprimi causa.Addo septimum,in quo requiritur, ꝙ in sentētia exprimatur causa:videlicet quādo fertur sentētia cōtra eū,qui habet fundatā suā intentionē.gl.est in l.vtique.ff.de rei vē.& hoc tenet singu. Ang.Vnde si debitor pendente iudicio soluit creditori,de cui⁹ obligatiōe erat ꝓbatū,fertur sentētia absolutoria hoc modo,Absoluimus Titiū,quia cōdēnatus fuisset,nisi soluisset:ita dicit Bal.in

47 l.vtique.præalleg. † Quæro incidēter de tali nō.q.quā habui de facto & pulchrā nos habemus in iure:ꝙ sentētia non potest retractari per instrumēta de nouo reperta:nisi in causa reipublicæ ecclesiæ,vel minoris:vt in.l.imperator.cum ibi no.cū gl.ff.de re iudi. Pone modo ꝙ meus fictualis mihi soluerit pensionē.iiij.ann. præteritorum. hoc non obstante adhuc peto de nouo pensionē defectus.Iste cōparet,& dicit se soluisse.Ego fictuali dico ostēde modo:at ille,Ego perdidi confessionē,nec aliter possum docere me soluisse:vnde de nouo cōdēnatur & cogitur ad solutionē:qua solutione facta, iste inuenit cōfessionem solutionis.Iste vult repetere illud quod soluit, certè nō potest propter autoritatē rei iudicatæ,quæ facit indebitū esse debitū:vt in.l.j. C. de cōdi.inde.& in.l.fideiussor.ff.manda.& ita decidit Cyn.in.l.j.C.de cōdi.inde. Dicens potest posse retractare sententiam prætextu instrumēti de nouo reperti.

Additio.

¶ Et an & quomodò retractetur sentētia prætextu instrumentorū nouiter repertorū?vide per Iac.Rebuf.& qd' posui remissiuè in apostil.ad ipsum,in.l. j.in princip.& ibi in aposti & nu.j.ij.& iij.& ibi etiā in addi.meis.C.de sentē. aduersus fis.latis retrac.de cuius dicti veritate vide Bar.Sozi.in suo trac.fallen.reg.ccclxj.in verE.sentētia.vbi facit regu.negatiuam,quā.xiij.fallen.rescrip.istū in sua repet.l.admonendi in j.not.ff.de iureiuran.fal.inter cæteras. versicu.quinta declaratio.& capitulo, inter monasteriū.versic.limita primò. infrà de re iudica.& Bald.consil.xcij. volu.j.Celsus.

¶ Bal.in.d.l.cōsentit.Cyn.sed dat vnū pulchrū modū ad recuperandum istā pecuniā indebitè solutā.nam ille qui scienter receperit illud quod semel recepit, & illicitè ille punitur crimine stellionatus:vt dicto.§.vt in omnibus.

Vlterius nos modò habemus,quòd de

de quocũque crimine quis poteſt accuſare criminaliter:idem poteſt etiã conuenire ciuiliter actione in factum,ad ſuum intereſſe:vt in.l.qui nomine.ff. de fal.vnde cũ iſte qui recipit indebitum ex ſentẽtia,poteſt etiã accuſari de crimine ſtellionatus (vt diximus) poterit ergo etiam cõueniri actione in factum,ad ſuum intereſſe per ſuũ debitorẽ. Sequitur aliqua videre de materia appellationis:cum vſus appellãdi ſit frequens & neceſſarius,per quam quidẽ appellationẽ per iudicẽ appellationis iniquitas ſententiæ & imperitia iudicantis corrigitur.licet interdũ iudices appellationum ſententias ſoleãt bene latas in peius reformare.hęc ſunt verba iuriſcõſulti,in.l.j.ff. de appella.

48 † Quæ nãque appellatio interponitur à ſentẽtia diffinitiua,ab interlocutoria.& à grauamine extra iudiciũ illatum,& ab extra iudiciali . veluti eſt in electiõibus:vt in.c.cũ ſit Romana.j. de appel.Hæc appellatio debet continere perſonã appellantis, & iudicem à quo appellatur,& ſentẽtiã à qua appellatur:vt in.l.j.§.fina.ff.de app.& cũ appellatur à diffinitiua : ſi appellaretur illico,poteſt viua voce appellare.

Additio.

¶ Vide latiſsimè dominum Alexand. de Imol.in.l.cũ procurator.§.ſi dominus.in verſi.ſubſequenter.cum cõcor. per eum ibidem datis.de no.ope.nun. & Paul.de Caſt.in cõſi.xxv.

¶ Dicendo Appello:vt in.l.ij.ff.de appel.& in.l.litigatoribus.C.eo.ſecus eſt in appellatione ab interlocutoria:quia etiã ſi illico appellatur & incontinẽti, non poteſt illico appellari:imo requiritur ꝙ in ſcrptis appellentur:vt in.c. cordi.de appel.lib.vj.

Additio.

¶ Adde do.Alex.de Imo.poſt Bar.in.l. eius qui.de appella.reci.& Bal.& Ang. in.l.patris.de vulg.& pup.& Ludo.Ro. in rubri.quod verũ eſſet.ſi ſtatuto caueatur,ꝙ poſsit appellari ſine ſcriptis: quia tale ſtatutũ nõ valet.& adde Pau. de Caſt.in conſi.ccv.B.Vadus.

¶ Si autẽ appellatur à diffinitiua interuallo,bene oportet ꝙ appelletur in ſcriptis:vt in.l.iii.ff.de appel.Ita not. per Barto.& Ang.in.d.l.litigatoribus.

49 † Sed dubitatur modò,quis dicatur incõtinenti,ſeu illico appellare:vt ſciamus quãdo debet appellari in ſcriptis, & quãdo viua voce.gl.in.d.l.ij.tenet ꝙ in eodẽ die.Idẽ tenent Ange.in.d.l.litigatoribus. Bal.autẽ in.d.l.litigatorib⁹. dicit incõtinenti iudice ſedẽte pro tribunali:Ita debet cõmuniter ſeruari:ꝙ etiã tenet Bar.in.l.j.§.ꝙ ſi libelli.de appel.& idẽ voluit gl.in.d.l.litigatoribus. & ita eſt tenendũ:ex quo ſequiť ꝙ hora tertiarũ lata eſt ſentẽtia:ſi poſteà eadem die voluerit appellare,hora veſperarũ,debebit in ſcriptis victus appellare à diffinitiuã:ſec⁹ ſi hora tertiarũ appellauit:qa tunc põt etiã viua voce appellare:vt ex ſupradictis no. Vnũ tñ nota,ꝙ vbi quis interponit appellationẽ in ſcriptis,neceſſe eſt ꝙ inſerãntur.verba,Appello &c.quę verba ſi nõ inſerãtur,nulla eſt appellatio.Illud eſt dictũ Ang.in.l.errore.C.de teſti. Illud etiã eſt notandũ ꝙ vbi appellatio ponitur in ſcriptis corã iudice à quo,

nō est necesse legere appellationē: sed sufficit sibi dari copiā in manibus: sine aliqua lectura. tex. est singula. in. c. appellatio. de appella. lib. vj. Istud voluit Ang. in. l. j. C. de sent. ex peri. reci. Istud tenuit Bal. in. l. litigatoribus. præalleg.

Sed dubitatur de huiusmodi appellatione, quæ quotidie interponitur (vt patet) appello, mihi reseruata potestate appellādi in scriptis: q̄ appellatione facta, infra. x. dies appellat̄ in scriptis.

50 † Quæritur q̄ appellatio sit sequenda, prima vel vltima.

Additio.

¶ Vide Collec. in. c. significantibus. nu. viij. versi. sed q̄d de illo qui primò appellat. & quod ibi posui in addi. ad ipsum. in versi. primæ appellatiōi. de no ui. ope. nuntiatio. dixi post Bar. in. l. cū procurator. §. si domin⁹. nu. ij. versi. iuxta prædicta quæro. in apost. in verb. primā. ff. e. de no. ope. nunt. & not. Bal. in. l. appellatione. versi. & quia superi⁹ tetigi. C. de appellationi. Celsus.

¶ Barto. in. l. cum procurator. §. dn̄s. ff. de no. ope. nun. dixit primam fore prosequendam, & habere vim. Secunda viribus euacillata. nam prima appellatio facta viua voce, rescindit pronuntiatū. vnde posteà secunda appellatio, nihil inuenit rescindi: dnm tamen iam foret rescissa per primam appellationē. vnde est sensus illorum verborū. Appello viua voce, reseruata potestate appellandi in scriptis, idest appello viua voce, quam appellationem volo esse redactam in scriptis: & sic in effectu nō est nisi vna appellatio. s. prima, quæ fuit interposita viua voce, & postmodum redacta in scriptis, sicut fiunt cætera acta, de cuius substantia nō est, vt fiant in scriptis: veluti sunt exceptiones: secundum Barto. in. l. fin. ff. de excep. & in capitu. quoniam contra falsam. Istud est vtile vt sciatur, quando incipiat instantia appellationis interpositæ: vtilius est, secundum Bald. interponere appellationem in scriptis. x. die. Quia plus durabit instantia appellationis. ita dicit Bald. in dicta. l. litigatoribus.

51 † Consideranda sunt quatuor tempora in hac materia appellationis. Primum tempus est interponendæ appellationis. Secundū, petendi apostolos. Tertium est, tempus se presentandi coram iudice ad quem. Quartum est, tempus prosequēdæ interpositæ appellationis. Primū tempus interponendæ appellationis est. x. dierum: vt in authen. hodie. C. de app. Et illud tempus incipit currere tempore scientiæ, & sententiæ: vt vult gl. in dicta authen. hodie.

Additio.

¶ Quod intellige de scientia vera, non præsumpta, quæ resultat & citatione ad domum: quia tunc non sufficit, imò citatus ad domū, licet præsumatur scire, potest appellare, etiā post decē dies: secundum Rotam, in decisio. cclxiij. Item cum iura. pro quo vide etiā Cardi. in clementi. prima. v. no. de do. & cōtu. & adde Rotam, in decisi. cclxxviij. si contra. j. not. & in decisio. lv. si fertur. in decisio. xix. & adde Philip. in. capi. bonæ memoriæ. j. de appella. ver. debet. vbi plenè dicit, quòd idem si est facta notificatio sententiæ ad domum: nisi

nisi præcesserit alia citatio ad sententiam etiam facta ad domum.quod est singu. not. vide dominum Alexandrũ de Imola.in.l.prima.§.tantum.ff.quãdo ap.sit.& per Feli.in capitu.primo vt lit.non contesta.& in capitu.quod ad consultationem.de re iudi.& Bald. in.l.fin. C.ex quibus causis maio. sed sed quando currat ab interlocutoria vide Card.in cle.causam.xviij.quæst. de elec.in clemen.sicut prima quæstio.de appel.& in dicta clementi.j.quod currit à die sententiæ & scientiæ facta cõputatione de momento ad momentũ, id est à puncto diei,non à die latæ sententiæ & scientiæ.d.c.quod ad cõsultationem.& ibi docto.& Alexand. consilio.xxxiij.in princip.ibi Celsus.

¶ Istud tempus,de momento ad momẽtum currit,fauore reipublicæ.glossa in capitu.pia.de excep.lib.vj. Et est glos.in.l.j.§.dies.ff.quando app.hoc tenet Bald.in.l.si quando.C.de testi.idẽ tenet Ange.in. d. authen.hodie. C. de appel. Et tempus petendi apostolos est.xxx.dierum.in.l.iudices. C. de appellatio.quod tempus incipit currere, à tempore sententiæ latæ:vt in dicta.l. iudices.& sic spectat ad solicitudinem litigantis,petere apostolos à tempore late sententiæ:secundum Bald.ibi. Et potest appellans, si vult, appellando etiam petere apostolos, vel etiam de per se hoc facere,ita quòd non est vis: secundum gloss.in cle.quãuis. de appella.Pœna autem appellãtis,non petentis apostolos infra. xxx. dies est,quod videtur suæ appellationi renunciasse:vt in dicta cle.quãuis.& in capit.ab eo.de appel.lib.vj.

Additio.

¶ Barto.ita not.in.l.quoniam.in prima.C.de appella.collec.in capitu,bonæ memoriæ. numero quinto. & ibi posui,in additio.ad ipsum.in versicu. quod petatur.j. de appellatio. Philippus Franc.in capitulo ab eodem numero tertio.vbi etiam posui,in addit. ad ipsum. in versicu. apostolo.eodem titu.libro sexto.& not.Cardina.in clementi.secunda.§.primo.&.§. similiter. eodem titulo in clemen.Et infra quod tempus petatur:dixi post Colle.in capitulo significantibus. numero sexto. versicu. sed à quo tempore incipien. currere tempora apostolorum.in apostò.eodem.versi.j.de noui operi.nunciatio.Celsus.

¶ Idem si postquàm appellans petijt Apostolos: iudex respondet dure illos velle in certo termino.puta,quòd dixit, Dabo tibi Apostolos infra terminum iuris præfixum: & appellans non comparuit in termino ad accipiẽdum Apostolos:cum & ipsos obtulerit, certè videtur renuntiasse appellationi: vt in dicta clementina, quamuis. Eodem modo si comparuerit appellans, infra terminum à iudice statutũ causa accipiendi Apostolos:& cum ipsos obtulerit iudex appellans, nolit accipere, videtur tunc etiam appellationi renuntiasse. vbi autem iudex statuisset terminum certum ad accipiendum Apostolos, & appellans comparet in illo termino,non sufficit,nisi petat: secundum Baldum in dicta.l.iudices.Si autem iudex in termino statuto nõ dederit Apostolos,sed aliũ terminũ

adhuc statuerit, dato quòd in illo termino non comparuerit iste appellans nec petierit hos dari sibi, non sibi nocet. Ita tenet glossa in dicta clementina, quanuis. Tertium tempus est, scilicet quòd statuisset iudex à quo appellatum infrà quod iudici ad quem se præsentet cum apostolis: & est in arbitrio iudicis à quo vt in l. præses. & ibi gloss. C. de appella. Et si infra tempus illud, non comparuerit appellans coram iudice ad quem suæ appellationi renuntiasse videtur: vt in cap. personas. de appellatio. & debebit etiam fidem facere iudici à quo de sua præsentatione facta coram iudice ad quem. Et ad hoc poterit statuere terminum, facta coram iudice ad quem ita faciunt cauti iudices: secundum Angel. in dicta l. præses. Quartum tempus est prosequendi appellationis instantiam. Et istud est annus, vel ex causa biennium: vt in autentica. ei qui. C. de temp. appellatio. Quo tempore elapso. nisi illa fuerit lata sententia, prima sententia remanet firma: vt in dicta auten ti. ei qui. Et istud tempus incipit currere à tempore interpositę appellationis. Casus est in clement. sicut. de appellat. quæ clemē. multum fuit necessaria pro decisione huius quæstionis, de qua ante illam clementinam maxima fuit altercatio: vt not. gloss. in l. fina. §. illud. C. de tempo. appellatio. Tamen satis hæc decisio colligitur ex iuris ciuilis dispositione vt patet in authenti. si tamen. C. de tempo. appella. Ex qua deprehenditur eadem determinatio, quæ est in dicta clementina, sicut. † Quæro nunquid

52 tempus appellandi, vel prosequendi appellationem, possit per statutum prorogari, vel minui, sicut est instantia prorogandi.

Additio.

¶ Adde pro hac Anto. Corse. singu. suo, in versi. appellatio. vbi allegat hanc gl. sing. per istum hic alleg. & Bald. etiam: sed non potest hoc iudex:, vt ibi per eū. in fi. vbi dat rationem. & dum iste subdit quòd de consensu partium non potest tempus appellandi prorogari, sed bene substantia. vide Matt. Math. singu. xxiiij. incipien. no. quod tempus instantiæ. vbi allegat etiam Ro. hic in clemē. quanuis. alleg. de quo tu vide Feli. in c. ex ratione. de appel. de quo vide Pan. in c. cùm sit romana. nu. vj. & quòd ibi posui, in addi. ad ipsum. in ver. breuiare. ꝫ. de appel. vbi plenè. Celsus.

¶ Respondeo quòd sic. sed non totum tolli. gloss. est not. in l. præscriptionem. C. si contra ius, vel vtil. publ. Et ibi etiā tenet Bald. Per consensum etiam partium non potest prorogari tempus appellandi. verùm instantia prosequenda appellationis bene posset prorogari per consensum partium glossa est, in clementina, quamuis. de appellatio. & ita tenet Bald. & Angel. in authenti. ei qui. C. de tempo. appellatio. Vnde cum ex forma decreti instantia appellationis non posit durare, nisi viginti diebus: partes poterunt ex consensu suo prorogare istam instantiam, vsque ad quinquaginta dies: & plus prout voluerint. Item dicta instantia appellationis, non currit pendente compromisso per partes ex causa vertendi coram iudice appellationis. Et si arbitrator tunc non tulerit sententiam infra compromissum

sum, tunc partes erunt in illo statu, in quo erant ante compromissum factum & sic incipiet nunc currere tempus instantiæ appellationis: vt in dicta clementina, quamuis.& in authenti.si tamen.C.de tempo.appella.Imò nec potest per iudicem tempus appellandi, vel prosequendæ appellationis augeri, vel minui.glossa est in cap. cùm sit romana.de appellatio.Et idem tenet Angel.& Bald.in dicta autenti.ei qui.

Additio.

¶ Cum sit & ibidem vide Felin. circa principium.B.Vad.

13 ¶ † Quæro, infra quod tempus possit peti appellatio coram iudice appellationis, & prosequi causam appellationis. Innocent. in capit. ex ratione. de appellati.&recusationi. in antiq.)dicit quod non potest prosequi, nisi quando superest vnus mensis tantum de instantia: vt in authenti.item si appellatorem C.de tempo. appellatio. Bartol.in dicta authenti.item si appellans habuit mirabilem intellectum, distinguens: aut appellans vult procedere aduersario non citato,& non potest, nisi quando vnus mensis superest. Aut vult procedere aduersario citato,& tunc potest ad sui libitum quandocunque. Angel. mirabatur de opinione Bartol.dicens. Quis reuelauit Barto.talem distinctionem?nulla enim ratione hæc sua opinio fundatur. Quare dicit ipse indistinctè teneri opinio. Iacob. Butrig. qui tenet totum contrarium eius quod. dicit Innocent. videlicet quod appellans potest quandocunque prosequi appellationem: & si vellit appellationem prosequi dummodo) non minus præmaturè occupet tempus appellationis. & ista sententia, est ipsa veritas, quia casus est expræssus in cap.abbate.de appellatio. Et quia malitiis hominum est obuiandum: vt in l.fundo.ff.de rei vendica. vnde si ille victus appellat,& posteà non vult prosequi appellationem, videtur inesse manifesta calumnia: ideo ei est remedio iuris resistendum: ne melioris conditionis sit malę fidei possessor, quam bonæ: vt in c. fina. de dolo & contuma.& in l. nō solùm. de noxa.& in l. seruus. quod vi aut clam. Quæro vlterius. Iure cauetur, quòd instantia appellationis duret anno:& si fuerit impeditus, duret ad biennium: vt dicta authen.ei qui. Quęro si quis fuerit impeditus per vnum diem tantum in primo anno, an ratione illius impedimenti sibi debeat dari alius annus. Innocentius, in dicto cap. ex ratione.tènuit quod sic. Bartolus & Cynus in dicta authen.ei qui. tenuerūt contrarium. Ang.autem not.distinctionem, in dicta authentica. ei qui.dicens. Aut impedimentum quod fuit in vno die, absorbet totum effectum vnius anni:& tunc debet dari propter tale impedimentum vnus annus, aliàs autem nō. Et ita etiam videtur concludere Bald. ibidem.pone exemplum secundum Innocentium, in dicto cap.ex ratione.sufficit quòd quis incipiat prosequi causam appellationis tali tempore, in quo si non interueniat impedimentum, causa possit finiri. vnde si posteà contingat impedimentum, dabitur annus, secundum distinctionem supradictam. Ecce vltima dies instantiæ in quo debet ferri sentētia pro appellante, qui cùm vel-

let venire ad iudicem causa citandi adversarium, vt veniret ad audiendum sententiam, fuit captus ab hostibus, vel interuenit magna inundatio aquarum: propter quas non potuit venire ad iudicem. certè dabitur annus, quia istud impedimentum quod occurrit ista die, absorbet effectum totius anni. Vnde ex his infertur, quòd licet sententia feratur vltima die instantiæ appellationis, nihilominus citatio debet intervenire aliâs sententia foret nulla. ita probatur in dicta authentica, si appellatione. & hoc est generaliter verum, quòd semper requiratur citatio ad audiendam sententiam, etiam si feratur vltima die instantiæ, quando tempus est appositũ à partibus tunc non requiritur citatio, si feratur sententia vltima die. Secus si ferretur alia die, quàm vltima.

Additio.

¶ Et adde quod specificè fieri debet, nõ autem ad audiendam voluntatem iudicis And. Barba. & Bart. Cepo. in rub. de test. & Ro. in deci. 137. & Ludo. in singu. ver. sententia ver. iudex fallit quòd nõ requiratur citatio ad sententiam, quando de facto potest procedi: secundum Lud. Pen. in consil. clxiiij. incip. in Christi nomine amen: hæc sententia duplici respectu. Rom. sing. suo. ccccclxvij. incip. An valeat statutum. & sing. dclxxj. incip. seculares faciunt statuto & quod ibi no. in apost. ad istum suprà eo. versi. citationes. nu. ij. in ver. requiratur citatio. Celsus.

¶ Et ideò si factum est compromissum in arbitrum, vel arbitratorem, & sit appositus terminus per partes infra quem debeat transegisse arbitriũ. Si lata fuerit sententia vltima die termini, nulla requiritur citatio ad audiendam sententiam. Si autem ferretur die anteriori vltima puta, in penultima die, tunc bene requireretur citatio. Ita notabiliter dicit Baldus, in dicta authentica, ei qui & dicit istam fuisse opinionem Innocent. & Bartol. subiiciens ibidem quòd idem est in prorogatione compromissi videlicet quod arbiter poterit prorogare vltima die, etiam nulla citatione facta. Sed posteà tenebitur arbitrator notificare talem prorogationem partibus aliâs non valeret sententia. Idem si data est balia arbitratori prorogandi compromissum & vt fit quotidie. Nam tũc poterit prorogare quandocunq; etiam nulla citatione interueniente: sed posteà tenebitur notificare talem prorogationem partibus: aliâs sententia erit nulla. Ita tenet Baldus, vbi suprà: & in l. eos. §. apostolos. C. de appella. & in l. secunda. C. de sententiis ex periculo re

54 citandis. † Quæro an omni tempore possit interponi appellatio? Respondeo quòd sic, etiam die feriato ob honorem Dei, potest offerri libellus appellatorius: per l. miles. §. sexaginta. ff. ad legem Iuliam. de adulter. in quo libello in tali die potest offerri vt ibi dicitur.

Additio.

¶ Adde Felin. in capitulo significauerunt suprà de iudic. & quod ibi dixi in apostil. B. Vad.

¶ Quod intelligo verum in libello, qui porrigitur iudici. in alio autem libello porrigendo parti, non procedit opinio Baldus. quia die feriata talis actio non

non potest explicari: vt notat Antonius de Butrio: & Ioannes de Imola, in capit. prætereà. de dilationibus.

55 †Quæro vtrum appellatio possit interponi coram notario, si ibi non sit iudex appellationis: dico quòd sic. casus est in authenti. quæ supplicatio. C. de precibus imperato. offerend. & ibidem Rapha. dicit se obtinuisse de facto: quia iudex à quo in vltima die, qua debebat interponi appellatio latuit, vt non interponeretur appellatio: vnde fecit quod appellans appellauit coram notario iudicis: & dicit: dicit hoc de iure potuisse fieri: cùm etiam posset appellari & interponi appellatio in iudicio, & extra iudicium, secundum Doctores.

56 †Quæro quis potest appellare à sententia lata per iudicem. Respondeo quod omnis qui grauatus est, per sententiam, potest appellare: adeò etiam quòd tertia persona quæ non fuit in iudicio, potest appellare à sententia, si sibi afferetur præiudicium: vt in capitu. cùm super. de re iudic. & in l. suspecta. ff. de inofficio testamento & in lege sententia. in principio. & in l. si perlusorio. ff. de appellatio. & in l. parentes. ff. de euict. Pro intelligentia huius quæstionis, videlicet appellationis interponendæ per tertiam personam, præmitto, quod res inter alios acta, aliis præiudicare non debet regulariter: vt in lege quamuis. de re iudica. & in rubro & in nigro. C. res inter alios acta. Fallit tamen in casu, in quo sententia facit ius: quia tunc etiam nocet aliis, inter quos non est actum: veluti est quærela inofficiosi testamenti. decisa per sententiam, quæ nocet legatariis scientibus: secus in ignorantibus: vt notat. Inno. in c. cum super. s. alleg. secundò fallit, vbi defensio primo spectat ad aliũ, & sciens causam agitare, permisit alium subire defensionem. Exemplum est in debitore permitiente creditorem experiri hypothecaria, contra extraneum possidentem. Et in marito permittente vxori vẽdicare rem dotalem constante matrimonio. Nam sententia lata nocebit marito & debitori, licet nunquam fuerit in iudicio, vt in l. sæpè. præalle. de qua materia dic ibi plenè probat vbi autẽ dicit quòd res inter alios acta nõ præiudicat verum est quo ad plenũ præiudicium: tamen præiudicat aliis quo ad qualem qualem præsumptionem vt in l. si duo patroni. in princi. ff. de iureiur. Ita not. Bar. in l. is apud quem. C. de eden. Ita tenet Innocen. in c. cùm super præalleg.

58 † Hoc præmisso redeo ad propositum, quando tertia persona comparet in iudicio: quia tractatur de suo interesse. Aut comparet in causa principali ante litem contest. aut post sententiã causæ principalis priore casu ipse comparens non potest offerre aliquem libellũ sed coadiuuare reum conuentũ: & poterit testis producere vt no. gl. & Bar. in l. suspecta. in prin. ff. de inoffi. testa. Tamen secundũ Inn. in d. c. cum super nõ poterit ista tertia persona producere pub. at testa. nec testamentũ productũ per conuentũ: sed poterit super nouo cap. producere & omnis defensio permissa reo conuento permissa erit ei secundũ Inn. qui etiã poterit cõuẽtũ si viderit ipsum suspectũ colludentẽ forte remouere: & ipse subire defensionẽ vt ĩ l. perlusorio. in prin. & in l. sententia. præall. idem si

iste

iste comparens sit persona ad quā spectet defensio:secūdū quod dixi.s̄.& poterit ista tertia ꝑsona deducere in iudicio oē ius suū simili iure in iudiciū deductō per reum principalem,& non aliter:& poterit etiā defendere ius deductum per reū principalē:secūdū Inn.in d.c.cū super. Officiū aūt iudicis qui habebit iudicare in hac causa principaliter erit:quia si viderit reum principalē conuentū,fouere iustam causam,absoluet eumà petitione actoris.Et si viderit eū fouere iniquam causam,condemnabit eum:& in sua sententia tertiā personā cōparentē nō cōdēnabit,neq; absoluet:quia hoc non fuit petitum à iudice & iudex in sententia habet sequi formam libelli,in quo libello nulla est facta mentio illius tertiæ personæ: tamen hæc sententia in consequentiā & per indirectū nocebit & proderit huic tertiæ personæ:secūdū Inno.vbi.s̄.Et hæc de prima parte. Aut in secūdo principaliter tertia persona cōparet,post sententiā latā,in causa principali appellādo, vel appellationē emissam per reū cōuentū pro sequēdo.Et hic est aduertendū, quia si sunt latæ tres sententiæ contra reū conuentū principaliter , ignorante tertia persona,q̄ prætēdit interesse.Ista tertia poterit appellare,nō obstante ꝙ de iure nō liceat,in vna eademq; causa tertiò prouocare.Eodem modo si ista tertia persona ignorasset ꝓcessum causæ principalis & processum primæ appellationis:sed sciuit processum secundæ appellationis,& non appellauit: nihilominus à tertia sñia lata poterit appellare:si aūt sciuisset agitari oēs processus.s.causæ principalis & binarū appellationū:nunquā noluit cōparere,defendēdo,vel appellādo,nō amplius esset audiendus:secūdū Innocen. qui ita no.in d.c.cū super. Et qñ ista tertia ꝑsona cōparet in iudicio appellādo appellabit hoc modo,Præsens talem sententiā esse latā taliter & tali modo & sub tali forma.verū quia per talē sñiam affertur mihi magnū præiudiciū:ideò appello.Quare à vobis dñe iudex peto dictā sñiam pronūtiari fore & esse nullā, & meritò & rectè appellasse.ita declarat Inno.in loco præalle. Officiū autē iudicis erit in sententiādo hoc modo & si ille qui appellauit ratione præiudicii quod sibi non inferatur.sicut est in quæstione eadē,quā suprà,posui:iudex pronuntiauit sentētiam esse iniustè latā , si ita erit.Si aūt illi qui appellabit nō inferebatur plenū præiudiciū, sed qualis qualis præsumptio:vt est regulariter, quando est inter alios acta , secundum quod supra declaraui:tunc sentētia iudicis appellati erit talis,si ius erit pro ista tertia persona:dico & pronuntio talem sententiam latam per talem nō debere afferre aliquod præiudicium: nec etiam qualemqualem præsumptionem Titio:intelligendo quod ille Titius sit illa tertia persona,quæ comparet in iudicio:& sic vides modū diuersum sententiandi in causa appellationis , quando apparet ille cui infertur plenum præiudicium appellando:& comparet ille cui non affertur plenum præiudicium per sententiam,sed qualis qualis præsumptio.Ex quo collige, quòd ille cui affertur plenum præiudicium per sententiam,aut generatur contra eum aliqua præsumptio:potest appellare à sententia

sententia lata inter alias personas. Et istud est indubitatum. casus est in l. à senten-
59 tia. in princ. ff. de appella. †Ex quo infertur vna conclusio generalis, quòd vbi res est inter alios acta: licet dicatur quòd aliis præiudicare nõ debet: tamẽ cũ alicui per sententiam generatur quale quale præiudicium, & aliqua leuis præsumptio contra eum poterit appellare, & quomodò generetur talis præsumptio, suprà plenè dixi. Hæc sunt omnia not. verba Innocen. per eum tradita obscurè & confusè, in c. cùm super de re iudicata. quæ materia à nostris docto. iuris ciuilis est incognita: & tamẽ est materia subtilis, & quotidiana, quã vobis clarissimè tradidi. Et sic modò poteritis intelligere totam theoricam Innocen. qui tradidit istam materiam in diuersis gloss. conculcando multas opiniones & obscurè loquentes: ex quorum dictis in se veritas est nobis pate-
60 facta. †Quæro, in quibus causis quis possit appellare? Respondeo quòd regulariter potest in quacunq; causa appellare: nisi reperiatur specialiter prohibitũ.

Additio.

¶ Vide Barto. Soci. quæ facit de hoc regulam affirmatiuam, quàm duabus, & triginta fallen. restringit in suo tract. fal. reg. xxiiij. in ver. appellatio. Vide eundem. consi. cxcv. incip. circa primũ. versi. sed præmissis non obstantibus. & consilio. ccc. incipi. in causa. versi. sciendum est. volu. ij. Celsus.

¶ Vnde in casu non expræsso in iure, quòd non possit appellari, permissa intelligitur appellatio. text. est in l. & in maioribus. C. de appellationi. Ita tenet glossa & Angel. in l. qui re. ff. de rei vendi. Hæc regula fallit in pluribus casibus. Primò fallit in sententia interlocutoria, à qua de iure ciuili non appellatur, nisi in eadem, secũdum quod cras plenè dicam. textus est in l. secunda. C. de episcopa. audientia. & in l. j. quorum appella. non recipiun. De iure autẽ canonico potest à quocunque grauamine appellari: siue sit illatum in iudicio, siue extra iudicium: vt in capitul. super eo. de appellatio dixit tamen Guiliel. not. quem sequitur Bald. in leg. post sententiam. de sententia & interlocuto. omniũ iudicum. quòd licet de iure ciuili non possit appellari ab interlocutoria: tamen poterit appellari à grauamine illato. verbi gratia, Iudex non vult admittere alios testes quos actor produxit: certè poterit appellare ab isto grauamine: dato quòd hîc nulla interueniat sententia diffinitiua, nec interlocutoria, quod est singulare. Secundò fallit in executione à qua non potest appellari: vt in l. ab executione. C. quorum appella. non recipi. & in l. ab executore. ff. de appella.

Additio.

¶ Vide Feli. in c. quod ad consultationem. & limita vt per Firm. in suo aureo reperto. in versicul. appellatio ab executione. versicul. primo Adde Bald. consilio. cxlj. volumine primo & consilio tricentesimotrigesimooctauo eodem volumine vbi omnino Bartol. Soci. in suo tracta. fal. regu. ccvj. in versic. appellatio. Celsus.

¶ Poterit tamen appellari à sententia lata de exequendo, vel non exequendo: secun

secundum gloss.in dicta leg.ab executo re.& in dicta leg.ab executione. Et has gloss.sequitur Ange.in dicta leg.ab executione:qui dicit ita in practica seruari,subiiciens,cautum debere esse aduocatum actoris petentis executionem:vt instet cũ iudice: vt non pronuntiet aliquam sententiã esse exequẽdam,vel nõ quia posset appellari à tali sententia: sed facit quòd iudex iam sententiã exequatur,mittendo in possessionem &c.& tunc ab ista executione non poterit appellari. Odoffre.& Bald.in dicta l. ab executione. Ita tenẽt,quòd etiam à sententia de exequendo non possit appellari:quia nunquam secundum hoc esset finis:quia lata sententia,pars victa instaret cum iudice,ipsum debere pronũtiare esse exequendam sentẽtiam.& tũc à tali sententia de nouo appellabit,& sic res ad exitum nunquàm perduceretur. vos autem tenete opinionem gloss. quæ est communis,& etiam seruatur: nec obstat ratio Odoff.& Bald.quia bonus iudex,ad cuius officium pertinet dirimere lites:vt in l.quidam existimauerunt.ff.si certum peta.non pronuntiabit sententiam esse exequẽdam.imò ipso facto exequetur sententiam:vt finis litibus imponatur. Tertiò fallit in sententia lata super dubito fiscali: quia à sententia super tali debito, non potest appellari:vt in l.abstinendum.C. quorum appella.non reci. Item secundum Bald.in sententia lata super decimis: quia nõ poterit à tali sententia latã super decimis appellari. quia æquiparãtur iuri fiscali.ij.q.vj.si episcopi.

Additio.

¶ Adde Fede.de Señ.in cõsil.incip. laicus de prędio & idem dic ab exactione collectarum tributis:vt per doct.in d.l. abstinendum.B.Vadus.

¶ Quartò fallit,vbi sentẽtia est lata cõtra conuictũ testibus, & propria voce confessum:quia non poterit talis appellare:vt in l.ij.C.quorum appella.non. reci. Quintò fallit in sententia lata super apertura testamẽti,vel super missione hæredis in possessionem bonorũ hæreditariorum:vt in l.quisque.quorũ ap.non reci. Sextò fallit in sententia lata contra vnum contumacem,qui nõ potest appellare:vt in l.ex consensu.de app.& in l.post edictum.in.§.fina.ff.de iudi.& in l.properandum.§.in autẽ reus. C.de iudi. Septimò fallit in sententia lata per principem,vel lata per eũ cui princeps contulit causam, appellatione remota:quia ab ipsa sententia nõ poterit appellari:vt in l.j.in fi.ff.à qui. ap.non licet. Octauò fallit,vbi interuenit pactum de non appellando à sententia iudicis. Nam tunc nõ poterit appellari,etiam si sententia foret iniqua: vt in l.final.§.fina.C.de tempo.ap. Idẽ si litigantes promisissent stare sententiæ certi iudicis,quecunque foret talis sententia:nam per talia verba, tollitur beneficium appellandi.gloss.est singul. in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pac.quam gloss.sequitur Bald.& Ang.

Nonò fallit in sententia lata à præfecto prætorio:vt in l.j.ff.de offi. præfect.præto.& in l.à proconsulibus.C.de ap.in l.vnica.C.de senten.præfect.præto.Et per consequens non poterit appellari à sententia lata à cardinali:cùm sit similis præfecto prætorio gloss.est singula.

gula.in l.j.ff.de officio.præfect. præto.

Decimò fallit in sententia lata per arbitrium, qui arbitratur de iure tantùm, & non de facto: quia ab eius senteñtia non poterit appellari, nec etiam reduci ad arbitrium boni viri.

Additio.

¶ Adde Fran. Areti. in l.j.C.de arbit. & quod ibi dixi in apo. vide Bart. Soci. in suo tract. fallen. reg. xvij. in ver. appel. & Raph. Fulg. consi. clxxx. Celsus.

¶ Imò ei est standum: siue æqua, siue iniqua sit: vt in l. diem proferre. in. §. stare. ff. de arbi. & in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio: ab arbitris autem qui eliguntur ex necessitate: vt sunt arbitri qui eliguntur ex forma statuti inter consanguineos secus est: quia ab eorum sententia potest appellari. glos. est singu. in l. ab arbitrio. ff. qui satisda. cog. quàm glo. ibi sequitur Barto. Vndecimò fallit in sententia arbitratoris, à quo non potest appellari: sed si interuenerit deceptio, vsque ad sextam partẽ: debet reduci ad arbitrium boni viri: vt in leg. si nolle. ff. pro socio. & ita tenet Barto. & est communis opinio, in d. §. arbitrorum. Duodecimò fallit, in sententia lata per episcopum, & eius prorogata iurisdictione: quia non poterit appellari: vt in leg. si quis ex consensu. secundùm vnum intellectum. C. de episcop. aud. Decimotertiò fallit, vbi aliqua causa commissa est alicui in suæ conscientia: nam tunc non poterit à tali sententia appellari gloss. est in c. statutum. in. §. insuper. de rescrip. libro sexto. Ita tenet Bald in leg. secunda. C. de sen. ex peri. reci

Additio.

¶ Quod limita verùm, quando agitur de paruo præiudicio. secus vero quãdo de magno: quia tunc potest appellari. vt per Lu. pon. in rubri. de arbi. Bald. in l. ij. versic. item scias. C. de sen. ex peri. recip. & Car. in clemen. primo. §. præcipimus. versic. oneramus. de iure patro. Celsus.

¶ Decimoquartò fallit in sententia existente nulla: à qua non potest appellari: vt in leg. si constat. ff. de ap. & in l. ex præssum. ff. eodem titul. quia appellatio habet extinguere pronuntiatum: vt in leg. prima in fin. ff. ad Tertu. sed id quod nullum est, non potest extingui. vt in l. j. in fi. ff. ad Tertu. Decimoquintò fallit in sententia reductionis ad arbitrium boni viri, super qua fallẽtia est dubitandũ. Nam primo loco Innocen. in c. statutum. de rescrip. lib. vj. tenuit, ꝙ à sententia lata in causa appellationis, ab arbitrio boni viri nõ possit appellari: & sic à sententia lata à bono viro, nõ appellatur: secũdũ eũ. hanc candẽ sententiam tenuit Barto. in l. j. ff. de leg. j. Et idem tenet Bald. ibidem tenuit Rustigarius disputando: vt refert Io. And. in addi. ad Specu. in titu. de appella. in. §. in quibus. in versi. quid si cõuenit. & idem ibi tenet Io. And. Eandẽ sententiam fuit amplexus Sali. in l. societatem. in §. arbitrorum. ff. pro socio. & ita etiam de facto cousuluit. Contrariam autem sententiam tenuit Bald. qui fuit sibi contrarius, in l. vnica. C. ne lice. in vna eademq; causa tertiò prouoc. dicens ꝙ à sententia lata ꝑ bonũ virũ in causa reductionis potest appellari

& hoc

& hoc quia nō reperitur iste casus exceptus in iure: igitur remanet sub regula præmissa: quæ est quòd regulariter in omni causa potest appellari: vt l.in maioribus.C.de appel. Hanc eandem sententiam tenuit Pet.de Thau.in consilio suo, quod incipit, Si laicus. Idem tenuit Io.de Imo.in consilio suo, quod incip. Reuocatur in dubium. Bald.adhuc tenuit vnam aliam opin.videlicet quòd potest appellari à sententia reductionis ad arbitrium boni viri: si in appellatione afferatur qualitas & quantitas læsionis: & ita intelligitur opin. Pet.cum seq. Si autem in ipsa appellatione non sit expressa qualitas & quantitas læsionis: & tunc non valet appellatio: & sic remanet sententia firma. Ita tenet ipse, in l.vnica.C.de his quæ pe. nomi. Et hanc sentio de practica seruari & meritò: quia per ipsam opinionem Bal.reducuntur aliæ opi.ad concordiam. Sit ergo aptus ille qui vult appellare à sententia ad arbitrium boni viri: vt inferat in ipsa appellatione, qualitatem & quantitatē læsionis. aliàs succumbet: quia iudex appellationis, pronuntiabit appellationi suæ nō fuisse deferendum: nec debere deferre appellationi. Decimosextò fallit, vbi quis appellauit, dicēs, statutum esse iniquum, quod statutum est generale: secundum Bal.qui ita not.in l.quisquis. C.quorum appell.non recip. Decimoseptimò fallit, vbi sunt latæ tres sententiæ super eodem articulo confirmatorio: quia vlterius non licet prouocare: vt in rubro & in nigro.C.ne lic. in vna eadémque causa tertiò prouocare. Vbi tamen sententia esset lata de consilio sapientis, licet transiuerit in rem iudicatam, poterit appellari non à sententia, sed tanquàm ab iniquo consilio: vt est tex.ad literam.ij.q.vj.§.biduum.versi.rursus. & ita tenet Ant.de But. Decimooctauò fallit, in sententia per sindicatorem, qui habet sindicare officialem suum: puta, potestas sindicat suum vicarium: nam à sententia lata per potestatem super sindicatu, non poterit appellare: vt in l.nulli. C.quor.app.non reci. Secus esset in sententia per alium sindicatorē lata: quia tunc bene posset à tali sententia appellari: secundum Ang.in d.l.nulli. Decimononò fallit, si statuto caueretur, vel consuetudine legitima haberetur, quòd à certa sententia non posset appellari. Nam si pacto tollitur appellatio: vt s.dictū est: quantòmagis per statutum & consuetudinem. Vigesimò fallit in sentētia lata super possessorio, à qua non licet appellari. vt in l.vnica. in fi.si de momen.poss.fuer.appel.

Additio.

¶ Hæc regula est de iure ciuili. de iure cano.autem appellatur à sententia super possessorio: secundum Card.in cle. j.& ibi Card.in j.oppo.de sequest.poss. & glo.in c.cùm ad sedem.de rest.spo.& limita regulam iuris ciuilis, prout latè limitat Firmia.in suo aureo repertorio.versic.appella.à sententia possessorii.versi.j.quibus adde Bal.consil.cccc-xxvij.volu.ij.& consil.lxxxiiij. volu.j. Rapha. consi.cxlvj.Pet.Phil.Cor.consilio.ccx.incip.ad euidentiam in litera. volu.j.& Bartho.Sozi.in suo tract.fallen.reg.xviij.in ver.appe.latio.Cellus.

Quod

¶ Quod fallit, nisi tale possessorium saperet naturam proprietatis: quia à sententia lata super tali possessorio bene potest appellari: secũdum glo. in l. vnica. C. si de momẽ. pos. fue. appel. Et per hoc à sententia lata super constitutione legis, si quis in tantã. C. vnde vi. poterit appellari. quia talis cõstitutio, sapit naturam proprietatis. Illud interdictum dicitur sapere naturã proprietatis, quod competit soli domino. Ita not. Ang. in l. iuncti. C. de interdic. tex. etiam est in l. ij. in §. quædam. ff. de interdi. Ratio autem quare non appelletur à sentẽtia lata super possessorio est, secundum quosdam: quia talis sentẽtia est interlocutoria, à qua nõ appellatur. hæc ratio non est bona, quia sententia lata super possessorio, est diffinitiua: cùm in ea offeratur libellus, & lis contestetur: vt in l. j. & . ij. ff. vti possi. & in §. hodie. insti. de interdic. & ita etiã tenet glo. in d. l. vnica. & etiam docto. verũtamen est quòd causa possessoria debet agitari summariè. tex est in l. momentaneæ. C. vnde vi. glo. est in l. j. ff. quor. bonor. Ita tenet Bar. in extrauag. ad reprimendam. in verbo, summariè. fuit ergo alia ratio, quare non appelletur à sententia lata super possessorio: quia grauamen reparatur in petitorio: vt in l. qui petitorio. ff. de rei vendi. ex qua sequitur, quòd si primò fuisset intentatum petitorium, & posteà lata sententia super eo intentaretur possessorium: posset appellari à sententia lata super possessorio: quia modo non expectatur amplius petitorium: secundum Io. mona. in c. vt certa. de elec. lib. vj. & Bal. in l. vnica. C. si de momen. pos. fuerit appellatum: quia Io. Mona. in d. c. vt certa. tenuit quòd vbi in petitorio renuntiatum est conuentum dominium, non potest amplius intentari possessorium. & eum sequitur Bal. in d. l. vnica.

61 †Ex quo etiã infert Ang. in d. l. vnica. quòd vbi quis non posset probare in petitorio, à sententia lata super possessorio posset appellare: quia tũc causa appellationis poterit iterum deducere petitorium, & probare: quia non probatum probabo. quod est singulare: & sic vides quòd nõ est indistinctè verum id quod quotidie dicitur, quòd à sententia lata super possessorio, non possit appellari: quia qualiter debeat intelligi, liquet ex prædictis. Attendite tamen, quòd vbicũque non potest appellari à sentẽtia lata in possessorio, tunc potest de nullitate dici: secundum Bal. qui ita not. sing. in d. l. vnica.

Additio.

¶ Et idem dic de restitutione in integrum. maximè si sententia sit lata prætexto falsorum instrumẽtorum, vel testium. l. falsam. C. si ex fal. instru. & Io. Pap. in summa. in titu. de appel. à diffi. versi. coram nobis. contrarium tamen tenet Io. And. in c. j. de in integ. resti. in vj. in not. in princ. sed vide glo. & Bar. in d. l. j. in vlti. q. C. si de momen. pos. fuer. appel. & Pau. de Cast. in consi. cccxvij. incip. vt bene attingatur. pro quo adde do. Bartho. Sozi. in consi. ccxcix. incip. capio. versi. primum. quia in fi. in ij. parte. quod appel. in casu momentaneæ possessionis nõ admittitur: sed restituitur in integrum sic. B. Vadus.

¶ Tamen talis nullitas non impediet.

executionem: cùm dicta nullitas siue intentetur principaliter, siue per modum exceptionis opponatur, non potest impedire executionem sententiæ, nisi euidens nullitas: secundum Innoc. qui ita tenet. in c.cùm in iure peritus. de offic.deleg. Prædicti omnes casus, in quibus dixi non posse appellari: intelliguntur de appellatione à diffinitiua sententia. Ab interlocutoria autem planum est non posse de iure ciuili appellari regulariter: vt l.ij.C.de episco.audien.& in l.ante. C.quorum appel.non recip. De iure autem canonico appellatur à quacunque interlocutoria: & à quocunque grauamine illato, siue in iudicio, siue extra iudicium: vt in c.super eo.de appella.de iure autem ciuili, prædicta regula fallit. quia interdum potest appellari ab interlocutoria: vt quotiescunque per obiectum in sententia diffinitiua nō reparatur grauamen illatum per sententiam interlocutoriam. In tali interlocutoria semper potest appellari: vt in l.ij.ff.de appel.recip. Subiicio exemplum, Iudex pronuntiat aliquem esse torquendum, ab ista interlocutoria poterit appellari: vt in d.l.ij. quia tortura lata per sententiam diffinitiuam, non potest tolli: cùm non possit fieri, quod factum, sit non factum. Et si dicatur, quæ sit ratio, quòd ius ciuile noluit posse appellari ab interlocutoria. Ius autem canonicum sic. Quidam dixerunt, quòd ius ciuile fecit causa minuendi expēsas, quæ multiplicarentur propter frequentiam appellationum. Canonistæ autem & maximè Papa non curauit de illis expensis: quia magis curauit verum. hæc ratio non est bona. ideò dicite, secundum Bald. quòd de iure ciuili instantia debet durare triennio, & non plus: vt in l.properandum.C.de iudic. Vnde si potest appellari ab omni interlocutoria, futurum esset causam principalem non posse finiri intra instantiam. hoc autem periculum nō subest de iure canonico, quia secūdum ius canonicum, causa principalis non habet aliquam instantiam: imò potest perpetuò durare: ita dicit Ange. fore de iure canonico cautum: sed dicit se non recordari de capitulo. vos dicite, quòd casus est in c.venerabilis. de iudic.& vt perfectius intelligatis circa appellationem ab interlocutoria interponendam. Quæro de aliquibus quæstionibus, quas posuit Bart.in l.ij.ff.de appel.reci.

Additio.

¶ Et ibidem vide d.Alex.de Imo.quòd à citatione verbali non permittitur, à reali sic. vt etiam habes hìc per Lanfran. à citatione verò per edicta extra casus permissos fieri potest: vt per do. Alex.in d.l.ij. & Barto.in extrauag.ad reprimendum. versic.per edicta. licet Ioan.de Imo.teneat contrarium. in l. iiij.§.prætor. de dam.infec.vbi etiam vide do.Alex.de Imo.B.Vadus.

¶ Et Bald.in l.ij.C.de episcop.audien,

62 Et primò quæro, † vtrùm possit appellari à citatione? dicite secundum Bar.quòd à citatione verbali non possit appellari; quia comparendo potest suum grauamen iustificare, quod verum est, secundum Bal.nisi citatus non possit securè comparere: quia tunc poterit appellare corā honestis personis,

arg

argumento notatorum in rubro & nigro. C.de his qui per me.iudi.non appel.A citatione autem reali: vt quando quis capitur personaliter, quis potest appellare: quia tale grauamen per obtentum in diffinitiua sententia non potest reparari:cùm carcer dicatur mala mansio:vt in l.j.§.quoniam. ff.de quæ-
63 stionibus. †Sed nunquid interposita appellatione ab ista incarceratione,iudex debebit supersedere, & non incarcerare:quia appellatione pendente,nihil debet innouari: sic iudex debebit nec de carcere trahere detentum? Responde quòd nõ. imò debebit stare detentus in carcere: & hoc,quia pendente appellatione ab interlocutoria potest fieri innouatio:& omnis processus factus per appellationem ab interlocutoria valet, & tenet: nisi fortè facta fuerit inhibitio per superiorem. & pendente appellatione nihil debebit innouari:vt est casus expressus, in cap. non solùm.de appellat.lib.vj.& sic illa regula,appellatione pendente &c. debet intelligi de appellatione à diffinitiua: & poterit talis incarceratus, qui etiam stetit per multum tempus in carcere,appellare: licet grauamen sit iam illatum: quia non dicitur appellare à grauamine illato: sed à grauamine instanti & successiuo: quia ista incarceratio & detentio, habet causam successiuam. & ideò ratione futuræ incarce-
64 rationis durantis appellat. †Quæro si iudex pronuntiat se iudicem competentem, vel incompetentem: an possit appellari? Respondeo quòd sic.glo.est in authen.habita.ne filius pro patre.C. text.etiam in c.significantibus.de officio delegati. Quod est verum,nisi esset quæstio inter duos iudices de iurisdictione: & superior cognosceret, & pronuntiat iurisdictionem ad alterum pertinere: tunc nõ poterit alter ab huiusmodi sententia appellare. Ita dicit sing.Ang.in l.ij.ff.si quis in ius vocat.non ierit.Et est ratio quare,scilicet à sententia iudicis pronuntiantis se iudicem incompetentem,possit appellari etiam de iure ciuili. quia quotiescunque post interlocutoriam non speratur sequi aliqua diffinitiua,à tali sententia interlocutoria potest appellari: vt est tex.in l.vt prætor.in §.permittitur.ff.de mino.Sed quando iudex pronuntiat se incompetentem,nõ amplius speratur aliqua diffinitiua. Et hæc est bona ratio, quare appelletur à sententia, per quam pronuntiatur iudicem fore incompetentem.Sed non est bona ratio, quare non possit appellari à sententia, qua quis pronuntiat se iudicem competentem:sed ratio huiusmodi est, quia per appellationem à diffinitiua non tollitur huiusmodi grauamen. igitur &c. Quæro vlterius, vtrùm à sententia per quam iudex pronuntiat procedendum fore super libello ipso existente inepto, possit appellari? Respondeo quòd sic: quia interest ratione fructuum: quia percipiuntur tempore processus existentis nullius.
65 †Item quæro, An possit appellari à nimis breui dilatione? Dicite secundum canonistas, qui melius dicunt quàm legistæ, quòd sic.

Additio.

¶ Vide Pau.de cas.in cõs.xxv.& Bal.in

capit.j.vij.col.de milit.vasal.qui contu.est.& in.l.nonnunquã.de iudi.& de hoc vide istũ.s.eo.§. dilationes. numero.vij.versi.postremò quæritur.& qđ ibi posui in addi.ad ipsum.in versicu. quodq sic.Celsus.

¶ Duobus interuenientibus:videlicet quando terminus statutus est nimis breuis:& quando iste terminus sit peremptorius:aliàs non potest appellari. text.est in capitu.j.de dila.& ibi tenet Innocen.& Hostien. & cæteri docto. Sed si terminus est nimis longus,nunquid à tam nimis longa dilatione possit appellari? Dicatis quòd non:secundum Barto.& Bald.nisi illa dilatio excederet causam principalem,id est instantiã causæ principalis: tunc possit appellari:secundũ Barto. Sed Bald.tenet quòd non possit:quia illa dilatio est nulla:vt in.l.scire oportet.in.§.con sequens.ff.de execu.tuto.Ego sto cum Barto.quia talem dilationem dare, est valde iniquum.vnde ratione iniquita

66 tis potest appellari. † Item quæro, an denegata audientia possit appellari.

Additio.

¶ Vide do.Alexan.de Imol.in.l.fin. in fin.de app.& Bald.in marga.versi.Iudex.versi.lxxv.B.Vadus.

¶ Pone,iudex nõ vult dare dilationẽ ad probandum.iudex non vult admittere probatiões.dico ꝙ potest appellari:secundũ Bald.in.d.l.ij.Itẽ sententia lata ab obseruatione iudicij potest appellari,quæ dicitur interlocutoria. gl. est singu.in.l.earum.ff.si serui.ven. & generaliter secundũ Bald.ab omni interlocutoria sententia excludẽte ꝓcessum potest appellari.& per cõsequens excluditur processus.Itẽ potest appellari à taxatione expensarũ:secundum

67 Inn.in.c.fi.quod met.cau. † Quæro vlterius,si iudex pronũtiet appellationẽ esset desertã,nunqd à tali sentẽtia possit appellari.Determinat Bal.ꝙ sic. & bene dicit, quia ista interlocutoria habet vim diffinitiuæ.& quotiescũque interlocutoria habet vim diffinitiuæ:à tali interlocutoria semper põt appellari:casus est in lege,intra vtile.ff.de mino.Ideò vtilius est victo se absentare, & nõ prosequi appellationẽ interpositã,& permittere pronuntiare appellationẽ esse desertã. Aduerte singulariter ad vnũ singulare.quòd licet causa appellationis habeat annũ,vel ex causa bienniũ:iudex per lapsum anni nũquã põt pronuntiare appellationẽ esse desertam:quia potuisset victus habere impedimentũ.ita ꝙ nõ potuisset prosequi infra annũ.ita ꝙ bienniũ ipso iure sibi largiatur,de quo impedimento nihil scit iudex.imo oportet ꝙ lapsum sit biennium ad hoc quod iudex possit pronuntiare appellationẽ fore desertã: Ita dicit singu.Bar.in.l.eos.C.de appella. Quæro vlterius:Iudex pronũtiat deferendũ esse appellationi:nũquid à tali interlocutoria possit appellari. Bald.in.l.vnica.C.ne lic.in vna eadẽque causa tertiò ꝓuoca.tenet quod sic. & primo loco.Hãc opinionẽ tenuit Io. Mona.in.c.cupientes.de elect.libro.vj.

68 † Ex his omnibus sub breuitate cõcludite,de iure ciuili regulariter ab interlocutoria non posse appellari.Ab ista regula sunt tres fallẽtiæ:& sic tres cõ-

cludite

cludite conclusiones:scilicet ꝙ ab illa interlocutoria potest appellari, quādo grauamen non potest reparari per obtentū in diffinitiua.hæc regula ꝓbatur in.l.ij.de appella. Secūda regula sit ista,ab illa interlocutoria pōt appellari,quæ habet vim diffinitiuæ.hæc regula probatur in.l.intra vtile.ff.de mino. Tertia verò sit ista,Ab interlocutoria postquā non sequi speratur aliqua diffinitiua,pōt appellari.hæc ergo probatur in.l.vt prętor.§.permittit.ff.

69 ff.de mino. † Quæro vtrum aliqua differentia sit in appellatiōe ab interlocutoria in casibus,in quibus poterit appellari:& in appellatiōe à diffinitiua?Suprà vidisti vnā differentiā: quia appellatiōe pendente à diffinitiua,nihil debet innouari.sec⁹ in appellatione ab interlocutoria:quia appellatiōe pendēte pōt innouari:nisi expressè sit prohibitū per superiorē:vt in.c.non solum.de appella.lib.vj.Est & alia differentia.quia in appellatione à diffinitiua non requiritur expræssio causæ in appellatione:vt in.l.socio.ff.de appella.In appellatione autē ab interlocutoria,debet exprimi & specificari causa: vt in capi.vt debitus.de appella.& in c.cordi.de appel.libro sexto.facit qđ no.per glo.& Bald.in.l.in minori.ff.de his qui.vt indig.

Additio.

¶ Vide tu domi. Alexand.de Imo.in consilio.lxxx.in.j.parte.& in lege.j.de appel.vbi plenè & Ludo.in Rub.ff.de re iudi.quibus adde Barto.Sozi.in suo trac.fallen.re.xvj.in ver.appellans.Felin.c.quod ad consultationē.de re iud. Pet.Philip.Cor.consilio.lxv.incipien. licet in tran.d.volumi.ij. & Franc.de Aretio.consilio.cvij.vbi plene.Celsus.

¶ Item appellari debet ab interlocutoria in scriptis:vt in dicto capitu.vt debitus.& in capi.cordi.vbi autem appellatur à diffinitiua,incontinenti potest appellari viua voce.vt in dicta.l. ij.ff.de appella.aliàs non.Sunt tamen aliqui casus,in quibus requiritur expræssio causæ in sententia diffinitiua.primus casus est,vbi fertur sententia contra confessum.nam potest à tali sententia appellari:sed in eius appellatione debet exprimi causa.puta,ꝗa dicat,Domine iudex lata est contra me sententia,quia confessus &c.Ego appello,quia mea cōfessio est facta per metum,vel confessus fui metu &c.glo.est singula.in capitu.romana.in.§.finautem.de appella.libro.vj.Quam gloss. sequuntur do. Secundò fallit in appellatione reductionis ad arbitriū boni viri,in qua debet exprimi qualitas & quantitas lesionis:aliàs simplex appellatio non tenet: vt not.Bald.in lege,vnica.C. de his qui pe.no.

Additio.

¶ Vide domi.Alexand.de Imo.in consilio.xix.i.iiij.parte.Et latius vide per dominum meum dominū Philip.Decium,consilio.xxxix.incipiē.iuridicam esse arbitror.versic.secundò principaliter.&c.& ibi per eum,vsque ad quæ tēpora possit appellari,reducendo laudum iniquum,ad arbitrium boni viri. Celsus.

Tertiò fallit vbi latæ sint tres sententiæ conformes.& non obstante hoc:

si victus appellat, si iudex pronuntiat non esse deferendum appellationi: appellans à tali sententia debet exprimere causam: secũdum Ioannem de Imola. in capit. cupientes. de elec. lib. sexto. & idem tenet Bald. in lege, vnica. C. ne li. in vna eademque causa tertiò prouo. Quartò fallit, quando commissa est causa alicui delegatorum clausula, appellatione remota. Nam debet talis appellator exprimere causam, aliàs tenet appellatio. Ita tenet singulariter Innocentius. in capitu. vt debitus. infrà de appella. Et concludite istam regulam: † quòd vbicunque prohibetur appellatio, quòd si quis appellat, tenetur exprimere causam: aliàs non tenet appellatio. Ita dicit Lapus Abbas, in c. Romana. in. §. finautem. de appellatio. libro sexto. & ibi voluit gloss. & sic præsumptio iuris est contra appellantem. vnde cum non posset appellare, debet exprimere causam in sua appellatione. & sic non est mirum, si quando appellatum est à sententia causæ: quam quis cognoscit appellatione remota: quia præsumptio est contra appellantem. Idem quãdo sunt latæ tres sententiæ cõformes: scilicet, Iudex pronuntiat non esse deferendum appellationi, præsumptio enim est contra appellantem. quia in vna eademque causa non licet tertiò prouocare: vt in rubro & nigro. C. ne liceat in vna eadẽque causa &c. Et si dicatur ista sententia per quam pronuntiatur nõ esse deferendum appellationi, id est, interlocutoria: sic non est, mirum, si debet exprimi causa: quia hoc generale in qualibet interlocutoria: etiã quęcũque habeat, vim diffinitiuę: vt est hîc. & non permissa est appellatio, sicut à diffinitiua: vt in. l. intra vtile. ff. de mino. Sed expræssio requiritur interlocutoria, quòd non est diffinitiua appellatione: & sic non erit bona ista fallentia: cum à tali sententia non sit appellandum, sicut à diffinitiua: sed vt ab interlocutoria: licet habeat vim diffinitiuæ.

70 (left margin, at "gulam:†")

71 † Est etiam alia differentia inter appellationem à diffinitiua, & ab interlocutoria: quia in causa appellationis à diffinitiua, põt fieri iustificatio ex nouis probationibus: vt in. l. eos. §. j. C. de appel. & in. l. per hanc. C. de tempo. appel. In appellatione autẽ ab interlocutoria, nõ possunt fieri nouæ probationes: imo debet ipsa appellatio iustificari ex antiquis actis casus est in cle. appellanti. de appella.

Additio.

¶ Tu limitabis hoc dictũ: vt per Bart. Sozi. in suo tract. fallen. regu. xxxij in versi. appellatio ab interlocutoria. de quo plenè p Philip. Cor. cõsi. lxxxvij. in litera. a. & in litera. c. vol. iij. B. Vad.

¶ Attendite tamen ꝙ vbi quis apposuisset exceptionem, & voluisset etiam facere protestationem illius exceptionis, offerens se paratum probare: si iudex noluit admittere talem exceptionẽ, neque eius probationes: si grauatus appellat ad hoc: istud negotiũ deuoluitur ad superiorẽ: & attentata reuocantur. sufficit probare coram iudice appellationis ad quem: scilicet quòd opposuit talem exceptionem coram tali iudice: & obtulit se probaturũ incontinenti &c. & iudex noluit admittere, hoc

hoc verificato.licet non probata veritas exceptionis.coram iudice appellationis:satis erit iudex reuocabit attentata post talem appellationem:quia eo ipso quòd appellās opposuit exceptionem legitimam,& offerat se probaturum incontinenti,& iudex non admisit:constat satis de grauamine illato, etiam veritate exceptionis aliter non discussa.Si autem opposita fuisset exceptio,& opponens non obtulisset se probaturum: quam exceptioné iudex noluit admittere,vnde appellauit:tūc erit necesse corā iudice appellationis iustificare exceptionem,& de veritate exceptionis docere.Hæc omnia probātur in capi.interposita.in princi.de appella.Si tamen in casu quo opponens obtulit se ꝓbaturū suscipiat in se onus probando corā iudice ad quem veritatem exceptiōis potest probare:& si ꝓbauerit,amplius non intētabitur super illo negotio:& ita intelligitur tex.secū
72 dū doct.in.c.ex parte.de testi. †Vlterius q̄ro,quando appellatur ab executione in casibus permissis: videlicet quando exceditur modus in exequendo:vt in lege,ab executione.C.quo.appella.non reci.Quæro an debet appellari sicut fit in diffinitiua an sicut fit in interlocutoria.Respondeo,secundum Cyn.& Barto.& Bald.& Angel.quòd debet appellari,sicut quando appellatur ab interlocutoria:& sic debet inseri
73 causa & in scriptis. † Sed quid in reductione ad arbitrium boni viri: an possit reducens siue petens reductionem,iustificare suam reductionem ex nouis probationibus & actis, sicut dicimus in appellatione à diffinitiua. An verò teneatur iustificare ex antiquis actis?hoc est, vt clarè intelligatis,vtrum in instantia reductionis ad arbitrium boni viri,debeat iustificare reductio per nouas probationes? Dicite,secundum Bartolum in.l.societatem in.§. arbitrium. ff. pro socio.ꝙ in casu in quo ad iniquitatem sententiæ demonstrandam requiritur dolus:quod tunc non possunt fieri nouæ probationes. quia dolus debet apparere ex ante gestis,non autem ex futuris.Aut iniquitas sētētię potest experiri,& sine probatione alicuius doli:& tunc possunt fieri nouæ probationes. Aduertatis tamen secundū eundem Barto. quòd si coram arbitratore nullæ sunt formatæ,vel factæ probationes in scriptis:sed assumpserunt probationes oretenus (vt sæpè faciūt arbitratores imperiti) si talis sententia reducatur ad arbitrium boni viri: poterunt produci testes ad probādum quòd tales probationes fuerunt factæ coram arbitratore: quia acta possunt probari per testes: secundum Bartolū & Angel.in.l.emancipatus. C. de fide instrumen.Et si dicatur,quando est necesse,ꝙ probetur dolus in reductione ad arbitrium boni viri?Dicite quando redarguitur dolus arbitratoris: puta, quia reducens dicit sentētiā arbitratoris contra me talē esse dolosè & iniquè latā.Nam tunc probari debet dolus:& ista iniquitas ex nouis probationibus, tunc non poterit detegi,sed solummodo ex antiquis. Vbi autem non redarguitur dolus in sententia arbitratoris:q̄a dicit̄ per reducenté se esse lesum ī modica,vel in magna quātitate,

vel enormi &c. tunc ad ostendendum talem iniquitatem & talem lesionem, possunt fieri nouæ probationes. vnde potius consuluimus volenti reclamare contra sententiam arbitratoris: vt dicat se esse læsum in modica & in magna quantitate, & enormi. quia poterit facere nouas probationes, quàm dicere sententiam esse dolosè & inique latam quia tunc non poterunt fieri nouæ probationes: vt ex suprà dictis liquet. Consultissimum tamen est, vtranque formam amplecti in reductione interponenda. videlicet quòd dicat sententiam dolosè latã, & se esse enormiter lesum: quia tunc sufficit iniquitatem sententiæ detegere ex altero istorum. vel ratione doli, & hoc non poterit facere ex nouis probationibus, vel ratione modicæ lesionis, & hoc respectu, nouas probationes poterit facere. † Et enormis lesio in presenti materia dicitur, si quis grauatus in vj. parte. vt in lege vnde vi. ff. pro so. secundũ Bar. in d. §. arbitrorũ.

Additio.

¶ Quæ autem dicatur magna lesio? vide domi. Alexand. de Imola. in consilio xlvij. in j. parte. Bart. in l. si societatem. §. arbitrorum. versicu. quæro quæ dicatur parua, vel magna. ff. pro socio. Rapha. Cuma. consil. l. incipien. stante statuto ciuitatis Vicentiæ. versic. ad id autem quo quæritur. &c. & Lanfran. in tractat. arbitr. in vltima parte quæstio. cxl. & domi. meum. do. Decium, consil. xxxix. incipiẽ. iuridicam esse arbitror. in fin. Celsus.

¶ In cõtractu venditionis, vel aliorum contractuum, enormis lesio dicitur vltra dimidium iusti pretii, vt in lege. ij.

75 C. de re. vendica. † Ex quibus omnibus potest quæri, an per pactum possit renuntiari ad reductionem arbitrii boni viri: vt quotidie fit. Et dicite q̃ nõ si interueniat dolus arbitratoris in sẽtẽtia.

Additio.

¶ Adde Barto. in l. quidam cum filium. in versi. & sic noto. ff. de verb. obl. & Ludo. Pon. in rub. de arbi. & Ang. in consi. incip. Ludo. de ciuitate castelli. & Pau. de ca. consi. lxxiiij. incip. primo & ante. & in consil. lxxv. incip. quia frustra. Et quid si est iuramẽto firmata? vide Flor. in dicto. §. arbitratorum. & Ludo. in d. rub. & Pau. de Cast. in consi. lxxv. & domi. Alexan. in consilio. cxxx. in ij. parte vbi ponit, vtrùm sufficiat probare latam culpam, an verò dolum: & multa alia, ex quibus laudum potest dici nullum, vel saltem iniquum, & pro parte iniquum & pro parte nullũ: & an quando peti potest: & an ex quo est species appellationis, an post. x. dies, vel perpetuo vsq; ad xxx. annos peti possit, sicut appellatio: & quid si ei renuntiatum sit? vide dominum Bartholomeum Sozinum, in consilio. ccxx. incipien. Viso cõpromisso. in ij. parte. Cyn. in lege, si societatem. §. arbitrorum. & in additio. ff. pro socio. & Bald. ibi versiculo & adde quod ista reductio Francisci de albergo: in lege, si quis arbitratu. ff. de verborum obligatio. quem refert & sequitur Anto. de Butri. in cap. quintaualIis de iureiuran. Idem tenet Bald. in lege, fin. versicu. quæro vsque ad quod tempus. C. de contrahen. emp. Angel. consilio. ccciij. incipien. Ius petendi reductio

ctionem. Oldral.consil.clvj.incipien. primum de quo quæritur.in fin. dominus meus domi.Decius.consilio.xxxix. incipien.Iuridicam esse arbitror. circa fi.Alexand.consilio.xcv.incipien.Visis processibus.in fin.volumi. secundo vbi dicit esse hanc opinionē communem: scilicet vsq; ad.xxx. annos, posit peti reductio ad arbitrium boni viri. Idem tenuit Albericus de Rosa. in præallega ta lege, si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & Paulus de Leaza. consilio incipien.vertitur dubium. quem iste in tracta.de arbitro.in vltima parte.q. refert.& principio huius apostill.scilicet, an per pactum tollatur arbitrium, etiā iuramento interueniente.Bal.in l. cùm anteà.C.de arbi.& consi.cccxxxj.incip. præmitto.volum.iij. Paulus de Castro. consi.lxxiij.incipien.quia frustra.ibi dicit,nullā verborum cautelam posse tolli,imò nec etiam statuto.vt per Petr.de Anch.in repe.c.canonum statuta.versicu. accedat hìc. de consti.Idem consil. ccxxvij.incipien.in quæstione supradi cta versi.restat respondere.& consil.sequen.incipien.Iudex iudicaturus.circa finem Anto.consi.cij.incipien.Laudum arbitratoris.Fulgo.consi.ccxxiiij. incipien.quoniam in singulis.& Romanus consil .xc.incip.viso thema.quæstio.de quo dixi post Barto. in addi. ad ipsum. in l.si vnus.§.illud.nume.iij. versic.sed iuxta prædicta quærit.in apost.in vers. posit renuntiarē. ff. de pact. dixi post Bald.in l.superuacuam.nume. xxiij. in versi.ad arbitrium boni viri. C. de his qui pe. no. & in l.cùm anteà.nu.vij.ver si.sed quid si per statutum.in versi.reductionis.C.de arbi.dixi post Dy.in reg.à iure.in versi.sic debemus post Collect. c.cùm dilectus.nu.vj.in ver.ad arbitriū boni viri.de arbi.no.Fe.i.c. si diligenti. ver.secundum correlariū.de fo.compe. & notaui post Barto.in l.j.in fi.versicu. sed quæro.in apost.in eo.ver.ff. de leg. ij.& in tracta.clausularum.in clau. cōpromissarum.versi.in iudicem vt bonū virum. Celsus.

¶Eodem modo si non interueniat dolus,sed adest lesio in magnaquantitate. Si autem in parua quantitate,tenet renuntiatio,secundum Bartolum, in d.§. arbitrorum. Circa hanc materiam appellationis aduertite : namq; est sciendum, quòd appellatio interposita corā iudice à quo, habet vim libelli: adeò quòd iudex ad quem potest procedere super ea,nullo alio libello porrecto.Ita Bald.tenet in l.si quis libellos. Quæro pro declaratione præsentis materiæ,
76 †vtrùm appellatione pendente, posit aliquid innouari? Dicite, quòd regula est,quòd not.in rubro & nigro. ff. nihil inno. pos. appella. pen. Quod qualiter procedat,statim plenius examinabitur. Hæc tamen regula fallit in quinq;, casibus,in quibus potest innouari appella tione pendente.

Additio.

¶De quo etiam vide latisimè & ad saturitatem Firmia.in suo aureo reperto. versi.appellatione pendente.ver.j.cum seq.& an attentata post appellationem iudicialem, veniant reuocanda per viā attentati.vide do.Bartho.Sozi.in cons. xlv.incip.visa appellatione.versi.circa hanc dubitationem.cum versi.sequent. in j.parte.Et do.meum do.Philip.Deci.

consi.xxxiiij.incip.diuino &c.& pro te-nui facultate.ante fi.& consil. xcvij. in-cip.in casu propo.versi.stante ergo &c. & quæ dicantur attentata, per eundem consil.ciij. incip. in causa possessionis. per totum, quibus adde Bart. in l.furti. §.sed si furti nu.ij.vbi posui in addi. ad ipsum.in versi.nihil nouari appellatio-ne pendente.ff.de his, qui not. infa.dixi post Collect.in c.dilectis.nume.xxv.in versic. appellatione pendente infra de appel.no.Corse.singu.suis.in versi. ap-pella.incip.regula est:not.Bartho.sozi. in suo tracta.fal.regu.xxj.in ver.appel. Fede.de senis. consil.ccxxiij. vbi ponit, qualiter intelligatur, verbum innouari. & Bal.no.consi.cccxvij. vbi ponit. Nun quid executio fieri possit.Celsus.

¶Primò quia innouare potest ex pro-uisione legis vt in l.per hanc.C. de tem po.appellat.Secundò fallit in innoua-tione, quæ fit contra appellationem par tium.Quam innouationem fieri, aut nō fieri, non interest appellantis. casus est sing.in l.creditor.ff.manda. in princip. Tertiò fallit, quando potest attentari id quod potuisset attētari in causa prin cipali vt in l.postquam.in §.impetator. ff.vt leg.nomine.Quartò fallit, quando appellando innouāt quæ innouatio fie-ri potest: vt in l.eos.§. super his.& in l. minimè. de appellatio. Quintò fallit, quando appellatio est frustratoria eui-denter,& friuola: quia tunc non obstan te tali appellatione est innouandum,& potest fieri executio: vt in cap.cùm ap-pell.friuolis.de appellatio. libro sexto. imò iudex tali appellatione pendente nō tenetur differre executionem: vt ibi dicitur: secundum quod etiā tenet Ang. in l.abstinendum. C. quorum appella-tio.non recip.Istas fallentias ponit An gel.in l.pro hac.C.de tempo.appel.Sed pro discutienda hac materia, duo sunt

77 videnda.†Primùm, an iudex appella-tionis, possit inhibere iudici, à quo, ne procedat, vel ne aliquid noui attentet. Secundum, vtrùm & qualiter attentata reuocentur. Circa primum dicatis, aut loquimur in appellatione, ab inter-locutoria: aut in appellatione à diffi-nitiua.

Additio.

¶Vide latè Matth.sing.suo.xxix. incip. no.quòd appellans rectè & ritè. Celsus.

¶Priori casu, aut est certum, aut dubiū si sit notorium, non esse deuolutum ad iudicem appellationis: tunc nō poterit iudex inhibere iudici à quo text. est in c.romana.in §.si verò vocatis.de appel. libro vj. Et ideò sit cautus appellatus, vt vadat ad iudicem ad quem, exponēs ei quòd aduersarius non appellauit in termino iuris, vel non expræssa legiti-ma causa in appellatione, vel aliud ex-ponat per quod dubium sit iuridictio-nem deuolutam esse ad iudicem ad quē & hoc dubio pendente non poterit inhi bitio fieri iudici à quo: & sic poterit ad vlteriora procedere. Aut certum est, quòd negotium deuolutum est ad iudi-cem ad quem: sed dubitatur an causa expræssa sit vera: & tunc non potest fie ri inhibitio iudici à quo: nisi quando in cepit cognoscere ipse iudex ad quem, vtrùm causa expræssa sit vera, vel nō. text.est in c.romana.§. quòd si obiicia-tur.de appella.libro sexto & dicitur in-certum cognosci, per solam citationem vt in

vt in c. grauatum. de offic. delegat. In secundo casu primum loquimur in appellatione à diffinitiua: & tunc si est certum posse appellari: vel est dubium, etiam si nulla inhibitio fieret per iudicem ad quem, iudex à quo non debet exequi, neque aliquid innouari: vt in to to titu. nihil innouari posse appellatio. pen. & ibi etiam tenet gloss. quod est verum, etiam si iudex à quo non detulerit appellationi secundum Innocen. in c. pastoralis. in gloss. quæ incipit, mirum est. de offic. deleg. Pro quo est casus in l. edendum. ff. de appellat. Si autem est certum, non posse appellari: & tunc etiam si appellatur, poterit iudex à quo exequi, & non differre executionem: ita singulariter tenet glo. in l. vnica. C. nihil noua. pos. appel. pen. Et idem tenet Inno. in d. glo. Si tamen victus appellans hoc casu accessisset ad iudicem ad quem, narrans se appellasse, & debere suæ appellationi deferri: non poterit iudex inhibere iudici à quo, nisi primo cœperit cognoscere, vtrum appellatio sit recipienda, vel non. Et eo casu poterit inhibere vt in c. romana. §. si autem in casibus. de appella. libro. vj. Et notandum est secundum Innocen. in d. c. pa-
78 storalis. & in d. glo. † quod vbi est commissa causa alicui iudici appellatione remota, quòd si victus appellet etiam in casu permisso, non obstante tali appellatione, poterit iudex à quo exequi sententiam: nisi sibi sit facta inhibitio. quod est notandum.

Additio.

¶ De quo vide omnino Bald. consilio ccxvij. volu. j. Celsus.

¶ Et dixit Innoc. vbi suprà quòd vtrùm sit recipienda appellatio, vel non poterit cognosci etiã parte absente, & quod prius debet cognosci vtrum sit recipiẽda appellatio, vel non: & postmodum cognoscitur, an appellatio sit iusta vel non. Et hoc de primo principali. & not. secundum Angel. quòd si inhibitio aliter fiat, quàm suprà dixi, non valet, nec tenet talis inhibitio. per c. non dicatur,
79 † quòd vbi appellatione pendente à diffinitiua sententia facta est innouatio, incontinenti per iudicem appellationis reuocantur attentata per viam attentati, non expectato fine ipsius litis. & hoc siue facta sit innouatio pendente appellatione interpositas siue sit facta pendente appellatione interponenda. puta, quia executio sit facta infrà. x. dies appellationis. text. est singu. in dicto cap. non solum & glo. in d. l. vnica. C. nihil no. pos. ap. pen. Secus est in attentata pendente appellatione interponenda ab interlocutoria: quia nõ tractãtur attentata, nisi secuta victoria appellationis: secundũ Angel. in d. l. per hanc Nam si fuissent attentata pendente appellatione interposita ab interlocutoria: cui appellationi detulisset iudex à quo: nihil tunc posset innouari: & ideò idem esse dixi de attentato pendẽte appellatione à diffinitiua. quia cùm iudex à quo detulerit appellationi, ligatæ sunt manus sibi adeò ꝙ vlterius non potest procedere secundũ Ang. in dicta l. per hanc. vbi etiam iudex non detulit appellationi ab interlocutoria, tunc poterit fieri innouatio: & attentata non reuocabunt, nisi secuta victoria ĩ appellatione. Et hoc est verum nisi inhibitio

facta

facta fuisset iudici à quo per iudicem appellationis. Nam tunc omnia attentata post inhibitionem, statim per viam attentati reuocarentur. casus est in dicto c. non solùm. Et debent per viam attentati reuocari: quia sicut de facto attétata fuerũt, ita etiam de facto reuocantur ante omnia absque vlla causæ cognitione. & not, secũdũ Ange. in dicta l. per hanc. quòd iudex à quo tenetur deferri appellatiõi ab interlocutoria: vbi causa expræssa in appellatione reputatatur legitima, siue vera: vt est text. in c. romana. §. cùm autem de appella. lib. vj. Hæc omnia dicta procedũt in ap
80 pellatione ab actu iudiciali. † Secus autem est in appellatione ab actu extraiudiciali: quia attentata pendente appellatione interposita non reuocantur per viam attentati, sed expectatur, finis victoriæ. Ita Innocen. dicit singul. in c. cũ inter canonicos. de electio. Certè cũ episcopus vellet eligere Titium in archipræsbyterum alicuius plebis Seius vadit ad episcopum, & dicit ei, Domine episcope sentio vos velle eligere talem in archipræsbyterum. non eligatis, quia est criminosus. & si vos intenditis eligere ex nunc ego appello. Si episcopus non obstante hac appellatione procedat ad electionem: non reuocabitur electio: sed expectabitur victoria litis. & sic videtur vna differentia inter appellationẽ iudicialẽ & extraiudicialẽ. Est & alia differẽtia inter huiusmodi appellationes. quia vbi appellaĩ ab interlocutoria in iudicio: quicquid est attentatũ post appellationẽ emissam recipiẽs causam, & si non recipiat articulum super quo est emissa appellatio, reuocantur omnia per viam attentati: secũdũ quod s. dixi: vel expectatur victoria causæ: secũdũ diuersitatẽ casuum, de quibus s. dixi. vbi autem appellatur ab actu extraiudiciali, attentatũ post appellationem decernens articulũ super quo est emissa appellatio retractatur solùm, & non aliud: licet non respiciat causam principalẽ. ista est pulchra doctrina Innocen. in c. cùm à nobis. de elect. quem sequũtur cæteri docti. Pone exemplum, cùm iudex vellet recipere Titium in testem compareo: & dico vt non recipiatis talem testem: quia est infamis. & appello. certè si post talẽ appellationẽ receptus sit Titius in testem: & etiam sint recepti alii testes, reuocabuntur omnia dicta istorum testium, per iudicem appellationis. Sed cùm quis vellet Titium eligere in archipræsbyterũ, ego appello. Si eligatur Titius post appellationẽ & etiã Seius reuocabitur solũ electio facta de Titio, non aũt de Seio. Attendite tamen in eo quod dixi, quando appellatur ab actũ extraiudiciali, non reuocari posse tunc attentata per viã attentati. Fallit in duobus casibus: primus si appelletur coram iudice habente iurisdictionem veluti, si quis appellet à confirmatore volente confirmare electum. Secundò fallit, si post appellationem partes ex communi consensu eligant iudicem appellationis. nam posteà attentata reuocabuntur per viam attentati: secũdũ Inno. qui ita not. in d. c. cùm inter canonicos. subiiciens, ꝙ si episcopus volens eligere aliquem, & ab eo appelletur: si electio facta est per eum, non obstante appellatione valebit: nec poterit reuocari per viam attẽtati: quia licet

licet episcopus sit iudex ordinarius cõ muniter.hoc non processit tanquã iudex extra iudiciũ. Conueniunt tamẽ appellatio ab interlocutoria extraiudiciali,& iudiciali in hoc:quia in vtraque terminus appellandi est.x.dierum: & debet in appellatione exprimi causa in scriptis.tex.est in c.cõcertationi tuę. de appella.lib.vj.hæc s.recitata tradũtur copiosè per Angel.in l.per hanc.C. de temp.appellatio.ita ipse plenè s. dicta prosequitur : sed non ita clarè.

81 †Quæro quo ordine sit appellandum? dic ab inferiore ad superiorem: vt in l. j.in princip.ff.de appella. à superiore autem ad inferiorem appellari non potest.nec etiam à pare ad parem.cũ par imparem non habeat imperium : vt in l.nam magistratus.ff.de arbi.& in l.ille à quo.ff.ad Treb. & in c.innotuit.de elect.sed in hoc est differentia inter ius ciuile & canonicum.Nam de iure canonico appellatur ab inferiore ad superiorem,omisso medio:vt ij.q.ij.c. metropolitanum.& gloss.est in c.si duobus.de appella.De iure autem ciuili appellatur ab inferiore ad superiorem immediatum.text.est in l.imperatores.ff.de appella.

Additio.

¶Adde do.Feli.post glo.Abba. Innocẽ. & Anto.de But.in c.cùm Bertholdus.de re.iudi.vbi limitat nisi pars taceret, quia tunc talis appellatio valet.Item tenet Pet.de Anch.in c.Romana.de app.lib. vj.vel nisi in contrarium esset consuetudo:vt no.in d.c.ij.de consue.lib.vj.vide eundem Feli.in c.super quæstionũ. §.porrò.ver. appellari non potest.vbi prosequendo multas alias limitationes ponit de offi.dele.& per Barto.Sozi. in suo tract.fallẽ.regu.xxiij.de quo dixi post Collect.in allega.c.cùm Bertholdus.nu.iiij.in versi.omisso medio. & in stilo parla.parte.j.in fin.an quæ appellat ad curiam omisso medio.versicul. primo Celsus.

82 ¶†Item quæro,pone,lata est sententia per tres iudices delegatos, vel per tres arbitros:nunquid necesse sit appellare ab eorum sententia coram omnibus iudicibus,vel sufficiat appellare coram vno? Respondeo quòd sufficit appellare coram maiori parte. Vnde si tres iudices tulerũt sententiam, sufficit coram duobus interponere appellationem.tex.in est cle.j.de appella. Si autẽ maior pars non reperiretur:tunc sufficit coram vno.& coram honestis personis appellare, protestatione proposita: secundùm glo.in d.cle.j.Eodem modo si lata foret sententia per vnum iudicẽ tantùm:& nõ posset haberi copia iudicis à quo est appellatum;tunc sufficit appellare coram honestis personis protestatione proposita.ex quo non potest reperiri iudex à quo est appellandum: vt est tex.in c.fi.de appella.& ibi tenet gloss.& idem tenet Angel.in l.ij. C. de his qui per me.iudicis non appellauerunt.& etiam Inno.idem tenet,in d.c. fi.plus voluit Io.An.in d.cle.j.in gloss. sua,quòd vbi non potest haberi copia iudicis à quo,sufficit appellari coram iudice ad quem.quod intelligite semper præmissa protestatione:quia nõ habetur copia iudicis à quo:per d.c.fina.

83 †Facit ad hoc quod habetur in simili de eo qui per metum iudicis non audet appel

appellare coram iudice à quo:quia sufficit tunc appellare coram publicis personis pręmissa protestatione:in qua opponitur causa qua non appellet coram iudice à quo.

Additio.

¶Pro qua materia vide plenè & nota. Barto.Sozi.in cõsil.xlv.incip. visa appellatione.per totũ.in j.parte.sed quid de eo qui appellat ad papam,an si non potest habere copiam,iuuetur:si se præsentauerit cum protestationibus & an sufficiat se semel præsentasse:aut pluries debeat fieri præsentatio. vide do. Alexand.in consilio.ix.in.j.parte.& in consil.j.in ij.parte.vbi ponit quid debeat facere ad portas principis: & latè prosequitur intellectum authentic.sed iis.C.de tempo.appella.per totum consilium.B.Vadus.

¶Sed in huiusmodi appellatione ad hoc vt teneat, plura requiruntur. Primò requiritur quòd interueniat talis metus,qui cadat in constantem virum.

Additio.

¶Quis sit metus qui cadat in constantem virum,& quomodo requiratur? vide Alexand.de Imo in consil.xlviij.in iiij.parte.& in consi.lxxxix.in.ij.parte. & in consilio.xcviij.ead.parte.& in consil.xlvij.in.iij.parte.quod cọnsil. domi. Alexan.de nouo patauini.Abb.in apos. in cle. appellante. de appel.& in c. ex parte.lo.iij.in fi.eo.titu. Feli.in c. cum r.in princ.de offi.dele.& Bald.in l.executorem.C.de execu.rei iudi.latius quã per alium per eundem Feli.in c.ecclesia sanctæ mariæ.ver.decimotertiò quę ro.de consti.Celsus.

¶Vanus autem metus nõ proficit: vt in l.metum.& in.l.isti quidẽ.ff.quod met. cau.Secundò requiritur,quòd proponatur protestatio dicendo Appello corã isto tribunali,præsentibus istis personis:quia non audeo appellare propter metum iudicis à quo.ita not.glo.in dicto c.fina.Tertiò requiritur ꝙ huiusmodi protestatio interponatur infra legitimum tempus appellandi. puta, infra x.dies,qui debentur ad appellandũ vt in d.l.ij.C.de his qui per me.iu. non ap.& si post x.dies esset timor:necesse non est amplius appellare,imò satis est de protestatione iam facta. Tutius est tamen ad cautelam interponere appellationem,quæ interponitur,quando nõ potest haberi copia iudicis à quo:& appellationem quando per metum iudicis à quoquis non appellet coram eo. Nam priori casu sufficit appellare coram honestis personis,protestatiõe pręmissa.Item hoc casu sufficit appellare ad iudicem ad quem: secundùm gloss. in d.clementi.j.posteriori verò casu qũ propter metum non potest appellari,requiritur quod appelletur coram publicis personis,& corã tribunali istius iudicis:vt in dicta l.ij.& ibi tenet Bald. Et no.ꝙ ad hoc vt iustificentur huiusmodi appellatiões,requiritur quòd probetur id in primo casu,quòd non poterit haberi copia iudicis coram quo debebit appellari:& hoc quia quando potest haberi copia iudicis à quo, semper coram eo est appellandum, alias non valet appellatio:secundùm gloss.in dicta clemen.prima & secundum Innocen.in dicto capitul.final.

84 †Et iste qui dicit

dicit non potuisse se habere copiam iudicis &c. habet necesse probare illam negatiuam: quia est fundamentum suæ intentionis: vt notat. Innocen. in capit. super his. de accu. & Barto. in leg. hoc iure. ff. de verborum obligatio. Similiter & posteriori casu necesse est quòd appellans probet metum iustum: puta, quia incarcerauit alios ille iudex ab eius sententia appellantes: secundùm Bartol. in leg. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de no. ope. nun. per Baldum in dicta leg. secunda necesse est tamen hoc casu, quòd ille qui facit huiusmodi protestationem, dicat, Non audeo appellare: quia iste iudex est solitus incarcerare appellantes à suis sententiis & diffinitionibus: nam si solitus & incarcerare, licet tamen de iure non esset sufficiens metus, sufficit tamen ad inferendum iustam causam non appellandi coram iudice à quo: quia timet ne sibi inferatur aliqua violentia: secundum Innocen. in capit. bonæ memoriæ. in glo. quæ incipit, appellatione. de electio.

85 †Nam paria sunt aliquem de facto cõpelli, vel timere ne de facto compellatur, & sic etiam paria sunt pati violentiam, vel timere ne patiatur. textus est singu. in leg. nouissimè. §. primo. ff. de fal. tutor. Et intelligite semper, quando est instus metus: & id quòd dicitur de metu iudicis: idem est quando violentia instruebatur: vel infertur per familiam iudicis. quia familia intelligitur facere de consensu domini: secundum Bartol. in dicto. §. si quis ipsi prætori.

86 †Item aduertatis, quòd in omni appellatione interponenda, non est necessaria præsentia aduersarii. Nam potetit quis appellare non citata parte: & poterit recipere apostolos infra terminum sibi præfixum: sed postmodùm tenebitur insinuare parti. text. est nota. in clemen. prima de app. & istos apostolos non tenebitur appellans petere, quando appellat in casu quo non potest habere copiã iudicis à quo: vel in casu in quo non audet appellare propter metum: hæc est ratio, quia ille non est iudex qui debet dare apostolos. Ita tenet gloss. in dicta. clemen. prima & Bald. in dicta lege secunda præallega.

87 †Adde vnum quod omisi in materia innouationis appellatione pendente: videlicet quòd si appellatione pendente: videlicet quòd si appellatione pendente dilapidarentur fructus per possessorem, poterit peti sequestratio istorum fructuum: vt in l. impera. §. ibidem rescripserunt. ff. de appel. Et fructus dicũtur dilapidari, etiam si conuertantur in proprios vsus: secundùm Archi. decimosecundo quæstione secunda & quia res. idem etiam tenet Angel. in leg. diuus. ff. de petitione hæredita. Et eodem modo dicatis in causa principali, licet nulla lege hoc cautum reperiatur. Ita determinat Bald. in leg. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cogan. alias autem (ob hanc enim causam & aliis pluribus causis fit sequestratio scrib. de pro. seq. pec. C.) si nõ fiat dilapidatio fructuũ ad instãtiã petitoris. fructus nõ debẽt sequestrari aduersario existente possessore: imò debet iudex pcipere petitori, vt nõ molestet possessorẽ in sua possessione: cũ lite pẽdente nihil debeat innouari: poterit tamen descriptio fructuum fieri lite pẽdẽte, si iudici fuerit visum. hęc est

est sententia Bald.in l.fina.C.de edic. diui Adria.tol.quod etiam voluit Innocen.in c.in præsentia. in verbo, pe-
88 tant.de probat. †Quæritur, vtrùm in appellatione requiratur litis contestatio, breuiter dic, secundum Angel. quòd si vtraque pars est præsens, requiritur litis contestatio.

Additio.

¶ Adde hoc per Matthe.in suis singula. lxvj.incip.nota quòd in causa appella. vbi alleg.§.illud. hîc per istum allegatum.& addit idem esse si ambabus partibus præsentibus, vna sit contumax in non parendo iuri sui iudicis, iubentis litem contestari: quia tunc haberi debet pro absente & contumace: vt not. per do.Anto.de Butr.in c.cùm olim.de testib.B.Vadus.

¶ Si autem altera pars est absens, non requiritur lit.contestat.vt est text.in l. fi.§.illud.de tempor.appel.Et ita etiam
89 determinat Angel. †Quæro subsequenter, pone quòd iudex appellationis confirmet sententiam latam per iudicem causæ principalis, quis mandabit sententiam executioni: iudex appellationum, an iudex primus?

Additio.

¶ De quo vide tu plenè per Firmia.in suo aureo reperto.in ver.executio.ver. lic.& an & quando qua actione coram primo iudice executio sententiæ peti posit? vide Feli.in c.pastoralis.§.prætereà. suprà de officio delegati. circa princ.B.Vadus.

¶ Dicite aut sententia prima expressè est confirmata per iudicem appellationis, & tūc iudex appellationis exequatur sententiam: vt in l.ij.C.de epis.audien. Aut sententia prima est confirmata tacitè: puta, quia non sunt petiti apostoli infra terminum iuris: vel non est appellator prosecutus appellationem infra tempus instantiæ: & tunc iudex causæ principalis debebit exequi, nō autem iudex appellationis. Ita determinat glo.distinguens vt suprà. in l.eos.in prin.C.de appel.& ibi etiā tenent docto.in l.tale pactū.§.qui prouocauit.ff.de pact. Sed est aduertendum quòd vbi iurisdictio est deuoluta ad iudicē appellationis: puta, quia est incœpta causa appellationis coram eo iudex appellationis elapsā instātia debet pronūciare appellationem esse desertam, & à tali bene poterit appellare: secūdum Bal.in l.ij.C.de epi.audi. Vbi autem nulla est deuoluta iurisdictio ad iudicem appellationis: puta, quia nunquàm comparuerunt partes coram eo: tunc non poterit iudex appel.pronuntiare appellationem esse desertā. cùm in eo nulla sit translata iurisdictio. Ita
90 tenet Ang.in d.l.eos.in prin. †Quæro vlterius, qualiter debebit pronūtiare iudex appel. Dicite quòd pronūtiabit hoc modo: si velit confirmare primam sentētiam pronuntiabit bene iudicatum: & male appellatum: si autem volet infirmare primam sententiam, tunc si prima sententia fuit condemnatoria, sufficit quòd tunc dicat, pronuntiamus malè iudicatum & bene appellatum. Si autē prima sententia fuit absolutoria, quam sententiam vult infirmare: tunc debebit hoc modo pronuntiare, Dicimus & pronuntiamus malè

iudic

iudicatum & bene appellatum. & ideò condemnamus dictum Titium cõuentum in cẽtum &c. ita quod hoc casu necesse est vlterius procedere. Ita not. in d.l.eos. in princ. & ad hoc facit l. Offidius. ff. de lega. iij. Et notandum est, secundum glo. in d.l.eos. in princ. quòd si primus iudex ex probationibus corã eo factis æquam tulerit sententiam, si postmodùm in causa appellationis sint factæ nouæ probationes: ex quibus debeat fieri sententia contraria: iudex appellationis habebit iudicare malè iudicatum & bene appellatum: & debebit adiicere, malè iudicatum ex nouis probationibus: vt per hoc saluet honorem iudicis à quo: & ita debet intelligi glo. in l. sicut. de re iudic. quæ dixit quòd in sentẽtia causæ appellationis, debet inferi causa: vt in superioribus dixi. nam hoc intelligitur, vbi per iudicem appellationis fertur sententia contraria primæ, ex nouis probationibus: quia debet adiici se iudicasse taliter per nouas probationes: & hoc casu intelligitur iudicem appellationis iudicasse malè iudicatum, scilicet quò ad partes: quò autem ad iudicem causæ principalis, non fuit malè iudicatum: ita determinat glo. in d.l.eos. quæ omnia sunt notanda.

91 †Quæro vlterius, vtrùm appellatio facta per vnum ex cõsortibus, prosit alteri non appellãti? dicite quòd sic: vbi eadem est causa defensionis: & causa non est separata: aliàs non prodesset: text. est in l. si qui separatim. §. quotiescunque. ff. de appellat.

Additio.

¶ Vbi vide omnino d. Alexan. de Imo. Eundem in l. à sententia. de appel. & in repe. l. sæpè. de re iud. & consi. lxx. vol. j. & cõsi. clxxx. vol. ij. Bal. & Lud. Bolo. in l. si duo patroni. in princ. ff. de iureiur. Eundẽ Bolog. in l. posthumus. §. si quis. ff. de inof. test. & in l. qui repudiandis. in primis interpræ. eo. tit. Abb. & Feli. in c. cùm super. de re iud. eundẽ Feli. in c. suborta. ver. not. etiã. eo. tit. & in c. inter dilectos. de fide instru. B. Vadus.

¶ Ita determinat Bald. in l. j. C. si vnus ex pluribus appel. Appellatio tamẽ interposita per non confessum, non proderit consocio, qui fuit cõfessus in causa principali: secundum Bald. in d.l.j.

92 †Vlterius non est omittẽdum vnum singulare: videlicet quòd licet causa prosequẽdæ appellationis habeat quatuor menses, & idem est in causa nullitatis: secundum docto. tex. est in l. fi. C. si penden. appella. mors interuene. Vbi autem principalis moriatur pendente tempore appellationis, tunc nullum tempus datur hæredi prosequendi appellationem, nisi quod superest: secundum Bal. & reliquos doct. in d.l.fi.

Additio.

¶ Et adde quòd currit hæredi à tempore scientiæ suæ post aditam hæreditatem, licet defunctus sciuerit, vt per doctor. in d.l.fi. & Bal. in addit. ad Spec. in tit. de appellat. versi. not. quòd hæredi. quòd verum est, siue defunctus appellauerit, siue non: secus si eo deliberante, vel hæreditate iacente. Cyn. & Bal. in versicu. illud tamen est nota. Dyn. & Salic. in d.l.fi. B. Vadus.

93 ¶ †Vltimò pro complemẽto istius materiæ appellationis, adiicio vnũ singu-

lare:videlicet quòd licet dicatur quod tempus prosequẽdi appellationem incipiat currere à tempore interpositæ appellationis: vt in cle.sicut.de appel. tamen dictum tempus non currit nisi postquàm est datus iudex, qui habeat cognoscere de appellatione.

Additio.

¶ Adde idem esse, si datus sit iudex, & per illum stat quominus in dicta causa appellationis procedatur:& not.in authen.sed si lis.C.de tempor.appel.Innoc.in c.ex ratione.& ibi latè Panor.& quod posui ibi, in addit.ad ipsum, post alios.versi.secundo casu.de appel.Dicerem tamen esse opus quòd appellans instanter & instantissimè iudici appellationis protestetur & pluries vt procedat:non enim secus videretur fecisse diligentiam:vt not.plenè Bar.in authẽ. item si appellatione.& ibi etiam Bal.in opp.C.de temp.app.idem Bal.in addi. ad Spe.in tit.de app.ver.mora iudicis. & Inno.in præall.c.ex ratione.Celsus.

¶ Vnde cùm ex forma decreti instantia causæ appellatio.non debeat durare nisi.xx.diebus vtilibus, dato quòd interposita fuerit appellatio coram iudice à quo:tamen nunquàm incipiunt currere dicti.xx.dies, nisi postquàm est electus iudex, qui debeat recognoscere de appellatione: & ita vidi consultum per magnos doctores: & ratio est in promptu,quia absurdum est dicere deberi currere tempus appellationis, antequàm adsit iudex corã quo dicta causa agitari possit: vt in l.si.in prin.ff.de condi.& demon.qui est optimus tex.ad hoc simile videmus quòd vbi pars non comparet citata die quo iudex non sedit, nõ potest contumax reputari:cùm steterit per iudicẽ:vt in l.si arbiter calendis.ff.de arbi.Præterea hi dies solũmodò litigatoribus cedunt, quibus ius prætor reddit:vt in l.j.in fi.ff.de diuer. & tempo.præscrip.Sed cùm datus non fuerit adhuc iudex, coram quo debet prosequi dicta appellat.ipse iudex non dicitur reddere ius: & per consequens dicit.xx.dies vtiles non possunt cedere partibus. Et hæc sufficiant pro complemento huius materiæ appellat.

CAP. XI.

DE EXPENSIS.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Impensarum variè lex meminit.*
2 *Victus victoria an expensis condemnetur.*
3 *Quando quis iustam litigãdi causam habeat.*
5 *Iuramentum de calumnia, vtrùm excuset condemnationem expensarum.*
6 *Iudex vtrùm possit sibi reseruare condemnationem expensarum.*
7 *In taxatione expensarũ, quæ cõcurrere debeãt.*
8 *In taxatione expensarum, nunquid citari debeat aduersarius.*
9 *Expensæ à quo taxentur.*
10 *Sententia in qua victus ab expensis absolutus est, an valeat.*
11 *Iudex quando expensarum non meminit, quomodo procedendum.* 15.
12 *Quando expensarũ mutua fiat compensatio.*
13 *Iudex si expensarum quantitatem non expresserit, quomodo procedendum.*
14 *Victor quando in expensis condemnetur.*
16 *Succumbens in interlocutoria, an debeat in expens*

expensis condemnari.

17 *Victus quando in expensis condemnetur, & quando non.nu.19.*

18 *Victus in quibus expensis condemnetur.*

20 *Quæ impensæ computentur.*

21 *Sententia in expensis lata valet.*

22 *Expensæ quæ veniunt ratione contumaciæ, quomodo petantur.*


23 *Expensæ propter contumaciam, quando reficiantur.*

24 *Pro prima contumacia, condemnatur quis in expensis.*

25 *Vtrum quis etiam non citatus, condemnetur in expensis, & an poßit appellare.*

26 *Iudex an teneatur inquisito absoluto expensas reficere.*

27 *Actor quando in expensis condemnetur.*



CVM in causis soleant expensæ fieri & interdũ etiã adeò grandes, quòd vix absorbent summam negotii principalis. Interdum quoque victus venit in expensis damnandus: interdum quoque absoluendus: ideò de ipsis expensis videamus.
1 Et primò præmitto,† quòd in iure multipliciter fiat mentio de expensis: nam interdum fiunt expensæ in re dotali: & de his loquitur totus titulus, de expensis in rebus dotalibus factis. Quædam sunt expensæ, quæ fiunt in repetitio.& de his loquitur l.in fundo. ff.de rei vendicatio. Quædam sunt expensæ quæ fiunt in litigiis: & hæc est materia nostra, in qua quidem materia habetis considerare, quòd ex duplici capite veniunt expensæ, seu impensæ reficiendæ. primum caput est ratione victoriæ: secundum caput est, ratione contumaciæ. Primum caput probatur in l.properandum.in §.sinautem.C.de iudic.& text.in c.finem litibus. de dolo & contumacia: cùm multis similibus, de secundo capite loquitur tex.in l.sancimus.C.de iudic.& totus titulus.ff.si quis ius dicen.non obtemp. Primò námque videamus materiam expensarum, quæ veniunt ratione victoriæ: postmodùm videbimus de expẽsis quæ veniunt ratione contumaciæ: & primò præsuppono regulam satis vulgarem
2 in iure, quæ talis est.† Victus victori in expensis debet condemnari: vt est text. in d.§.sinautem alterutra.& in c.finem litibus.de dolo & contu.

Additio.

¶Vbi vide Franci.Aret.& qualiter intelligantur ista verba, victus victori in expensis condemnandus est. Vide per dominum meum Philip.Decium, consilio.lxxiiij.incipien.diuino implorato præsidio.& diligenter versic.secundò principaliter. vide Guil.de Cug.in allegat.§.sinautem alterutra. nume.ij. & quod ibi posui, in additio.ad ipsum.in versicu.in expensis. dixi in apostil.ad Dyn.post domi.Boërii.in regula, cùm quis.in versi.emphyteutæ & post Collect.in c.calumniam.nume.vj.versicu. sed quid de illo qui petiit centum. in apostil.in eodem versicu.infrà de pœnis.B.Vadus.

¶Hęc regula in se habet ęquitatẽ: quia quis non debet ab alio iustè damnum petere. vt in toto tit.ff.si quis ius dicen. non obtemper. Vnde cùm victus fecerit expendere pecuniam victori litigando damnum dedit, præstando causam

diminuẽdi suum patrimonium:& qui occasionem dãni dat,damnũ dedisse videtur:in.l.qui attulit.§.qui in hac.ff.ad legem Aquiliam. Hæc autem regula fallit in causa criminali,in qua victus non condemnatur in expensis: vt in.l.non ignorat.C.de fruct.& lit.expen.nisi propter desistẽtiam à lite: q̃a tunc bene desistens punitur in expensis:vt in.l.iij.C.qui accusa.pos.vel nõ. Hæc est sententia Bald.in authen.generaliter.C.de episcop.& cleri.Et est vera sententia.Secundo fallit ista regula:vbi victus habuit iustam causam litigandi.Nam tunc non cõdẽnatur in expensis,ratione calumniæ:vt in.l.qui solidum.in.§.etiam.ff.de lega.ij.

Additio.

¶ Vide per Bal.in.l.sancimus.C.de iudi.& l.properandum.§.sin autẽ.eo.titu.& in authen.generaliter.C. de episco.& cleri.Dyn.in.l.qui solidum.& ibi posui in apostí.ad ipsum.ff.de lega.secũdo.Alexan.in.l.Iulianus.de condictio.inde.Etiam si non plenè probaretur:vt per eundẽ Bald.in.l.edita.de eden.& in l.quod te.si cer.pet.Alex.in.l.ex cõsensu.§.fin.de appel.& consi.xcvj.volumine.iiij.Celsus.

3 ¶ † Sed dicitur habere iustam causam litigandi: primo quando quis errauit in iure,quod est dubiũ:puta,quia quæstio est super tali puncto,in quo sunt variæ opiniones inter docto.Secundò dicitur habere iustam causam litigandi,propter veritatem incertam & cancellatam:vt in.l.ij.& iij.ff.de cõdictio.indebi. Ecce,legatarius petit legatum ab hærede,qui heres nõ habebat testamentum,& resistit dicens se non teneri ad aliquod legatũ:quia nescit an sibi,vel alijs sit relictum.In medio causæ producitur testamẽtum,in quo apparet legatum deberi legatario;& sic pro eo fertur sententia:certè hæres nõ cõdemnabitur in expensis propter iustam causam litigandi, quæ est causa propter celatam & certam veritatem: cum non appareat testamentũ. Attendite tamen quòd si post testamentum productum hæres perseuerasset in causa,debet condemnari in expensis factis post testamentum productum:& in expensis factis ante testamentũ productum,debet absolui.& hoc quia,ante testamentum non habuit iustam causam litigandi,post autem testamẽtum habuit iustã causam litigandi:secundũ Bart.qui ita notauit,in.l.quisquis in sinitiuo. ff. de postu.& ibi est casus de hoc idem tenet Ang.in.d.l.destitisse.ff. de iudi.Ex quo inferũt ipsi,quòd si habens iustam causam litigandi apertis attestationibus,vel productis instrumẽtis,adhuc perseueret:litigator debet cõdemnari in expensis factis post aperturam attestationum. In reliquis autẽ absolui:& hoc quia post aperturã attestationum,vt post productionẽ instrumentorum,incipit scire se habere iniustam causam litigandi. Tertiò,dicitur quis habere iustam causam litigãdi,quoniam quis antequã inciperet litigare,habet cõsilia sigillata aliquorũ valentium doctorum consulentiũ pro eo.nã tunc si præcedentibus talibus cõsilijs incipiat litigare,& succũbat:non poterit cõdẽnari in expensis.istud est dictum singu. Anto.in.l.terminato.de fruct.

fruct.& lit.expē. Quartò dicitur habere iustam causam litigandi: quando producit multos testes qui deposuerūt pro eo.& hi sunt reperti infames, vel excōmunicati,vel alio modo inhabiles & succūbat,non posse condēnari tunc in expensis:secundū Bald:qui ita notauit in.d,authē.generaliter.ꝙ intelligite secundū eūdē Bal.nisi suspitio esset cōtra producentē:nā tunc etiā condē naretur in expensis. Quintò dicitur quis habere iustā causam litigādi:quādo aduersa pars probauit per vnū testem,& in supplemētū probationis est ei delatum iuramentū:nā tunc si succumbēs habeat aliquas coiecturas pro eo,puta,vnū testem,non posse cōdēnari in expensis.

Additio.

¶ Adde tu supradictis Bald. notabiliter,in authē.generaliter.ver.ex prædictis apparet.C.de episco.& cle.vbi ponit quinque modos,quib⁹ dicitur quis habere iustam causam litigādi,scilicet propter varias doctorū opiniōes errat in iure.Si celata sit veritas.si crediderit doctoribus & aduocatis in iure peritis.Si habuit opinionem sigillatā vni⁹ doctoris.& quintò si semiplenè probauit.Idē in.l.ij.ad fi.versi.deinde venio ad illā partē.C.de episco.audi.& Car. in cle.ij.de magi.Sed ne fallaris aduerte quod supradictæ:nec aliæ quamuis iustę causæ litigādi excusant ab expēsarū condēnatione : si statutum dicat, victū victori &c.Ita not.Bald.in.l.terminato.licet se ibi nō firmet.C.de fru. & lit.expen.fa.ad ar.tex.in.l.j.§.nuntiatio.ff.de noui ope.nun.glo.in.l.iiij.§.si rem.ff.de lega.iij.& in authen.de exhiben.reis.& ibi Ange.§.j.vel etiam si expensæ fuerint promissæ: quia tales etiam iustę causæ,excusant ab illarum condemnatione:vt per glo.& Ange.in §.oportet.in authen.de iudi.Bald.post glo.in prælleg.§.si rem.Ange.in.l.nō solum.& ibi Alexā.de rei vendi.Idem Alexan.consilio.xxxiij.in fin.volu.iiij. Celsus.

¶ Si autem nulla foret coniectura pro succūbente,& delatum esset iuramentum in supplemētum probationis aduersario,& cū esset in facto ꝑprio:debet succumbēs tunc condēnari in expēsis:secus si causa esset in facto alieno. Ita determinat Bald.in dicta authen. generaliter.Clarū namque est,quòd si actor probauit reus nihil condēnari debet in expensis.Econtra,si actor nihil probauit,debet in expēsis condēnari:& quod dico de actore & reo,intellige de omni eo ad quē spectat onus ꝓbandi.qui si nihil probat,debet in expēsis cōdemnari:ita determinat Bald.in d.authen.generaliter. Notate singulariter circa materiam expensarum,

4 † quòd ratione victoriæ quis potest cōdemnari in expensis ex duplici capite:vel ex capite pręsumptæ calumnię: & secūdum hoc intelligite omnia quæ suprà,dixi.Idem potest quis cōdemnari in expensis,ex capite temerario.Temeritas enim nullum præsupponit dolum in succumbente,neque malitiam, sed quandam facilitatem importat.Ita dicit Ioan.and. in.c.j.de senten.excō. lib.vj.quem sequitur Ang.in.l.eū quē temerè.ff.de iudi . qui text.est melior quā alius,probans de istis expensis ratione

tione temeritatis:quia quotiescunque quis errat in iure,dicitur in lata culpa: vt in.l.liberorum.in.§. notantur.ff. de his qui not.infa.Item quis debet condẽnari in expẽnsis ratione temeritatis: quotiescũque venit ad iudiciũ,& nõ fecit omnia quæ debuit,antequã veniret ad iudiciũ.Istud est dictũ sing.Bart.in l.properandum.in.§.finaũt.C. de iudi. Ecce exemplũ.nam vos habetis,ꝙ emptor non tenetur stare colono:vt in.l. emptore. C.locati.nisi essent obligata omnia bona venditoris conductori:vt no.Bar.in.l.vnica.§.quando agit.ff.de superficiebus. Exemplũ,locator vẽdidit domũ extraneo:cuius locatoris bona erant pignori obligata conductori: emptor venit ad iudicium,& impetrat præceptũ:quod fit cõductori de vacuãdo domũ infra tres dies:& fiunt multæ expensæ.tandẽ producto instrumento locationis per cõductorẽ,in quo apparent bona locatoris fuisse sibi obligata &c.& per consequens emptor tenetur stare colono.certè emptor debet condẽnari in expensis.& ita vidi propter dictum Bar.quia iste emptor antequã veniret ad iudiciũ,non fecit omnia ea quæ debuit:nã debuit adire suũ aduocatum,debuit & etiam interrogare locatorem de forma locationis. Et si locator dicat se non recordari, saltem adeat notarium, qui fuit rogatus de instrumento·quia ad instãtiam cuiuslibet præcedentis interesse,debet facere copiam volenti:vt not.per Ange.in l.si quis ex argentarijs.ff.de edẽ.Aliũ, exemplum ponamus. Aliquis agit ratione præscriptionis, quam putat esse complẹtam:in qua plura requiruntur, & non probat de omnibus requisitis in præscriptione, neque capitulat bene, ita quòd succumbit.certè debebit cõdemnari in expensis,scilicet quia errauit in iure:quia non putabat illud omissum requiri in præscriptione. Itẽ quia non fecit omnia quæ debuit antequàm veniret in iudicium:& sic condemnatur in expensis ratione Temeritatis.

5 † Ex quibus infertur ad decisionem quæstionis,vtrum iuramentum de calumnia,excuset condemnationem expensarum:nam licet excuset condemnationem expensarum ratione præsumptæ calumniæ:non tamen excusat condemnationem expensarũ, ratione temeritatis.

Additio.

¶ Adde eundem Barto.in.l.j.§.ij.ff. si mulier ven.no.Cyn.Barto.& Bald.in authen.generaliter.C.de episco.& cleri.Angel.in authen.de iu.§.oportet.colum.ix.& in.l.qui solidum.§. etiam.& ibi Barto.ff.de leg.ij.plenius per Alexand. in.l. ait prætor. in princip.ff.de iureiu.Specu.in titu.de expensis.§.nũc de expen.versi.in hoc.Hostien.in capitu.cum dilectus.de elec. gloss.ij.quæstio.j.expedisset.in fine.Abba.in ca.finem.nume.xxj.& ibi in apostil.meis, post alios,in versicu.an hoc sit verum. de do.& contu.Cardi.in clementi.j.in j.quæstio.de re iudi.& Barto. consilio incipien.Andruciolus egit contra Paduum. Celsus.

¶ Quæ temeritas causatur ex ignorantia.Istam opinionem tenuit Ioan. de Imo.in capitu.finem litibus.de dolo & contuma. quam dicit fore communem.

munem. Idem tenet Barto.in.l. prima §.primo.ff.ad Turpil.licet ipse consuluerit cōtrarium,& malè. idem tenuit Bald.in authen.generaliter.præallega. Pro qua sententia facit ratio inconuincibilis. Nam de iure vna præsumptio, tollit aliam præsumptionem : vt in.l. diuus.ff.de restitu.in integrum. Vnde fateri possumus, quòd ex iuramento calumniæ nascitur præsumptio . quòd quis causam iniustè non mouet, quum posteà iurans succumbit in causa: præsumitur propter hanc succumbentiam iustum. iniustè mouisse litem. Et hæc præsumptio, tollit aliam præsumptionem inductam ex iuramento calumniæ: & sic concludite, victum victori debere condemnari in expensis: etiam si iurauerit de calumnia. Aduerte tamen quòd expensæ quæ debentur ratione contractus, puta, ex promissione: vt fit quotidiè in instrumentis : quia promittit restituere cum omnibus expensis, iusta litigandi causa non excusat ab istis expensis. imo non obstante quòd victus habuerit iustam causam litigandi, debebit in expensis cōdemnari: gloss. est singu.in.l.iiij.in.§.si rem.ff.de lega.iij.& ibi hoc Bar. quòd succumbens in causa appellatiōis, qui obtinuit in causa principali, debeat in expensis condemnari. Cōcludite secundum Innocen.in capitu.finem litibus.de do.& contu. Aut sententia in causa appellationis est lata ex nouis probationibus & victus non debet condemnari in expensis : quia iste victus errauit in facto potestas aduersarium amplius, vt probet cogere nō potest:& ignorantia facti & non iuris excusat: vt in capitu.cum ignorantia.de re iudica.libro.vj. Aut sententia est lata in causa appellatiōis, ex antiquis probationibus factis, in ratione principali:& tunc victus debet condemnari in expensis: licet obtinuerit in causa principali. quod est notandum:& est ratio, quia victus errauit in iure, putans se probasse. Ignorantia iuris nō excusat: vt.j. dixi. Hanc sententiam sequitur Inno.in.d.c.ignorantia iuris. Idem tenuit Barto.in.l.generaliter.in.§.sententiam.C.de reb.cre.& est cōmunis sententia.

6 ¶ Quæro, nunquid iudex poterit sibi reseruare condemnationē expensarum? Dic quod non.

Additio.

¶ Ita not. Bald.in authē.generaliter.C. de epis.& cleri.& in addi.ad Specu.in titu.de sentē.ver.iudex potest sibi. Rofre.in sum.libel.in ti.de fru.& expen. Specu.in tit.de alleg.& dispu.Bar.in.l. Paulus.de re iudi.& in.l.si rectis.§.officium.ff.de aqua plu.arcen.idem in.l.si vnus.post glo.& ibi Alexā.ff.fa.hercis. & in.l.ab executore.de appel.& facit ad hoc, quod no.iste.j.eodem.§.numero.xlij.versicu.notandū est.in versicu. poterit posteà condemnare. & quod not.j.in se.aposto.in versic.reseruata. Celsus.

¶ Sed taxationem bene potest sibi reseruare, hoc modo, condēnamus in expensis, taxatiōe nobis reseruata. Ita tenet gl.in.d.l.terminato. quam ibi communiter sequuntur doct.

Additio.

¶ Vide Feli.in capitu.significauerunt,

ibi,licet. de exce. vbi etiam quid in interlocutoria. An iudex expensarum cō demnationem sibi reseruare possit, ibi, in versi.primo.vbi etiam, an postquam ab eo est appellatum, taxare possit? & an condemnatio expensarum non prætendente taxatione sit nulla.B.Vad.

7 ¶ †Et notate quòd in taxatione expensarum tria debent concurrere per ordinem.primò iudex debet taxare expensas.Secundò victor debet iurare se illas fecisse.Tertiò iudex debet delato iuramento ferre sententiam super istis expensis declarando. Hæc tria probantur in authen.post iusiurandum.C. de iudi. & ibi hoc tenet Bal.vnde si victor iuraret primò de expensis factis postmodū iudex taxaret, nihil valeret. Ita dicit tex.ad literam.in auth.post iusiurandū & sequuntur Docto. & est ratio,quia si hoc fieret,detegeretur periurium iurantis,quod esse non debet.Si iudex tamen post delatum iuramentum & taxationem declarauerit per sententiam suam expensas in minus, tunc non valet sententia:secundum Inno. qui ita notauit, in c.fi.quod met.causa. tamen taxatione facta & etiam præstito iuramento per victorem,antequam declararet expensas per se taxatas per sentētiam suā iudex reuocaret,tanquam minus legitimam taxationem poterit.tamen victus poterit appellare ab huiusmodi taxatione expensarum, si in totum se putat in nihilum tenere,vel in parte si putet excessum esse factum in expensarum condemnatione. Sed hoc casu debet exprimere, quantitatis excessus, aliâs non valet appellatio: ita dicit Innocentius in dicto c. fina.quem sequitur Bald. in dicta.l.terminato.

Additio.

¶ Vide do.Alexā.de Imo.in l.ab executore.ff.de appel.

¶ Quæro vlterius, nunquid in taxatione expensarum, debeat citari aduersarius? Dicite,aut victus comparuerit tēpore latæ sententiæ in causa principali, & tunc debet citari ad videndum fieri taxationem: aut fuit contumax ad audiendum sententiam. Et tunc si fuit citatus ad horam, requireretur citatio ad taxationē. Si autem fuit citatus ad diem, & in alia die fieret taxatio: non est necesse quòd citetur. Ita determinat Bal. in dicta lege terminato. quòd etiam tenent canonistæ. in dicto capit. finem litibus.de dolo & contu.

Additio.

¶ Tu conclude post Innocent.in capit. quærelam. de procurator, quòd in taxatione expensarum, non requiritur specialis citatio, sed generalis sufficit: & idem in condemnatione expensarum: vt per Baldum in allegat.l.terminato. & in sua Margarita in versiculo citatio.versicu. xvj. & Alexand.in in l. ab executione,de appell.Panor. in allegat. capit. finem.& ibi posui in apostil. post alios, de dolo, & contumacia. Celsus.

9 ¶ †Quæro,quis habeat taxare istas expensas?dicit quòd iudex qui tulit sententiam: vel etiam eius successor, qui eadem persona censetur respectu dignitatis vt in l. cùm proponebatur. ff. de re iudica.& in cap.si gratiosè. de rescript. libro sexto.Item ordinarius habebit taxare

xare expensas, in quibus est facta condemnatio per delegatum, non autem delegatus taxabit: quia functus est officio suo per sententiam. Ita determinat Bal. in d.l. terminato. subiiciens, quod si arbitrator condemnauerit in expensis, & post sententiam adhuc duret tempus compromissi, poterit adhuc tunc taxare. Si autem est finitum tempus compromissi, & tunc nō poterit taxare, sed iudex ordinarius tunc habebit taxare. argumento legis, à diuo pio. in princ. ff.
10 de re iudicata. † Sed quæro, pone quòd iudex tulit sententiam, &. absoluit victum ab expensis: nunquid tenebit talis absolutio? dicite quod non nisi sit ex præssa causa. puta, quia dicat propter iustam causam litigandi. tex. est ad lite-
11 ram in d. auth. iusiurandum. † Sed diceret quis pone quòd iudex nec absoluit, nec condemnauit, quid iuris in hoc casu? an victor poterit tunc petere expensas à victo: dicite quòd non. Nam si iudex omisit condemnare in expensis in sententia causæ principalis, non amplius poterunt peti expensæ. casus est ad literam, in d.l. terminato.

Additio.

¶ Not. Bar. in l. à diuo pio. §. sententiam. hic alleg. de re iud. dicit in l. terminato. de fru. & lit. expen. licet Bal. in l. sancimus. sentiat contra. Celsus.

¶ Et est ratio vt in text. ibi, ne finito negotio lis noua oriatur. illa ratio est etiā quia illæ expensæ veniunt officio iudicis mercenario: quod officium extractum est per sententiam in causa principali: ita determinat Bartol. in l. à diuo Pio. in §. sententiam Romę. ff. de re iudica. Hoc fallit vbi de forma decreti, vel statuti cauetur, quòd victus victori debeat condemnari in expensis: tunc quis potest petere expensas cōdictione ex lege, etiam si non fuerit condemnatus per iudicem.

Additio.

¶ Adde tu quòd ista est veritas, vt per Barto. & Ang. hic allegat. per eundem Barto. in l. non solum. de rei vendica. & Petr. de Su. in l. terminato. C. de fruct. & litium expens. hic per istum allegat. eundem Angel. in authenti. de exhiben. reis. in princip. & Bald. in l. generaliter C. de episco. & cler. idem etiam si de expensis fuerit inter partes conuentum, vt soluerentur per victum. Ita no. multum singulariter Alex. consi. suo xxxij. in si. vo. iiij. B. Vad.

¶ Istud est dictum Barto. in l. tertia in §. si rem. ff. de legat. iij. Istud est dictum Angel. in d.l. terminato. quod tene menti, quia vidi semel contrarium determi-
12 natum. † Quæro vlterius, iudex dicit in sententia, victum victori condemnamus in expen. modò vtraque pars dicit quia vnus obtinuit in vno, &, alius in alio, vel etiam in vno eodemq; capitulo pro parte obtinuit vnus, & pro parte succubuit alter. Dicite quòd fiet mutua compensatio.

Additio.

Vide omnino domi. Alexand. de Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verborum obligatio. pro qua materia etiā vide Matthæ. Mat. in not. versicu. quarto adde quòd debuit allegasse singula. vel not. tertio in nu. quod tamen mul-

tum non facit, sed melius per. R o. in l. j. ff. de iu. Bal. in c. j. de plus pet. Sal. in l. j. C. eo. & do. meum in legibus do. Iason. May. in l. errorem. versi. quid autem. C. de testa. Celsus.

¶ Ita quòd neuter alteri tenebitur, quod procedit taxatione facta per iudicem ad instantiam vtriusq; partis, in singulo capitulo: in quibus obtinuit sententiam & victoriam, Et si expensæ sint æquales. Secus autem vbi alter fuisset sollicitus ad faciendum taxare pro parte sua, & alter fuit negligens, quia nunquam fecerit taxare. nam tunc ille qui fecit taxare, habebit expensas: alius nihil habebit, cùm de liquido ad non liquidum possit fieri compensatio: vt in l. fi. C. de compen. Item vbi expensæ in vno articulo essent maiores, quã factæ in alio in quo obtinuit aduersarius: tũc non fiet compensatio, sed condemnabitur aduersarius in eo in quo expensæ alterius partis factæ sunt, in plus, compensatis reliquis expensis in articulo, in quo obtinuit aduersarius. Ita determi-
13 nat Bald. in d. l. terminato. † Sed dubio retento prædicto casu, si iudex dixit, victum victori condemnamus in expensis & iudex non expressit quantitatem in ipsa condemnatione, qualiter hæc res intelligetur hanc quæstionem nemo tangit puto tamen dicendum ex supra dictis, quòd si expensæ æquales sint quod tunc fiet mutua compensatio. Si autem erunt inequales, & vnus casus absorbeat maiorem partem litis, ille dicatur victor, & consequatur expensas, si suæ expensæ excedant expensas aduersarii sui, ergo bene facit iudex, si cùm, acciderit ita litigatorum vni obtinere in vno capitulo, & alteri in alio, & expensæ sint æquales: dicat hoc modò, Ambas partes ab expensis absoluimus ob mutuum victoriam compensatione habita. Ita dicit Innocen. quem sequitur Ioan. de Imo. in dicto cap. finem litibus quem etiam sequitur Bald in dicta authen. generaliter Vnum singula-
14 re non omitto, † quod si lata sit sententia condemnatoria in centum, & victus appellet: & iudex appellationis solùm condemnet illum victum in quinquaginta: aduersarius eius, scilicet victor, debebit condemnari in expensis: quia iniquè illæ victor petiit centum: cùm non deberet habere nisi quinquaginta: nec hic potest habere locum mutua cõpensatio: quia istud capitulum est indiuiduum. Ita dixit singu. Innocent. in dicto cap. finem litibus quod multùm commendat Ioan. de Imo. illud autem est no. dignissimum, quòd si quis petat in iudicio centum, & non fiat condemnatiò in iudicio, nisi in quinquaginta: victor debet condemnari in expensis. casus est expressus in c. vnico. de plus petitio. Et est ratio quia plus petit re.

Additio.

¶ Adde quòd licet Bald. in l. sancimus. C. de iudi. sententia contra opinio. tamen illius est vera, & est communis: quam Barto. tenet in l. qui solidum. ff. de leg. secundo & in l. quidam estimauerunt. tamen ibi Alexan. post Paulum de Castr. ff. si certum petatur. Ioan. de Imo. in l. prima §. si stipulanti de verb. ob. & Pau. de Castr. in lege diuus. ff. ad l. fal. & omnino per Alexand. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. de

de quo dixi in stilo parla.parte. iiij. arrest.xxiij.Celsus.

¶ Vlterius tacite hanc conclusionem, quod si appellans succumbat in causa appellationis, qui etiam succubuit in causa principali semper est condemnandus in expensis. hæc est ratio Bald. in l.fi.C. quando prouo. non est necess.

15 † Iuxta præmissa quæro Iudex non cõdemnauit victum in expensis, nunquid victor propter hoc poterit appellare: quia victus non est in expensis condemnatus. Dicite secundum Cy. & Bald. in l.fina. C.quando prouo. non est necess. quòd si victus appellauit in eo, in quo est condemnatus tunc victor non potest, appellare respectu expensarum: & si appellat, superuacua erit appellatio.

Additio.

¶ Vide Rotam in decis. ccclvij.si auditor.in no.vbi sed indistinctè appallari. Cardi.in cle.sæpè.§.fin.in pe.quæst. de verborum signi.dicit quod l.fin. allega. hîc per Lanfr.habet locum,quando victus appellat. Tunc ei victor non appellat,licet sufficit quod inhæreat appellationi victi:& iudex appellationis reformabit sententiam:sed si victus non appellet potest victor appellare ab omissa condemnatione expensarum, quod etiam tenet Cardi. in c. Nicolao. infrà de appel.Et adde. Feli. in c.significauerunt.de excep.Celsus.

¶ Et est ratio, quia iudex appellationis ad quem appellauit victus, habebit cognoscere vtrum victus debuit condemnari in expensis,vel non.Vnde si apparuerit debuisse condemnari, condemnabit. nam iudex appellationis habet reformare sententiam latam in causa principali,vbi viderit expedire.Et ideò superuacuè per victorem appellatur: vt suprà dixi. Si autem victus non appellasset in eo,quod esset condemnatus tunc bene victor posset appellare. eo respectu quòd non esset condemnatus victus in expensis. & probatur prima pars in dicta l.fina.in §. responsio, vbi Cyn. & Bald. similiter dicunt, quòd si actor petat centum, & reus fuerit condemnatus tantum in quinquaginta, & in aliis quinquaginta fuit absolutus: si reus appellauit ratione condemnationis de quinquaginta: non poterit actor appellare respectu absolutionis ab aliis quinquaginta. Ita probatur ad literam in dicta l.fina.in vltima, responso. & ratio est quia iudex appellationis de quinquaginta habebit cognoscere de toto negotio,vt suprà dixi. Sed pone quod iudex non condemnauit victum in expensis,in casu in quo debuit condemnari.nunquid faciet litẽ suã iudex.

Additio.

¶ Vide Petrum de Suzaria in lege non quicquid.§.j.ff.de iud. vbi an teneatur ad interesse. Et Adde quod soluens repetit ab eo quem debuit condemnare. Baldus in additionibus ad Speculatorem. in titulo de expensis versiculo possunt expensæ. non si omittit Alexander in lege secunda. C. de fructibus & litium expensis, & secunda quæstione prima capitulo in primis. & vide Felinum in capitulo significauerũt, infrà de exceptionib. Adde. Host. in sua sum.in tit.de dol.§.quæ vena.ver.Illud

spo

specialiter not. Ia. Rebuff. in l. missa. post med. C. de ex act. tri. libr. x. idem: Bald. in l. sancimus. & ibi doct. C. de iu.: & in lege proficis. q. xxij. de offi. procō.: & le. & Phi. Fran. in c. sæpè. versic. vltimò quæritur. de app. Celsus.

¶ Dicite secūdū Bart. in l. iiij. in §. hoc autem. ff. de dam. infec. quem sequitur: Bald. in d. l. fi. Aut fuit petitum partem condemnari deberi in expensis: & tunc si iudex omittat, faciat litem suam: vt in l. properandum. §. sinautem. C. de iudi. Aut non fuit petitum per partem aduersam debere victum condemnari in expensis: & tunc si non condemnet, nō faciet litem suam: quia iudex non tenetur impartiri officium suum, nisi petitus: vt in d. §. hoc autem. Tamen iudex hoc casu si voluerit, poterit victum in expensis condemnare: etiam si non fuerit petitum: quia ea quæ emergunt post litem contestatam, spectant ad officiū iudicis: vt in l. ediles. §. fina. ff. de edict.

16 Quæro vlterius, † vtrùm succumbēs in aliqua interlocutoria, debeat condēnari in expensis? Respondeo quòd si in terlocutoria feratur super aliquo articulo iuris, victus non debet condemnari in expensis, sicut si super articulo facti. Ita determinat Cy. in l. Polla. C. de his qui. vt ab indig. & tenet Bald. in d. l. fin. præalleg.

Additio.

¶ Ita not. Bald. in l. fi. ad fin. C. quando prouoc. non est necess. vbi dat rationem nam talis articulus potuit vno momento expediri per iudicem, & sine sumptu. Idem not. Cy. in alleg. l. polla. per istū. C. de his qui. vt indig. Calsus.

¶ Ideò vbi est articulus iuris, victus nō potest in expensis condemnari: quia est talis quod potest statim per iudicē expediri: ita quòd expensæ non sunt necessariæ: cùm ius sit certum. Et potest poni exemplum si facto sequestro pars veniat, & dicat velle reuocare sequestrum per satisdationem: aduersarius dicit per satisdationem non posse reuocare sequestrum: & iudex interloquitur posse reuocare: certè victus non condēnabitur in expensis: quia an posset reuocari, an nō stat in pūcto iuris. 17 † Notandum est etiam, quòd vbi iudex non condemnauit in expensis victum iri in terlocutoria, poterit posteà condemnare. si obtineat etiam in diffinitiua sententia.

Additio.

¶ Tu vide vltra ea quæ posui in addit. ad istum post eundem, suprà eodem. §. in multis apo. Bald. in l. properandum. §. sinautem alterutra. in fi. & quod ibi posui, in addi. ad ipsum. in versicu. tempore interlocutoriæ. C. de. iudi. vbi dicit quòd condemnatio expensarū omissa tempore interlocutoriæ potest in qualibet parte litis suppleri. Celsus.

¶ Si autem non obtineat in sententia diffinitiua, non poterit victum condēnare, Ita not. Ange. in l. terminato. præalleg. Et ideò sit cautus ille qui obtinuit in interlocutoria: vt facta statim aduersarium in expensis condemnari: quia si postmodùm succumbat in diffinitiua non posset. Et est etiam notandum, ꝙ vbi quis succumbit etiam in interlocutoria quæ non sit iuris condemnatur in expensis. si victus non habeat iustam caus

causam litigandi:& an habeat iustam causam litigandi,inspicitur illo articulus,super quo est lata sententia interlocutoria:non autem respectu totius causæ.Ita tenet Innocen.in c.finem litibus
18 de do.& contu. †Quæro nunc ulterius,quæ sint illæ expensæ, in quibus victus debet condemnari? Respondeo, secundum Innocen. in d.c.finem litibus.de dolo, & contuma.quòd sunt expensæ necessariæ ad causam,non autem vtiles.

Additio.

¶ Vide plenè per Angel.in.§.oportet.in authen.de iudi.Bald.in l.sancimus. C. de iudi.& an appellatione expensarum dãna contineantur,ita quòd posint petti? Vide Ro.sing.cccxliiij. incip. nunquid appellatione damnorum.& quod nnt.in apo.ad eum ibi.Celsus.

¶ Et sic expensæ factæ in aduocatis,in procuratoribus,& in itinere,& in hospitiis &c.vt in lege,nõ ignoret.C.de fru. & lib.expen.Nec debent considerari expensæ nimis delicatæ, sed mediocres; vt in lege,si seruus. in fin.ff.de pigno. act. Ideò si rusticus qui solitus est ire pedester, voluisset accipere vnum equum ad vecturam causa veniendi de rure ad ciuitatem,causa litem suam sollicitandi:hæ expensæ non veniunt in refectione:vt est glo.sing.in lege,idemque.in §.idem Labeo.ff. manda. Nam inspicienda est consuetudo patrisfamilias:vt in lege,vel vniuersorum. ff. de pig. acti. Est autem in his expensis aduertendum:quia debent deduci expensæ quas victor fecisset domi. illud quod posteà superest,venit in refectionem expensarum.text.est in lege,sed si. in §.quod autem.ff.de petitione hæredita.& lege,sed si.§.j.ff.ad exhiben. Ita tenet Ange.in d.l.terminato.& in d.§ quod autem.& hæc sunt vera, vbi expensæ veniunt ratione interesse: puta, ratione victoriæ:vt est in materia nostra.Vbi autem expensæ venirent ratione contumaciæ,de quibus infrà dicemus:tunc non deducuntur expensæ, quas quis fuisset domi facturus. Eodẽ modo deducuntur expensæ, quas quis fuisset domi facturus,quando expensæ veniunt ex dispositione legis:veluti est in episcopo visitante monasterium,cui debentur expensæ.Nam non dicuntur expensæ,quas fecisset domi.& sic etiam in testibus,qui proficiscuntur ad locũ iudicii,causa testimonii ferendi; quibus debentur expensæ integræ:non in eo quod expendissent domi:vt in lege iij. in.§.Sabinus.ff.de test.& in l.quoniam liberi.C.eod.Nam debebuntur expensæ integræ,non detracto eo quod expẽdisset domi.Et idem in iudice delegato, qui accesit ad certum locum,vt ibi ferat sententiam,cui debentur expensę. certè non deducuntur expensæ quas fecisset domi.Ita no.singu.Ioann. An. in versic.moderatas.in c.statutum.lib. vj. quem Ang.sequitur in.d.§. quod autẽ.
25 †Est quoque aduertendum, quòd si aduocatus.

Additio.

¶ Idem tenet Bart.in l.fi.C.sen.resc.nõ pos.quod est verum,nisi victus teneretur ad expensas litis,& propter litem: quia tũc tenetur.Ita no.Bald.in alle. in fi.& ibi Ange.& Pe.de Suza.Bar.& Al.

xande

xand.in l.si stipulationes.de de fideicō. & in.in l.quod si domum.& ibi Raph. ff.loca.Dy.in l.pe.§. fi.& ibi posui in apo.ad ipsum.ff.de leg.iij.de quo vide Pan.in c.finem.nu.xxix.& quod ibi posui in apostil.ad ipsum.in versicu.quia erat aduocatus.j.de dolo.& contu. & in c.cùm ab omni.nu.xij.in versic. domi facturi.infrà,de vi.& ho.cleric.& dixi plenè in addi.ad Bar.in l.fi.nu.iij.versi. item facit ad aliam quæstionem.in apostil.in versic.aduocatus. C. de fruct.& litium expen.Celsus.

¶Peragat propriam causam: & litem obtineat,& cōdemnatus in expensis sit aduersarius: non poterit pro expensa computare id quod expendit in vno si alio ipse non fuisset aduocatus.glo. est singula.in l.fin.C.de fru.& lit.expen.

Attendite etiam ꝙ iudex solùm habet taxare expensas factas, non autem faciendas.Ita determinat Innocen.in c.cùm venisset.de eo qui mit. in poss. causa rei seruan.Quem sequitur Ang-

19 in dicta l.terminato.† Vnum commemoro notandum, videlicet quòd si testes extra iudicium iactauerunt scire veritatem.& postmodùm recesserunt, vel sunt mortui pendente iudicio ante eorum depositionem: si volens producere testes succūbat,eo quòd non potuit per eos probare,quia mortui,vel absentes,non condemnabuntur in expensis:ita no.Bald.in l.non ignorat. C. de fru.& lit.expen. Subiiciens ibidem Bal.ꝙ si citauerit aliquē temerè.

Additio.

¶Vide per Cy.in l.sancimus.q.xij. C. de iudi.Alex.in l. desertorem. §. si ad dic.ff.de re mili.Ioan.de Imo.in c.j. de iudic.& Specu.in tit.de expen.§.vj.& Inno.in c.si aduersarius de eo qui mit. in po.rei ser.cau.Celsus.

¶Puta,quia citauerit Ioannem de gandino: cùm plures sint Ioannes de Gandino in Crema.& citatus non est ille qui debuit citari: debebit ideò actor in expensis condemnari. Eodem modo si erratum est de nomine citati.Ita determinat Bal.in dicta l.non ignorat. & in l.sancimus.C.de iudi. Vlterius quæ-

20 ro,†vtrunquid actor qui fecit expensas in recolligendo instrumentum à tabellione,possit petere sibi tales expensas refici: respondeo,secundum Baldum,in dicta l.non ignorat.ꝙ sic: si debitor fuit in mora: puta per interpellationē, vel interpositionem diei elapsæ.aliàs non Et quippe vnum singulare est notandū

21 in condemnatione expensarum, † quia sententia lata in expensis valet, etiam incerta,secundū Innocen.qui ita not. in c.finem litibus.de dolo & contu.

Additio.

¶Bart.& docto.c.terminato. quæstio.j. C.de fru.& lit.expen.Bald.in fi. colū.j. versicu.nota ꝙ libellus.& ibi Ange.C. de senten.quæ si.cer.quanti.Celsus.

¶Hæc satis quo ad materiam expensarum,quæ debentur ratiōe victoriæ &c.

22 †Nunc videamus de expensis quæ veniunt ratione contumaciæ. Et præmitto,quòd tales expensæ possunt peti siue coram iudice ordinario,siue coram iudice delegato: vt not.Bald in leg.sancimus.C.de iudi.Item præmitto,secundùm eundem Bald.ibidem, quòd tales expensæ possunt peti per edictum, si

quis ius di.non obtempe.Item possunt peti officio iudicis mercenarii.Item tales expensas quis potest consequi per clausulam iudicati:vt in dicta l.sancimus.Tertiò præmitto,quòd dictæ expensæ ita veniunt reficiendæ ex parte actoris,sicut rei:quia vterque possit esse contumax.Quartò præmitto, quòd dictæ expensæ ita veniunt reficiendæ per fictum contumacem,sicut per verũ ita tenent docto.in dicta leg.sancimus.

23 His sic præmissis † quæro, quando debeant refici istæ expensæ, quæ veniunt ratione contumaciæ.Respondeo secundùm docto.in dicta l.sancimus.ꝙ possunt refici in qualibet parte litis:cũ in qualibet parte litis quis possit esse contumax:secus in aliis expensis, quæ veniunt in totali lite:quia illæ reficiuntur in fine litis:vt in l.properandum.§. sin autem.C.de iudi. Particulares autẽ expensæ,quæ veniunt ratione victoriæ possunt refici in singulo capitulo: & si fuerit omissum potest appellare in quacunque parte litis:vt not.Bald.in d.l.

24 sancimus. Quero vlterius,†quis fuit contumax in prima citatiõe:an debeat condemnari,an verò debeat expectari trina citatio?dicite,secundum Bal.vbi suprà,quòd ad primam citationem debet condemnari in expẽsis. Vlterius quæro,an finita instantia possint peti tales expensæ? Respondeo, secundum Pet.quem sequitur Bald.vbi suprà, ꝙ non. Vlterius quæro, vtrùm † quis possit condemnari in dictis expensis,sine aliqua citatione?Inno.tenet ꝙ sic.in capitu.cùm dilecti.de dolo & contu.Et idem tenet Baldus in dicta lege.sancimus.

Additio.

¶Adde quod posui,in §.eo.ver.in apostil.ad istum.nu.vj.in apostil.in ver.debeat citari.in causa verò appellationis, potest fieri condemnatio expensarum parte non citata,si tamen fuit contumax in causa principali.ita no.Innocen. in c.calumnia.de pe.& Bal.in sua mar. in ver.sententia.ver.viij.Celsus.

¶Vlterius quæro,vtrùm condemnatus in expensis ex contumacia possit appellare?Respondeo,secundùm Cyn. quòd sic,quando contumacia est causa debiti:secus autem si contumacia est causa pronuntiationis:quia tunc non appellat.ita not.Cy.in dicta l.sancimus. Fi

28 naliter quæro†,vtrùm iudex teneatur ad reficiendas expensas inquisito, qui est absolutus?Respondeo,secundùm docto.in d.l.sancim⁹.quòd sic.Si processerit nullis præcedentibus indiciis, neq; fama:aliàs non,

Additio.

¶Vide domi.Alexand.de Imola.in le. prima.ff.ad Turpi.vbi quando iudex procedit ex officio. & Cardin.in clemen.sæpè.§. final. septima quæstione de verborum significationi. & Antonium de Butrio in capitulo dilecti. infrà de dolo,& contumacia. & quid in accusatore.vide Felin.in capitulo accedens.de accusa. ibi octauo nota. & Specula.in titul.de inqui.§.primo versicul.an autem.& §.tertio.versicu. quid si ante. & §.final.Celsus.Vide Hip.l.j. ff.de quæsti.& ibi tex. for.in c.qualiter & quando de accusationibus.

¶Intelligite omnia supradicta,de expens

pensis ratione contumaciæ: siue sit contumax in non veniendo, vt in authent. qui semel. C. quomodo & quando iud. Siue sit contumax: quia venit, sed non stetit: vt in l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. Siuē venit, & stetit, sed noluit respondere: quo casu etiam dicitur quis contumax & potest denegari iurisdictio tali contumaci: vt in l. sed si prætorem. §. sed si ex certo. ff. ex quib. cau. maior. Per quem. §. dixit sing. Bal. in l. consentaneum. C. quomo. & quando iudex. quòd iudex potest denegare iurisdictionem contumaci in alia causa, in qua non est contumax: dummodò sit inter easdem personas, inter quas fuit causa, in qua fuit cōtumax. Addite pro complemento huius materiæ vnum quod voluit Innoc. in d. c. finem
27 litibus. videlicet † quod vbi fertur sententia absolutoria, ab obseruatione iudicii: debet actor in expensis condemnari. Similiter dixit Bal. in l. properandum. §. illo proculdubio. C. de iudi. quòd vbi lapsa est instantia, iudex adhuc durat quo ad condemnationem expensarum: quia condemnare debet actorem in expēsis: nec est necessarium pronuntiare instantiam esse peremptam, nisi solùm declaratiue, secūdum quod ipse notauit, in d. §. proculdubio. & rectè ibidem in textu probatur.

Et ex his finē facio huius repetitionis, in qua si quid bene dictū & positū reperiatur. Deo laus sit & gloriosæ virgini Mariæ ac beato Ioanni Baptistæ. Si nautē aliquid minus bene dictū repertū fuerit: me humiliter vniuscuiusque correctioni subiicio. Sit laus Deo.

LANFRANC. DE ORIA.

CAP. XII.

COMMENTARIVS Lanfranci de Oriano, in c. sæpè. de verb. signi. Vbi causæ summariæ & delegatæ expediuntur.

SVMMA CAPITA.

1 ☞ *Solus princeps causam summariè delegare potest.*
2 *Quando summariè proceditur, quæ sint requisita. nu. 5. 8. & ad fin. vsque. & quæ non. nume. 4. & 6.*
3 *Iuramentum à quo introductum.*
7 *Exceptio quando dicatur altiorem indaginem requirere.*
9 *In causa summaria, quando sufficiat probatio per iuramentum, & quando semiplena probatio, & quando non & nu. 11.*
10 *Iudicium possessorium quatenus summarium dicatur. & nu. 12.*
13 *Omnis causa executionis, est summaria.*
14 *Quando summaria cognitio, ex occulta fide procedit. quid necessarium.*
15 *Si procedatur seruato iuris ordine, vbi summariè procedendum erat: an valeat quod gestum erit.*
16 *Omnis causa regulariter est ordinaria.*
17 *Effectus verbi huius, de plano.*
18 *Vbi de plano cognoscitur, necessarius est libellus, & vbi expediatur.*
19 *Quando de plano cognoscitur, partium strepitus sublatus est, & litis contestationē, non spectamus.*
20 *Quando & in quibus de plano cognoscendum.*
21 *Delictum quando leue dicatur.*

Libel



AEPE CONTINGIT. Ista cle. in se continet euidētem vtilitatem: vt hîc attestatur editor canonis, dicens sæpè contingere de facto causas committi cum hac clausula, simpliciter, & de plano &c. Et ideò potest dici secundum quod dixit iurisconsultus, in l.j.ff.de in integr.restit.quòd ista cle. propter euidentem vtilitatem non indiget commendatione. Et cùm contineat materiam quotidianam, meritò quis dixerit materiam esse plenius attingendam (vt vtar verbis Pauli iurisconsulti, in l.legaui.in princ.ff.de lib.lega. Et clemen. ista est diuidenda (vt dicit glo.) in quatuor partes: vt in ea habetis. Pręmitto primò ordinem quem sum seruaturus in lectione huius clement. quia sequar ordinem per me adhibitum in repetitione c.quoniam contra falsam.cui petitioni est addenda materia huius clement.cùm contineat, materiam iudicialem: super quolibet ergo verbo text.ponam materiam necessariam illi verò congruentem. Secundò præmitto quòd do. Henri. imperator fecit vnam extrauagantem, quæ incipit, ad reprimendum. In qua ponitur ista clausula, quæ est hîc, sed in vno duntaxat differunt, quia vbi hîc dicitur, simpliciter: ibi dicitur summariè. Item alius imperator compilauit aliam extrauagantem quæ incipit quoniam nuper. vbi est inserta dicta clausula. Tertiò præmitto,
1 †quòd solus princeps causam delegare potest, cum insertione præsentis clausulæ. glo. est singular. in c.fina. de hære. libro.vj.

Additio.

¶ Adde illam glo. quæ est glo. may. ante finem. ad hoc quod hic per istum dicitur pro sing. alleg. Ang. Aret. in §. appellatur. versi. xxiiij. insti. de excep. cui adde Spec. in tit. de leg. §. superest. ver. sed nunquid. Bal. & Ioã. de Imo. in l. ex duobus. §. fi. ff. de vulg. & pup. & Cepo. consil. vij. inci. visa commissione. & his addes quos posui in proxi. seq. apost. & in apost. in versi. simpliciter. Celius.

¶ Non tamen redditur ratio, sed ad ordinem, quoniam ordo iudiciarius est introductus per principem, intelligendo de Papa & Imperatore, quod patet: quia hi sunt qui iura condiderunt, ex quibus ordo iudiciarius introductus est. Nimirùm itaque si eius inferior talem ordinem subuertere nequeat: quia par in parem nõ habet imperium: multominus inferior. c. innotuit. suprà, de elect. & in l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. Qui ordo profectò tolleretur, si posset apponi dicta clausula: vt patet in hac clementina. Tenete menti quia nemo tangit. Ex hoc sequitur correlarium, quòd legatus etiam de latere existens in prouincia sua non poterit causam delegare cum insertione dictæ clausulæ.

Additio.

¶ Adde Franc. Are. in l. nemo potest. de leg. j. & Pau. de Cast. in consi. xciiij. & d. Alex. de Imo. in consi. cvij. iiij. parte, & Feli. in c. j. in versi. legatus. C. de rescript. & quis possit committere causas cognoscendas summariè & de plano? vide do. Alex. de Imo. in consil. cvj. in ij. parte. & de virtute huius clausulæ, summariè, de plano & sola facti veritate inspecta procedas. vide do. Alex. de Imo. in consi. v. in. iij. parte. & in consi. lxxxviij. in iij. parte. Sed quid si petatur causa committi summariè: & rescribens nihil dicat de hoc, sed simpliciter dicat, fiat vt petitur: an videatur rescribere quòd summariè & de plano cognoscatur? vide do. Alex. in consi. xciiij. in ij. parte. Et adde do. Barth. Sozi. in consil. xcvj. incip. viso processu. iij. parte. vbi ponit quid importet hæc clausula, quòd procedatur et decidatur summariè, simpliciter ac de plano, sine strepitu & figura iudicii: & sola facti veritate inspecta, quibuscunque solennitatibus, aut ordinibus iudiciariis prętermissis: vbi quæ per hanc clausulam omittimus. & quæ no. Spe. in tit. de iurisd. om. iud. §. fi. vers. hoc quoque. & in tit. de libel. concept. §. xv. versi. & qualiter. & versi. j. Roma. deci. xxxv. incip. quando committitur &c. in no. & deci. cccclxxxviij. incip. in causa. ibidẽ. aliquid per Ro. singu. cccclxxxviij. incip. quid important: & per Feli. remissiuè, in c. olim. de accusat. & quod not. infra proxi. in apostil. versi. simpliciter. nume. ij. & dum suprà eo. præmissum est, quòd legatus à latere cum hac clausula, delegare non possit, sed solus Papa & princeps. not. Card. in cle. ij. q. xxxviij. & seq. de iudi. & hic. q. xj. in princ. in §. quæ omnia. & Spec. tit. de aduoca. §. consequenter. versi. stupeant. Insuper notaui in additio. ad istum suprà. in c. quoniam contra. nume. xliij. in apostil. in versi. summariè. & post Panor. in c. officii. & quod not. post alios in apost.

in versi.simpliciter.nu.v.de elect. Adde vltra hic alleg. Bar. in l.nemo.in princ. & quod ibi posui in apostil.ad eum. in eod.versi.ff.de leg.j.& in l.leuta. versi. quæro quomodo debet intelligi de plano.ff.de actio.dixi post Bal.in l.quod fauore.nu.j.in apost.in versi.procedatur. C.de legib.& per quem possit apponi. Adde supradicta col. in.c.quod. nu.ij.vbi posui in addit.ad eum.in ver. de plano. de offic.deleg.dixi post Panor.in c venerabilis. in versi.citra papam.de iudi. & in tract.clausu.in clau. rescrip.versi.summarie.cum versi.seq. & not.Hippo.de Marsi.sing.cij.incip. clausula summarie.Celsus.

¶ Nec alius locum tenens cuiuslibet principis.ego limito istam glo.vno casu,licet non reperiam tactum:nisi princeps libertatem dederit suo locum tenenti denegandi,cum insertione dictæ clausulæ. Nam tunc posset,quia tunc cessat ratio prohibitiua. de qua suprà.

Quartò præmitto quòd reperiantur aliqua verba diminuentia iuris ordinem, vltra istam clausulam, de qua in clement.sicut sunt ista verba, Cognoscas secundum rei veritatem. vel inspecta mera veritate facti:important ista verba tantùm, quantùm ista clausula. de qua hìc:secundum do.Io.de Imo.in c.dilecti.de iudic. vbi habetur mentio in tex.de huiusmodi verbis.

Additio.

¶ Adde Ant.de But.in c.ij.in princ.de iure cano.& Alex.in consi.lxv.iiij.parte. quòd plus importat quàm clausula summariè, simpliciter,& de plano,sine strepitu:& facit terminos posse abbreuiari. Roma.in deci xcix. doct.omnes in nota.& in deci.cccclxxviij.no.quãdo causa in antiquis. Et æquipollet clausulæ secũdum meram voluntatem tuam: & clausulæ summariè & de plano:vt no.Io.de Imo.in c.dilecti.de iudic.imò plus quàm prædicta clausula: vt per Ant.de But.in c.ij.in prin.de iure cano.Alex.consi.lxv.vol.iiij.Ro.cõsi.xx.incip.viso pũcto.circa fi.eundem consi.clix.inci.in casu proposito.& singu.suo.ccccccclxxxviij.incip.quid important verba rescript.Aret.consi.lxxiiij.incip.super præsentis.per Feli remissiuè in c.j.versi.& si dicatur.de constitu.non tamen facit quòd agatur ex nudo pacto: vt not.plerè Bald.in l.nemo. in fi.C.de senten.quia intelligitur de veritate legibus roborata:vt ibi per eum.Celsus.

¶ Reperitur in alia clausula sapiens diminutionem ordinis iuris veluti est ista. Cognoscas causam, nulla iuris solennitate seruata.

Additio.

¶ Adde quòd non tantùm operatur talis clausula,quòd possit procedere sine citatione. Bart.in l.j.ff.de testa.mili.& l.filius.ff.de dona.& in extrauag.ad reprimendum.versi.videtur.Ludo.ponit. in rub.de arbit. Et quid operetur talis clausula? vide per Barto.in alleg.l.filius.versic.quæro quid si est dictum.ff. de donat.& in l.j.de fer.Spec.in tit.de iurisd.om.iud.§.fi.versi.hoc quoque.& in tit.de libel.concep.§.xv.versi.& generaliter.& ver.j.Bar.in extraua.ad reprimẽdum.& Feli.in c.canonũ statuta. versi.secũdò nota.de cõsti.& in c.quali-

ter & quando.cl.ij.§.ad corrigendos. versi.tertiò nota.de accu.& in.c.dilecti filij.in princip.de iudi.Aduerte tu iudex, quia licet talis clausulæ virtute possit terminare prout tibi placuerit, vel volueris,nulla seruata dispositione iuris,vel instrumenti:vt per suprà allega.tamen non potes tollere ius vni parti ex iure gentium,vel ciuili,aut ex forma statuti quæsitum:vt singu.not. Bart.in sæpè alleg.extrauag.ad reprimendum. in ver.videbitur expedire. quē refert pro sing.& sequitur Matth. sing.xiiij.incipiē.nota quod vbi iudex Celsus.

¶ Per quā clausulā sublata est omnis obseruantia introducta à iure positiuo & remanemus in meris terminis iurisgentium:secundum Barto.in.l.filiusfa. ff.de donatio.Vnde seruare debebit in tali causa quodcunque suadet æquitas naturalis:quæ prouenit propriè ex iuregentium. Ex hac doctrina infero infrascriptas conclusiones.Prima con
2 clusio †,vbi proceditur apposita dicta clausula, erit necessaria plena probatio.Idem non poterunt produci testes nisi parte citata. Item necessaria erit qualis qualis petitio. Item secundum Barto.poterunt produci testes & examinari sine iuramento:licet Bal.in hoc contrarius sit Barto.vt not. ipse,in.l. milites.C.de testa.mili.& istud Bald.
3 plus placet,† quia iuramētū est introductum de iuregentium antequā foret ius positiuum.iuxta illud quod habetur in hoc psalmo,Iusiurandū quod iurauit ad Abraam &c.Item secūdum Barto.poterunt recipi testes in diebus feriatis in honorem dei.

Additio.

¶ Adde tu licet iste videatur sentire contrarium,quod cōmunis opin.est cū Barto.ita no.idem Bart.in.l.filius.ver. quæro quid si est actum.ff.de dona.idē in.l.j.ff.de ferijs.& in.l.j.de testa.mili. Bald.in.l.solam.in fin.ff.de testi.& in l.milites.ver.secundo ponamus in iudicijs.C.de testi.Celsus.

¶ Barto.intellexit de mera examinatione,dicit verum,quia hoc permittitur in qualibet causa ordinaria:vt no. glo.in cle.iudices.de offi.deleg.Si autem intellexit de iuramento testis.nō dicit verum,maximè si dicta clausula ponitur per principem secularem. quoniam omnis actus iudiciarius est prohibitus in die feriato,in honorem dei:vt in capi.fin.suprà,de feri.quod.c. princeps secularis non potest tollere, quia inferior &c.quod si esset apposita per papam hæc clausula,esset magis dubium.Ego tamē idem credo,per ea que.suprà dixi De iuramento testis non est opus replicare. Secunda cō-
4 clusio † vigore dictæ clausulæ non erit necessarius libell' in causa,neque litis cōtestatio:cum ista sint à iure positiuo introducta:vt in capit.j.suprà de libel.obla.& in ca.verò.de litis cōtest.

Additio.

¶ Tu vide de hoc Panor.in capit.nisi specialis. nu. iiij.& quod ibi posui in addi.ad eum,in apo.in ver.ordinē iuris.de offi.leg.& quod not.in trac.clausularū.in claus.rescri.versi.sine solēnitate iuris.cū versi.sequēti.vbi de hoc tangitur.Celsus.

¶ Item

¶ Item non erit necessariũ peremptorium ad sententiam audiendam, licet aliàs secus: vt in.l.ad peremptoriũ. ff. de iudi. Item non erit necessaria conclusio in causa, nec tot dilationes dabuntur.argu.huius clementi. Item non poterunt produci testes, qui aliàs sunt prohibiti testificari: quando prohibitio fundatur super æquitate naturali, veluti si est inimicus capitalis.

Additio.

¶ Vide Raph.& Lud.in.d.l.milites.C. de testa.mili.B.Vadus.

¶ Secus est si prohibitio fundata super mero iure positiuo: veluti si testis est infamis, vel bannitus: secundum Bartolum ita notantem, in.l.si filiusfamilias.præallega.

SIMPLICITER. Aggrediar expositionem text.nostræ clementinæ prius præmissis quæ dixi in præcedẽti lectione. Pro clariori doctrina capio verbum, simpliciter. Circa cuius verbi expositione, glossa nostra dicit, simpliciter, id est, sine plicatione, & sine inuolutione.& idem dicit Barto.in extrauagan.ad reprimendum, in verbo, summariè.

Additio.

¶ Quomodò autem intelligatur, simpliciter. vide domi. Alexan.de Imol.& Fran.Areti.in.l.j.§.si quis simpliciter ff.de verbo.obliga.& Fran.Areti.in.l. eum qui.§.j. in ver.in glo.eo.titu. vbi dicit, quòd si statutum dicat, quòd talis iure debeat respondere positionibus, vel capitulis: quòd idem est, ac si diceret, quòd deberet respondere simpliciter:& vide Feli.in capitu.de causis.§. præterea.de offic.& pote.iudi.delega. & adde Old.in consi.cxv.vbi, quid operetur hæc clausula, Simpliciter & de plano & sine strepitu,& figura iudicij. Specu.in titu.de aduo.§.consequenter.ver.stupeant insuper.& in titu.de inquisi.§.nunc tractemus.versicu.quid ergo si in litera apostolica.& Cardina. hîc quæstio.xxiiij. Alexand.consil.vj. volumi.iij.& Ro.consilio.xx.incipiẽ. viso puncto.& Hippol.de Marsi.singula.suo.cij, incipien.clausula summariæ &c.& dic quòd talis clausula, non tollit ordinem iudicij substantialem, sed dilationes: vt voluit singul.Barto. in sæpè allega.extrauaganti ad reprimendum.in versic.summariè.& ibi posui in apostil.ad ipsum.idẽ notat Alexand.in.l.in summa.de condi.indebi. domi.meum.do.Philip. Decium, consilio.lj.& consilio.lxxij. vbi dicit quòd confirmat actum nullum.& consilio cxxxvij.& hîc adde quod notaui in apostil.ad istum.supra eodem numero.j.in apostilla.in versicu.clausulæ. Celsus.

¶ Reperio quòd doct.legistæ.in.l.j.in §.si quis ita.ff.de vulga.& pupilla. Exponunt simpliciter, id est, pure & sine conditione. vtraque expositio est bona.& dixit Barto.vbi suprà, circa fin.quod non est vis, vtrum causa committatur simpliciter an summariè: quia tantum importat vnum quãtum aliud. Quid autem relaxaretur de obseruantia iuris communis, quando mandatur procedi summariè, seu simpliciter: nõ adijciendo alia verba, de plano sine strepitu &c. Colligo totam veritatem per

infrascriptas cōclusiones. Prima cō clusio, vbi proceditur summariè, debet offerri libellus plenè ordinatus, sicut in causa ordinaria: vt in.l.iij.in princi pio. ff. ad exhiben. licet diuersum sit statuto dicente, quòd in causis miserabilium personarum possit procedi per simplicem querelam: hæc verba important, vt possit procedi sine libello: secundum Baldum qui ita elegāter loquitur, in.l.j.C.vt in possess.leg. Secunda conclusio, vbi causa est summaria, requiritur litis contestatio: vt in.l. tigni.§.sed si non possideret.&.§.idem scribit.& in.l.sed Iulianus.ff.ad exhi-
6 ben. Tertia cōclusio.† In causa sum maria non potest procedi in ferijs ob necessitatem hominum, nisi quatenus permittitur in causa ordinaria: vt in.l. secunda.ff.de ferijs. Quarta conclusio. Exceptio requirens altiorem indaginem, non potest examinari in causa summaria: sed debet reseruari in alio
7 iudicio.† Et dicitur exceptio requirere altiorem indaginem, quoties nō potest expediri infra tantum tempus, infra quantum expediretur causa princi palis, si non esset opposita dicta exceptio: vt notatur in lege, si is à quo. in princi.ff.vt in possessio.lega. Quin-
8 ta conclusio,† In causa summaria, abbreuiantur dilationes sine alia causæ summaria, abbreuiantur dilationes sine alia causę cognitione: vt in.l.secunda.in fine.ff.de re iudicata. Sexta cō clusio, Necessaria est citatio peremptoria vbi proceditur, licet oppositum custodiatur, vbi simul sint ānexa ista ver ba, summariè & de plano &c.vt in clementina nostra. Septima conclusio,
9 Si in causa summaria † non tractetur de præiudicio alterius, sufficit probatio per iuramentum: vt in.l.thesaurus. ff.ad exhibendum. Octaua conclusio, vbi tractatur de præiudicio alteri⁹ si tale præiudicium possit reparari in alio iudicio, & causa sit fauorabilis: sufficit semiplena probatio. Nona conclusio, Vbi in causa summaria tractatur de prę iudicio alterius reparabili in alio iudicio: si causa non est fauorabilis, requiritur plena probatio: vt constat in omnibus possessorijs: quæ dicūtur esse summaria: vt in.l.momētaneę. C.vnde vi.& gloss.singū.in.l.j.C.quorum bonorum. quod est intelligendum
10 secundum Batro.† Iudicium possessorium esse summarium, quo ad reum, non autem quo ad actorem: quia ex parte actoris requiritur plena probatio: ex parte autē rei ideò dicitur summarium, quia non potest opponi exceptio requirens altiorem indaginem: sicut contingit in omni causa summaria: vt suprà dixi. Sed debet reseruari in petitorio: vt plenè per Angel.in.l.j. C.si per vim, vel alio modo.& plenè per Dyn.in capi.dolo facit.de re iudi.
11 libro.vj. Decima cōclusio.† Si prę iudicium quod paratur in causa summaria, non possit reparari in alio iudicio, requiritur plena probatio: vt in.l. donatio.C.de dona. Vndecima con-
12 clusio,† vbi fit missio in possessionem ex primo decreto, sufficit summaria cognitio debiti per iuramentum creditoris: secundum Specu.in tit.de primo & secundo decreto.§.postremò. circa fin.text.est in authen.de exhiben.& intro.re.§.& si iurent. Duodecima cō

clusio,

clusio, In missione in possessionem ex secundo decreto, requirit summariam cognitionem, & etiam plenam probationem: vt in.l.fina.C. de bo autho.iudi.possess.& gloss.in.l. Fulcinius.§.j. ff. ex quibus causis.in poss.eatur. Decima tertia cõclusio.† Omnis causa exe-
13 cutionis est summaria, cum non habeat instantiam: vt dicit Barto.in.l.litibus.C.de agrico.& censi.libro.xj.& Bald.in.l.vnica.ff.si quis ius di.en.non obtemp. Cũ aliàs omnis causa ordinaria, de iure ciuili habeat instantiam: vt in.l.properandum.in princip.C.de iudi. Cũ etiam in causa executionis, nõ possit opponi exceptio nullitatis, requirens altiorem indaginem ad impediẽdam executionem, sicut est in qualibet causa summaria: vt iam dixi. Secus est vbi exceptio nullitatis potest incontinenti probari: quia tunc impedit executionem: vt in.l.iiij.§. cõdemnatum, & ibi plenè per legistas.ff.de re iudic. Tamen dixit Barto.vbi suprà, vnum notabile verbum, ꝙ quando cõtra executionẽ opponitur exceptio nullitatis quæ requirit altiorem indaginẽ & sic non potest retardare executionẽ: ꝙ victor antequã habeat executionẽ, debet dare fideiuss.de restituẽ.victo id quod habuit pro executione, casu quo probetur dicta exceptio nullitatis.pro quo alleg.casum, in.l.fina. C. de ordi. cog.& text.in.l.fin.C.ad legem Cor.de fal.tenete menti. Decimaquarta cõ-
14 clusio.† Vbicunque cognitio summaria pcedit ex oculata fide id est, ex inspectione oculorũ, quod cõtingit quãdo statutum dicit quòd viso instrumẽto, sententia mandetur executioni, vel similia verba: tale instrumẽtum debet esse sine vllo vitio, carẽs liniatura, vel subscriptione, vel cancellatione &c. dictum est singula.do.Bald.in.l.j.ff.vt in possess.lega.

Additio.

¶ Vide ad hoc Pan.de Cast.in consil. lxxxiiij.incip.ad id de quo quæritur. in fina. vbi loquitur de confessione. B.Vadus.

15 ¶ Decimaquinta cõclusio,† Vbi princeps mandat procedi summariè, si tamen procedatur seruato iuris ordine, valebit processus secundũ do. Bal.in.l. ꝙ fauore.C.de legi.

Additio.

¶ Adde tu pro opi.Bal.Anto.Corse.in simi.in suis.singu.in versi.statutum.el xxij.quod est singu.in nume. cccxviij. & incipiẽ.si in aliquo actu statutũ &c. Celsus.

¶ Pro quo facit glo.in clemen.nostra. Quæ glo.tamen loquitur quando commissum est in potestate iudicis, ꝙ procedat summariè: sed questio Bald. loquitur quando interuenit mandatum principis.& diligenter sunt custodiendi fines mandati: vt in.c.cũ dilecta.de rescrip.Puto Bald.bene dicere, si pars impetrãs rescriptum exceptionem nõ opponat: aliàs non credo ꝙ bene dicat per dictam rationem: quoniam illa regula, custodiendi sunt fines mandati; debet intelligi, vbi nõ custodiẽdo efficitur deterior conditio mandantis, vel cõditio ei⁹ in cui⁹fauorẽ emanat mãdatũ: aliàs nihil nocet nõ seruare fines mãdati.ita sing.no.doc.in.l.si qs mihi bona.§.

na. §.sed si mandauerit.ff.de acqui.hęredi.quod perpetuò nota, propter intellectum regulæ. Decimasexta & vltima conclusio. † Omnis causa regulariter est ordinaria,& requirit plenamcausæ cognitionem : vt in l. iudices. C. de iudi. & est gloss. magistra. & notabilis, in l.iij.in §.ibidem. ff. ad exhibendum. illa ergo causa erit summaria, quando lex hoc exprimit quòd procedat summatim, breuiter &c. vel quia princeps mādat per rescriptum suum, & per hęc verba ego complector quæcunq; dixit Barto. vbi suprà De cuius mente sunt omnia ferè suprà dicta licet procedam magis ordinariè & clarè.

16

DE PLANO. Pro declaratione huius termini, & de plano, primo videndum est quid dicatur planum : secundò quid importet iste terminus, de plano, vbi causa cognosci debeat de plano. Tertiò in quibus casibus possit procedi de plano. Circa primum dico, secundum Bart. quòd planum dicitur, prout est oppositum alto. Item dicimus aliquem vti stilo alto & vti stilo plano. Item planum dicitur, prout est appositum velocitati: nam aliquem ire velociter,& ire planum, sunt apposita. Circa secundum, reperio primùm diuersos text. in quibus dicitur debere cognosci de plano vt in cap. sicut.& in c.olim.de accusa.& in c.nouit.de iudi.& in c.fina. de hære.lib.vj.& in clemen. dispendiosam. de iudi. & in ista clementi. & in l. ne quicquam.& de plano.ff.de offi. pro consul.& in l.ij.dies.ff.quis ordo in bono.posses.serue.& in l.leuia.ff. de accu. & in l.vnus.§.fina.ff.de quæstio. & in l. miles.§.sexaginta.ff.ad leg.Iul.de adulte. † Quid importet istud verbum, de plano. Innocen.& Hostien.in cap.olim infra de accus.

17

Additio.

¶ Et ibidem vide ad hoc Felin.& Fran. Aret.& d.Ias.May.in l.cohæredi. §. cohæres.de vulg.& pup.vbi quod de plano,idem est quod simpliciter.& quando dicatur aliquid cognosci de plano. videndo.Alex.de Imo.in consi.ciiij.in ij.par eundem consi.vj.vol.iij.& dic quòd facit excludi exceptiones altiorem indaginem requirentes vt per Bar.in l.si certo.§.custodiam.ff.commo.Cardi.in cle.ij.quæst.xxxviij.de iudi. repellitq; libellum.vt per Bald.in l.ne quicquam §.de plano versi.quæro quid si in rescripto.ff.de offic.procon.& leg.eundem in extraua.ad reprimendum.versi. sec de plano. & ibi posui in additio. ad ipsum Specu.in titu.de lib.concep.§.nunc videndum versi.de plano.maximè si causa non sit grauis:vt not.Barto.in d.leg. §.de plano. Item operātur dilationum breuiationes vt per Cardi.hic quæstio. xxx.& q.xxv.cum seq.& sequen.non tamen operatur substantialium omissionem vt ibi per eos. Et potest eadem virtute illius clausulæ die feriato, & in loco non consueto procedi: & quod dixi die feriato:intelligo verum de die feriato in vtilitatem hominum:quia in Dei honorem secus vt no. plenè Spec. in tit.de libel.concep.§. non videndum ver. xliij. in leuibus : nèc potest etiam vt aliæ præcedentes per inferiorem à principe delegare vt no.glo. in c.fin.in ver.sicut.de hære. libr. vj. quibus adde quæ dixi.s.isto tit.in addi. ad ipsum. in

j.apost

j.apost.& in apo.in versi.simpliciter.§. proxi.& vide glo.in l.leuia. in versi. de plano.& quod ibi posui, in addi. ad ipsum,in eodem ver.ff.de accu.vbi etiam posui post Dyn.in ver.de plano.& post Bar.nu.ij.versi. quæro quomodo debet intelligi de plano.in apostil. in eodem. versi.Celsus.

¶Et Ioan. An. in c.fi.infra de hære.lib. vj.& Spec.in titu.de inquisi. in §. nunc tractemus.ver.quid ergo. tenet per hoc non esse sublatum ordinem iuris.Nam debebit offerri libellus & lis contestari plenæ causę cognitio:sed duntaxat strepitus partium & aduocatorum erit sublatus. Poterit enim iudex sententiam ferre,non auditis aduocatis. Nec dat dilationem ad habendum aduocatos & istud est vtile quia litigator calumniosus causam protelandi litem sæpè petit supra iudice quòd vult facere allegare à suo aduocato. Et licet causa sit clara iudici,adeò quòd non egeat aduocatis:tamen & si denegat velle audire aduocatum,facit se suspectum. Vbi autẽ causa cognoscitur de plano, nõ erit.gl. verò in l.ne quicquam.§.de plano.præ allega.dicit quod propter verbum , de plano:poterit causa expediri iudice eũte per palatium,& sine causæ cognitione.glo.verò in l.leuia.& in l.vnius.§.fi. præalleg.dicit quòd vbi cognoscitur de plano , non erit necessarius libellus , & poterit causa expediri iudice non sedẽte pro tribunali : & istud videtur sequi Barto.gloss. vero quæ est in d.§.dies.& in §.sexaginta.concludit hoc duntaxat importare verbum,de plano,quod poterit causa expediri iudice non sedente pro tribunali,& nihil dicit de plano. Et sic magnas contrarietates videtis. Primò inter glossas iuris ciuilis. Secundò inter canonistas & legistas. Vos autem pro veritate habenda facite infrascriptas conclusiones. Prima conclusio sit

18 ista, † vbi causa cognoscitur de plano, necessarius est libellus & in hoc verior est opinio canonistarum.Pro quo adduco casum expræssum,in l.miles.§.sexaginta.præalleg.vbi dicit iurisconsultus quòd libellus de plano, die feriato offerri potest. Ergo bene sequitur quod propter verbum,de plano , non sit sublatus libellus cùm dicatur , offeraĩ &c. & miror de Barto. quod non viderit illum tex. Secunda conclusio. Quando mandatur procedi de plano causa expediri potest iudice non sedente pro tribunali casus est apertus,qui non potest cauillari in l.vnius.§.fin.ff.de quæstio. vbi ad literam sunt hæc verba formalia,custodiæ siue iudice sedente pro tribunali,siue non,/de plano audiri nõ possunt. Nam illud verbum, de plano,ibi nihil aliud potest significare,secundum rationem sermonis nisi iudice non sedẽte pro tribunali,& ita procedunt glo.supra allega.quæ hoc tenent.Tertia con-

19 clusio,† Quando causa cognoscitur de plano sublatus est strepitus partium & aduocatorum:quia non erit necesse dare dilationem ad habendum aduocatũ. Nec erit necesse in causa audire aduocatos:quia sæpius faciunt magnos strepitus in sermonibus suis allegando &c. Et hoc modo procedit opinio Ioannis Andr.suprà gloss.sua.in fi.de hære. lib. vj. Quarta conclusio. Si mandatur in causa procedendum de plano, poterit perueniri ad examinationem testium,

& etiam ad sententiam diffinitiuam lit. non contesta. contra regulas iuris. Quoniam regulariter testes debent examinari lite nõ contest. & multòmagis sententia ferri lite contesta. vt in toto tit. lite contestata &c. Istud est dictum singu. Iuno. in c. olim. de accusat. quod est notandum. Circa tertium subiicio infrascriptas conclusiones. Prima con-
20 clusio. In omnibus causis, in quibus lex vel canon, vel statutum disposuit procedendum esse de plano: vt contingit in iuribus tam iuris canonici, quam ciuilis per me suprà allega. tunc cognoscetur de plano. Aliàs oportet quòd ordinariè procedatur, secundum ordinem iuris: vt in l. iudices. C. de iudi. nisi quatenus contrarium sit introductũ, quod dicam in sequenti cõclusione. Secunda conclusio, in causis leuibus, siue ciuilibus, siue criminalibus potest procedi de plano vt in l. leuia. ff. de accusa. & leuis causa dicitur, ratione modicæ rei, vel ratione personæ vt quia persona domestica, puta, filius furatur patri secundum Barto. in d. l. leuia.

Additio.

¶ Vide domi. meum Iason. May. in sua aurea repetitione l. ad monendi. versic. qui autem dicatur. cum multis concor. per eum ibidem signatis. & Feli. in c. in causis infra de testi. & in c. ij. suprà de offi. delega. Pari. de Put. in tract. sindic. in versic. sententia. & Barto. in l. admonendi. suprà alleg. versicu. hic & istis adde quod notaui in apostil. ad istum post eum, suprà in §. petitiones. nume. ix. in apostil. in versiculo. arbitrium iudicis. Celsus.

21 ¶ † Dicitur esse tamen leue delictum, quando ad essentiam delicti non requiritur dolus: secundum Sali. in l. non pecudem. domino pecudis ignorante: nam ipse tenetur ad damnum, licet non fuerit in dolo: vt in toto titu. ff. ad legem Aquil. Et idem dicendum est in statuto quod viget quasi vbiq; de euntibus de nocte sine lumine, post sonum tertiæ campanæ dato quod quis non vadit ad furandum vel ad aliud maleficium cõmittendum, & sic non est in dolo: tamen debet puniri vigore statuti licet sit leue delictum. dixit Barto. in d. l. leuia. quod cùm ipse esset iudex maleficiorũ, puniebat tales repertos de nocte cogendo soluere, etiam nulla facta condemnatione: quia est crimen leue, & potest de plano procedi. Nescio si bene faciebat, quia requiritur libellus, vbi proceduntur de plano consequenter requiritur sententia, cùm libellus exigatur propter sententiam, vt not. in authenti. offeratur. C. de lit. contestati. & in capit. primo supra de libell. obla. Tertia
22 conclusio. † Etiam in causis arduis, in quibus proceditur secundum ordinem iuris, potest libellus offerri die feriato in honorem Dei Casus est in dicto §. sexaginta.

Additio.

¶ Tu dic ergo quòd tam in causa ciuili quam criminali habet locum hoc dictum. ita notat. Bald. in l. prima. C. de fer. & in rubr. C. de in ius vocan. Barto. in l. omnis. ff. de fer. Bald. in additio. ad Specul. in titu. de citatio. versicu. die feriata. quod etiam tenet idem Specula. in titu. de fer. §. secundo versicu. primo, & in

& in titu.de libell.concep.§.xiij. Quod amplio procedere, etiam in causa app. secundum Hostien.But.& Imo.in c.prę tereà de dila. Bald. in addi. ad Specul. in ti.de ap.§.secundo versicu.fi.eundem plenius.in l.prima.C.qui admitti. Bar. in l.omnis.& ibi Doctor.Moder.& omnino per Alexan.in l.prima.ff.de fer.& in l.ne quicquam.§.de plano.ff.de officio procon.& lega.ita notaui post Bal. in addi.ad ipsum in l.j.nu.ij.ver.quæro hic in apost.in c.ver.C.de fer.Celsus.

¶ Quod est intelligendum, secundum Hostien.in cap.prætereà suprà de dila. de oblatione quæ fit iudici etiā in causa mera sua: secus de oblatione libelli quæ debet fieri parti:vt not.in d.c. primo de libel.obla.& in l.j.ff.de edend. & in l.edita.C.eo.& sequitur Bald.in l.ex quacunq; causa. ff.si quis in ius vocan. non ierit.cuius ratio est in prōptu. quoniam omnis actus iudicialis qui non exigit contentionem partium potest in die feriato in honorem Dei explicari, vt dicimus in examinatione testis, secundum gloss.in cle.iudices. C.de offi. deleg. Istud de directo contingit in oblatione libelli,quæ fit iudici:quia nulla requiritur præsentia partis, neq; citatio:& consequenter nulla potest verti contentio inter partes pro tali libello. Dicit tamen Bald.in d.l.ex quacunque & istud quod de libel.quod possit offerri in die feriato,l.de iure communi. Secus si esset feriatus de iure speciali: tūc non posset offerri. Et pono exemplum, quando sta utum(sicut est vbique)disponit quòd non reddatur ius in certis festis,quæ non sunt de præcepto de ecclesia Rom.vt festum sanctæ Catherinæ &c. Ex his habetis duas singulares limitationes ad ista regulā, ꝙ libell⁹ pōt offerri die feriato in honorē Dei.Prima est Host.quia debet intelligi de oblatio ne quę fit iudici,non aūt parti.Secunda est.Bal.vt intelligatur de die feriato de iure communi secus de iure speciali. Ego tamen puto posse sustineri contrarium, contra Bald.licet eius authoritas sit magna.Et primò arguo sic, facilius tollitur ius speciale, quàm ius commune vt in lege eius militis.§.militia missus est.ff.de testam.milita. Si ergo libellus potest offerri die feriato, de iure communi:& sic tollitur ista feria & habetur pro non feria:& sic tollitur quo ad libellum, quanto magis debet⁹ posse tolli feria inducta iure speciali. Istud procedit per locum à maiori arguendo. Secundò mouet me ratio fortissima, deducendo hoc dictum Baldi ad absurdum. Nam nemo dubitauerit quod maior reuerentia sit adhibenda introductæ feriæ per summum pontificem & per sanctam Romanam ecclesiam pro festo quàm festo per statutum & per laicos & seculares condito.Sed festo introducto per summum pontificē & sic de iure cōmuni nō adhibet reuerētia quin offerat libellus ipso festo & valet ergo idem multo fortius dicendū est hoc fieri posse,ꝙ offeratur libellus in die feriato ex iure speciali.seu statuti.cogitabitis quia mihi videtur hæ bonæ rationes cōtra rōnes Bal. Ex his etiam infert Bar.in extrauaganti ad reprimendam in verbo, de plano. quod nuntius pōt facere relationē suæ citationis in camera iudicis nō sedētis pro tribunali: intelligite in die feriato in ho

in honorem dei:vt credo voluisse Bal. in c.fin.suprà de feriis.

Additio.

¶Tu dic de hoc,vt per istum , suprà in §.citationes.in fin.versi.relationem autem.& ver.præce.& quod ibi posui,in additionib.ad ipsum,in ver.die feriata. Celsus.

¶Verum diceret Barto.nisi cõsuetudo se haberet sicut est vbique:quòd relatio citationis fieret notario,non autem iudici.& quod dicit Barto . dicendum de iudice,idem est dicendum de notario.

Quarta conclusio,† vbicũque actus expeditur ex voluntate partium, videtur voluntariæ iurisdictionis : sicut est emancipatio filii,manumissio serui,adoptio filii,legitimatio filii spurii : potest expediri iudice non sedente pro tribunali:cùm de plano expediatur:& idem est in datione tutoris,quando tutor datur pupillo:vt in l.qui habet.§ . quolibet suprà,de tute.& per hoc apparet de imperitia multorum iudicum,qui quádo volunt interponere decretum suum super legitimatione spurii,vel adoptione,siue emancipatione alicuius filii,vel in datione tutoris: vadunt ad domum emancipati, vel ad domum mulieris, quæ datur in tutricem,& dicunt notario,scribe,quòd ego eligo hunc locum pro meo idoneo tribunali ad hunc actũ putantes aliter non valere actum:quod est falsum,cũ ista possint expediri etiá si esset in platea,vel in prato deambulando:vt ex predictis patet.

Additio.

¶Ita not.Innoc.in c.per venerabilem: qui fi.sint leg.& in c.quod translationé de offi.deleg.Imo etiam die feriato potest dari inter.vt not.Barto.in l. mandáte.§.dari.ff.de tut.& cura.da.ab his.pro quo est text.& ibi Bal.in l.ij. ff . deser eundem in l.actus.in j. q.& ibi docto. C.eo.Specul.eo.titu.§.sequitur. versic. pone.& moder.in l.qui habet.§ . penul. de tu.& ita posui in apostil.ad Bar.post eum in alleg.l.nec mandante.§.dari. in apost.in vers.die feriata.ff.de tut.& curato.dat.ab his.Celsus.

¶Et sic est expeditum istud verbum, de plano.

Sine strepitu. Istud verbum non fuit necessarium,cùm idé importet,quòd verbum,de plano : secũdũ Barto.in d.extrauaganti,in verb.& sine strepitu. quod ego persuadeo ex hoc, quoniam loquens planè,dicitur loqui sine strepitu.

Additio.

¶Vide Io.and.in c.indemnitatibus . de elect.in.vj.Inno.& Bald.in l.nec quequá.in.§.de plano.de offi.lega.& procõsul.& Oldra.in consi.cxv.inci. in iudicio est considerare.B.Vadus.

¶Et loquens altè,dicitur facere strepitum.dixit tamen ipse,quòd operabitur istud verbum,quòd litigator poterit loqui iudici in aure,etiam sedendo pro tribunali:vbi aliàs iudex non deberet partem audire,nisi palam loquentem. & reperio quod domi.Ioan.de Imol.vt credo in c.accedens suprà,vt lit.non cõtest.dixit istam esse iustam causam recusandi iudicem delegatum suspectũ. quod est notandum.

Et figura iudicii. Gloss. nostr

nostra hîc ponit,quid sit figura,& bene dicit. posteà ponit tres alias formas istius clausulæ:vel quòd ponatur copula vnica ante illud verbum,& figura iudicii.vel quòd nulla ponatur copula inter ista verba in clausula contenta, vel quòd ponatur disiunctiua inter vnumquodque istorum verborum:& in omnibus bene dicit.Volo quod notetis istã gloss.singulariter in duobus.in primo, in eo quod disiunctiua ponitur pro copula, quoniam eadem est ratio. Ex
34 quo colligite,† q disiunctiua semper resoluitur in copulam,vbicunque est eadem ratio in vno extremo,quæ in alio: ex hoc ego dico,quòd ista fuit ratio, licet legistæ non dicant,quare disiunctiua posita inter personas honoratas, resoluitur in copulam:vt in l.cùm quidã. C.de verbo.signi Nam ideò cùm testator dixerit,Lego Titio, vel Seio x. resoluitur dictio,vel,in copulam.

Additio.

¶Adde pro hoc text. quem Franc.de Cre.sing.lvj.incip. lego digestum, vel infortiatum,dixit singu. ad hoc quod hîc dicitur.l.si ita.ff.de auro & argent. leg.vbi exponitur,seu,pro.&.& in l.cũ quis decedés.§.finali.& ibi Dy. & quod ibi posui,in apostil.ad ipsum.ff.de lega.iij.Celsus.

¶Et quia est eadem ratio dandi titio quæ est in Seio:ideò resoluitur in copulam: tenete menti perpetuò istam gloss.In secundo est singul.ista gloss.in eo quod dicit,quòd vbi nulla copula est apposita inter ista verba in clausula posita,quod idem est si esset apposita copula.& allegat bonam legem, scilicet legem triplici.ff.de verbo. significa. Ex hoc resultat quædam singularitas, quòd resoluta habet vim copulæ. & sic ista à pari diiudicantur,si in rescripto dicatur.Delegamus causam Titio, Seio,Sempronio:vel si dicatur Delegamus causam Titio,& Seio & Sempronio.Sed aduerte quòd quando nulla ponitur copula inter personas,debet apponi punctus inter vnanquanque personam.& hoc est quod quotidie dicitur Punctus habet vim copulæ:vt nota. in dicta l.triplici. Econtra interdum copula resoluitur in disiunctiuam: & hoc contingit vbicunque copula,&,ponitur inter compassibilia.text.est singu.in l. si Titio.ff.de vsufru.lega.& per hoc sustinetur mandatum, procuratoris, in quo dicitur communiter,quòd talis cõstituit Titium suum nuntium & procuratorem:impossibile est quòd respectu eiusdem actus,simul & semel quis sit nuntius & procurator:quia nuntius cõcipit verba in personam domini: puta dicendo,Titius dicit, quòd debes sibi dare decem:vt in lege licet.ff.de consti tu.pecu.& procurator concipit verba in personam propriam:vt in lege quæcunque gerimus.ff.de actio.& obligat. vt patet in hoc exemplo. Ego Titius procurator & procuratorio nomine. Seii peto à Sempronio decem &c. Resoluetur ly &: positum inter ly procuratorem in disiunctiuam, vel: & erit sensus,Talis constituit Titium suum nuntium,vel suum procuratorem:tenete
35 te menti,quia multi deciperentur.†Et concludite vnam conclusionem generalem, circa istud verbum sine figura iudicii.

Addi

Additio.

¶ Quid autem operetur? vide Oldra.cō consi.cxv.& do.Barto. Sozi. in consil. xcvj.inc.viso processu.in prima parte. & quid importet in compromisso? vide d.Pe.Phi.Corneū.in consil.liiij. incip. videtur in litera. I. in secunda parte. Car.in clemen.secunda.de iudic. Bart. in extrauagan.ad reprimendum.ver. sine figura.& Spe.in tit.de inquisi.§.nūc tractemus. ver.quid igitur.Et dic,quòd virtute huius clausulæ potest iudex ab articulis incipere:quibus probatis sententiā ferre.& causam terminare. istud est origi.dictum Io.ā.Imo.in c.fin.de hg re.libr.vj.quod dictum refert & sequitur Ro.consi.cccccx.incip.in casu proposito.& Hippol.de Marsi.singu.cij. incip.clausulæ summariæ &c.Aduerte tamen tu iudex,qui virtute vnius illarū clausularum via regia,& omisso iuris ordine procedere vis,id prius parti notificare debes.aliàs dolosè processisse videbere:vt plenè per Feli.in c.j. versi. iij.nota.de cōsti.& de hoc in tract.clausularum.in clau.rescrip.versicu.sinè figura iudicii.Celsus.

¶ Quòd per verbum istud, tollitur omnis obseruantia iuris positiui in iudiciis requisita,& remanet obseruantia iurisgentium & naturalis.quod ius naturale tolli,vel auferri non potest,velu ti est defensio:vt in clemētina, pastoralis.suprà,de re iudica.hoc voluit Bart. in dicta extrauagant.in verbo,& figura iudicii.& hoc infertur,quòd cùm citatio sapiat speciem defensionis, non tollitur per dictam clausulam.hoc probatur in clemen.pastoralis.vbi dicitur sententiam esse nullam.quia fuit omissa citatio,ad audiendum sententiā:& tamen ille qui tulit sententiam imperator Henric.non tenebatur seruare ius positiuum:sed solùm naturale & iusgentium.

Additio.

¶ Vult iste inferre,quòd sententia principis parte non citata est nulla.& ista est communis opi.licet Bald.sit sibi cōtrarius.in lege nec causas.versi.fuit antiquitus quæstio.C.de appel. tenuerit contrarium & malè.Sed veram opinio. secutus est in leg.fin.C.de leg.& in leg. prima versic.sed hîc quæritur.C. quomodo & quando iu. plenè per Fel.in c. quæ in ecclesiarum.versi.limita sextò. de constitu.notaui plenissimè in apostil.ad Panormita.in capit. venerabilē. nume.quinto in versicu.citationis: vbi plenè per eum & alios.de elect. Hipol. de Marsil.singul.lxxv.incip. citatio est maximi effectus.in fine.Caius ante in quibus non requiritur citatio ad validitatem sententiæ,posui in apost.ad istū. in c.quoniam contra.§.citationes. numero.xij.in versicu.requiratur citatio. & in.§.interlocutoria.numero quadragesimoquinto in versicul. sententiam. suprà Celsus.

¶ Et papa dicit sententiam esse nullam, propter defectum citationis,volens innuere quòd citatio est de iure naturali quòd apparet ex citatione, quam fecit dominus noster de Adam dum dicit. Adam vbi es?&c.Ista fuit citatio. Item per istam clausulam,non tollitur legitimatio personarum:vt probatur in decima extrauaganti.Si enim quis tanquàm

quàm procurator alterius petit vt procedatur dictæ clausulæ:deberet antequã audiatur probare prius de mãdato suo: quoniam foret iniquum si non haberet mandatum sententiam debere domino nocere,fortè ignoranti &c.quæ autem specialiter reseruata intelligantur propter dictam clausulam:textus noster latè prosequitur, incipiendo à libello: quæ omnia seriatim & distinctè prosequar declarando.& quoniam præmittitur in ordine literæ,de libello qui non est necessariò offerendus: ideò scribite verbum,necessariò in litera tex.

26 LIBELLVS. Gloss. sumit argumentum à contrario sensu,† quòd in causis regulariter libellus est necessarius:vt tertia,quæstione tertia, offeratur.& in cap.primo de libelli obla.& in authen.offeratur.C.de litis contestatio

27 ne. postmodùm quæro, †nunquid ex conuentione partium posset libellus remitti.

Additio.

¶ Adde de hoc istum,in versi. quæritur vlterius.& quod ibi posui, in additio. ad ipsum.in versic.per partes renuntiari.vbi diffusè de hoc habes. Celsus.

¶ Et recitant multas quęstiones,de qua quæstione etiam per gloss.in capitu.de causis.de officio delega.& per docto.in cap.primo de libel.obl. & per legistas in d.authen.offeratur. & omissis opinionibus,hæc est communis conclusio, quàm sentit hìc gloss. & voluit Iaco. Butriga.& etiam Baldus in dicta authétic.offeratur. quòd libellus solennis à iure requisitus, potest ex conuentione partium remitti.

Additio.

¶ Vide do. Alexan.de Imol.in l.ius publicum de pact.& suprà in præceden. apostil.B.Vadus.

¶ Sed qualis qualis petitio,nequaquam omitti pôt,q̃ petitio cõtineat intétioné petentis. Circa cuius libelli,seu petitiõis materiã,ꝙ attinet ad propositũ,infero has cõclusiões.¶Petitio qualis qualis.i.quæ non cõtinet solẽnitaté à iure requisitã,sed nudã intentioné duntaxat petentis,est de iure naturali,seu gétiũ:nimirũ si omittit non possit. per ea quæ dixi in verbo,& figura iudicii. Ité in secũdo ideò est necessaria qualis qualis petitio,quia sententia debet formari iuxta petitionis formam: vt in hac cle. Sed si non esset facta petitio, iudex nesciret sententiam formare iuxta petitionis formam.igitur &c. Secũda cõclusio,qualis qualis petitio,differt à libello:qa libellus semp offerẽ in scriptis vt in iuribus palleg.Petitio aũt pôt ore tenus fieri:secũdũ oẽs doct.Adeò ꝙ etiã si fuerit redacta in scriptis p autoré & & tradita notario,vt redigatur in actis tñ dicetur petitio, non autem libellus secundũ Ang.in l.j.ff.de edé.Est & alia differétia,quoniã actor debet dare copiã libelli propriis expensis:vt not.gl. hìc.& in clemé.ij.suprà de appel. In petitione auté actor non tenetur dare copiam parti:sed si reus velit copiam illã habere,requirat à notario suis expensis.quod est notandum secundum dominum Floren.in hac clemen. Ter-

29 tia conclusio,†vbi proceditur apposita ista clausula,sine figura iudicii:tamé nõ exigitur citatio vt in cle.pastoralis. de re

29 de re iudi. Quarta conclusio, † hæc clausula, siue figura, est tantæ importantiæ, quòd licet aliâs petitio debeat continere narrationem, & conclusionem: hoc casu non est necessaria conclusio, sed sufficit narratio ex qua deprehendatur intentio petentis.

Additio.

¶Ita not.hîc Card.q.xx.in princip.& Bald.post glo.in l.j. ff.de eden.Sed dic hoc dictum non procedere parte opponente:vt per Pet.de Anch.& Imo.hîc. Bart.in extrauag.ad reprimendum.in vers.figura iudicii.& Alex.cõsi.clxxxj. quod est secundum maiorem supputationẽ.consi.ccciij.volu.ij.& melius per eundem,consi.xxxj.vol.iiij.Celsus.

¶Vt in c.afferte. suprà,de præsumpt. & not.glo.in l.ij.C.de sent.ex peric.recit. vbi habetur quòd mulier simpliciter narrauit regi Salomoni absque aliqua conclusione,hoc modo,filius meus viuit,& filius istius mortuus est:& Salomon tulit sententiam:vt habetur lib. regum.c.iij.& in d.c.afferte.

Additio.

¶Vide Feli.in fi.

¶Et si quis dixerit,quid facit ad propositum illud c.afferte. cùm ibi nulla fiat mentio de clausula, siue figura iudicii &c.respondeo quòd bene facit,quoniam princeps non est ligatus lege positiua:vt in l.digna vox.C.de legib.tamen ligatur ad seruandum ius naturale,& ius gentium: vt not.in dicta l.digna vox. & probatur in cle.pastoralis. suprà, de re iudic. Sic est de dilecto in casu nostro, quoniam iudex inferior cui causa est delegata, cum dicta clausula,siue figura iudicii &c. est redactus ad instar principis,vt non teneatur seruare, nisi ius naturale & ius gentium, & dixi suprà,in verbo & figura iudicii. igitur bene concluditur quòd dicitur in c.afferte.adaptari proposito nostro. quod est menti tenendum, pro intellectu dicti c.afferte. quia decret.ex hoc
30 redditur declarata. † Ex hac conclusione sequitur corolarium, quod procedit petitio,vbi cõclusio est inepta propter istam clausulam: licet aliâs processus corruat:vt in c.examinata.suprà de iudic.& in l.j.ff.si mensor fal.mo.di.

Sequitur aliud corolarium, quòd in huiusmodi causis, procedit talis libellus, Peto Titium cogi ad soluẽdum, licet nulla sit facta mentio de condemnatione:licet in causis ordinariis libellus corruet, nisi prius fuisset petitum deberi condemnari: cùm executio non possit fieri ante condemnationem: vt in l.j.C.de exec.rei iudi. Hanc conclusionem assumo ex dictis Bart.ex d.extrauag.super verbo,& figura. Quin-
31 ta conclusio, † In causa appellationis ab interlocutoria,nõ est necessarius libellus:& licet secus sit in appellatione à diffinitiua: secundum Matthe.& do. Ant.in cle.vnica. de causa poss.& proprie.quod dicit Spe.in tit.de libel.concept.in §.nunc dicendum in curia romana ita de facto seruari.tamen secundum præfatos doct.vbi suprà, in causa beneficiali siue loquamur in causa principali, siue in causa appellationis, non est necessarius libellus:tenere mẽti.Aduertendum in eo quòd Bar.dicit, procedere petitionem, vbi est inepta concl

conclusio. contrarium expressè tenet glossa nostra hìc, in verbo, pronuntiatio. quam sequitur Baldus. Pro concordia verò potest dici, quòd procedat opinio Barto. quando constat de intentione petentis. si autem de eius intentione non constet, id est quòd non potest apprehendi quid petat actor: tunc verum dicit glossa, quòd absolui debet reus ab obseruatione iudicii.

Capio gloss. in verbo litis contestatione. Sic ergo hìc habetis vnum casum, in quo potest procedi ad diffinitiuam sententiam lite non contestata. Videlicet quando procedit summariè

31 & sine figura iudicii. †Ex quo sequitur, quòd cùm in causa matrimoniali, in causa vsurarum & in causa decimarum, & in aliis causis, de quibus in clement. dispendiosam. suprà, de iudiciis. vbi procedatur summariè, de plano, & sine figura iudicii: poterit procedi ad diffinitiuam lite non contestata, nec ordine iuris seruato: videlicet quando est quæstio iuris: secundum Innocentium, qui ita singulariter dicit in cap. cùm inter. suprà, de consuetudine, quòd sic declaro. Pone quòd vertatur quæstio super verbis rescripti, vel super verbis statuti, quia vnus dicit, Ista verba debent intelligi hoc modo, & alius dicit quòd debent intelligi alio modo: vel pone quòd est quæstio, quia vnus dicit quòd rescriptum non tenet de iure, alius dicit quòd imò tenet & valet. Ista est enim quæstio iuris; certè non debebit lis contestari, nec ordo iuris seruari in ista quæstione per prædicta. Est tertius casus, videlicet quando imploratur officium iudicis nobile: sicut est restitutio in integrum: quia fortè ecclesia, vel minor, pe[t]e[ns] re-stitutionem in integrum aduersus eius contractum, vel sententiam, propter eius læsionem poterit procedi ad diffinitiuam lite non contestata, secundum Innocentium. in cap. dudum ecclesia Rothomagensis. de electione. de quo dicto Angel. facit magnum festum. in l. fin. in. §. illud. C. de temporibus, & reparationibus appellationum. plus subiiciens ibidem Innocent. quòd si absens qui noluit comparere ad litem contestatam, receptis testibus comparet volens litem contestari, non est audiendus. Plus dixit & miserabiliter do. Baldus. in. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. quòd hoc casu iste qui fuit contumax, si volet litigare in alio casu coram eodē iudice etiam contra diuersam personam, iudex poterit denegare sibi audientiam. allega. text. singu. l. sed si per prætorem. § sed dum, de decreto. ff. ex qui. cau. & ibi probatur & est bonus text. tenete mente, quia ista omnia sunt singularia. Et est quart[us] casus, videlicet in causa appellationis: vbi ad diffinitiuam potest procedi altera parte absente, etiam lite non contest. vt in. l. fina. § illud. C. de tempo. app. quod dictū notabiliter limitat Innocen. in capi. ex literis suprà de in integ. restitu. Quādo appellās est absens, secus si appellatus qui fuit victor in causa principalis.

Additio.

¶ Tu adde de hoc Spec. in tit. de compari. in termi. versi. attendas etiam. & in titu. de senten. §. iuxta. versicu. est

etiã nulla.&.§.quoniã.ver.porrò.& ibi quinque absentiarum genera,quæ latius prosequere.& Barto.in.l.fin.& ibi bono.gl.in ver.app.ff.de resti.in integrum Celsus.

¶ Et ita declarat illum.§. melius quã legistæ.nec est quid imputandum appellatori,qui introduxit appellationẽ coram iudice ad quem:quare nõ prosequatur appellationem:hoc dici non potest de appellato. Ex his habetis quòd in omnibus istis quatuor casib⁹, poterunt recipi testes lite non contest. quod est notandũ pro ampliatione,capitu.quoniam frequenter suprà.vt lite non conte.vbi non ponũtur isti casus. Sequitur glo.in verbo,ob necessitates.

Sumitur ex tex.nostro,ex cõtrario
33 sensu argu.† in causis ordinarijs,vbi non proceditur sine figura iudicij,potest procedi in ferijs ob necessitatem hominum.Intelligite de consensu partium,& iudice consentiente:vt not.in l.j.ff.de ferijs.& in capitu.fin.suprà,de ferijs.Non sic in ferijs repentinis,& ferijs in honorem dei,quibus renuntiari non potest.

Additio.

¶ An possit per partes renuntiari ferijs.vide do.Alexand.de Imo.in consi. xxxvj.in.ij.parte.& an & quãdo ferijs ob necessitatem hominũ inductis.vide Feli.in capit.si diligenti.ver.quartum corrolariũ.de fo.compe.& adde eũ in capi.significauerunt.in ver.tene menti.ad fin.ver.eo.titu.& ibi adde Panor, numero.xvj.& quod not.in apostil.ad ipsum in ver.sanctorum.quòd renũtiare ferijs hominũ licet quis ante indicium possit:tamen post sententiã non: de quo per Cardi.hic quæstio.xxix.& per Alexan.in.l.j.ff.de fer Bal.in addi. ad Specu.eo.titu.§.fin.& quare est ꝙ ferijs repentinis renuntiari nõ potest? not.Bal.in.l.j.C.eo.& Alexand.vbi suprà,& in.l.j.§.ij.ff.de noui.ope.nũ. vbi dicitur,quòd æquiparantur ferijs dei. Aduerte tamẽ inquantũ hîc dicitur ferijs repentinis non posse renuntiari:ꝙ dictum fallit in ferijs repentinis,propter superstitionem inductis:vt plenè not.Bal.in.l.si vt proponis.la.j.C.quomodo & quando iudex.& in sæpè allege.l.j.C.de ferijs.nec omitto vnũ singa.dictum Specu.in tit.de fer.§.fi.ver. sed quid si pars,scilicet quòd quando per iudicem assignatur dies feriata in hominum vtilitatem,scientibus & tacentibus partibus,quã dictæ partes illis renũtiasse præsumuntur.Idem no. Alexand.in.l.j.in princi.ff.de fer.arg. l.si fideiussor.§.quædam.manda.& de hoc dixi post Barto.in addi.ad eũ,in l.j.nume.iij.in apostil.in versi.renuntiari.C.de fer.& Sali.in.l.omnis.nu.ij. vbi etiã signaui,in apost.ad ipsum. in versicu.ob necessitatem hominum.eo. titu.Celsus.

¶ Sed mirum videtur,ꝙ ferijs ob necessitates hominum possit renuntiari: quoniam iuri prohibitiuo renuntiari non potest.glo.est singularis,in rubri. C.non fin.&c.constat autem istud esse ius prohibitiuum:vt non reddatur ius in ferijs,ob necessitates hominũ:ideò renuntiatio non tenet. Respõ. Ideò renuntiari potest,quia verba edicti de istis ferijs dicunt,nemo inuitus cõpellatur litigare:vt habet in.l.j.ff.de fer.

ergo à contrario sensu, poterit litigare
istis diebus ex voluntate partium. Sed
35 insurgit dubitatio, † si duo volunt li-
tigare in istis ferijs aliquibus dieb' sciē-
tes esse ferias: posteà altera pars vult
cessare à litigio durantibus ferijs. Pri-
ma autē pars opponit nō posse, qa liti-
gādo videtur renuntiasse istis ferijs, qd
iuris est? Ista q̄stio sæpè est de facto, &
ego vidi Specu. in §. fi. circa fi. de feriis.
qui inclinauit in hanc sententiam reum
videri non renuntiasse, qui est fugiti-
uus: quia reorum est fugere: vt not. in
c. cùm olim. de dolo & contuma. quasi
secus sentiat esse in actore. Mattheus
autem in cle. j. suprà, de iudic. tenet in-
ductam esse renuntiationem. Ang. ve-
rò in l. j. ff. de feriis. Notabiliter distin-
guit inter expressam renuntiationem
& tacitam: vt per expressam renuntia-
tionem amplius non possit opponi ex-
ceptio feriarum, quasi in totum videa-
tur renuntiasse. In tacita verò quæ in-
ducitur ex litigio, non inducatur re-
nuntiatio feriarum quo ad tempus fu-
turum.

Additio.

¶ Not. Bartol. in l. sæpè. alleg. l. j. & ibi
plenissimè per Alexand. ff. de feriis. Et
vtrùm possit renuntiari feriis, de qui-
bus suprà, per procuratorem? vide eun-
dem Alexand. post Pau. de cast. in d. l.
vbi tenet quòd sic. argu. l. si fideiussor.
§. quædam. ff. māda. etiam tacitè dum-
modò tñ habeat liberā administratio-
nem. Ita not. Bar. in l. qui romæ. §. Cal-
limachus. ff. de verb. oblig. Et pro q. de
qua suprà, proxi. ibi versic. sed insurgit
dubitatio, quæritur, tu dic quòd etiam
actor potest allegare ferias in causa
cœpta per eum etiam tempore feriato:
ita not. Ang. & Alex. post Bald. contra
Rapha. in sæpè alleg. l. j. ff. de fer. con-
tra quem etiam tenent Ioan. de Imo. &
Anto. de Butr. in c. j. eod. tit.

¶ Et quòd ad acta fienda, sed acta va-
lebūt: quia eorum respectu videtur in-
ducta tacita renūtiatio: & sic exceptio
feriarum impediet processum fieri in
futurum: sed per talem exceptionem
non annullabuntur acta iam facta. &
in hac sententia fuit domi. Ioan. de
Imol. in capitu. fin. suprà, de ferijs: licet
nullam faciat mentionem de Angel. &
istud teneatis ac etiam notetis. Ex
hoc sequitur vna mirabilis conclusio,
35 secundum Ang. in dicta l. j. † quòd ex-
ceptio declinatoria iudicij quando cō
cernit actū successiuum, potest opponi
post li. contest. quod est singulare, limi
tans omnia iura, dicentia, quòd exce-
ptio declinatoria debet, opponi ante
litem contestatam. quia illa regula de-
bet intelligi, quādo exceptio concernit
actum momentaneum: qui explicatur
à momento, secus in actu successiuo: vt
est litigare in feriis ob necessitates,
quia istæ feriæ non finiuntur momen-
to: sed pluribus diebus successiuè du-
rant. vnde ista exceptio opposita post
litem contestatam, hoc modo prohibe-
tur, Non procedatis domine iudex,
quia sunt feriæ. Impediet processum
fieri: sed processus iam factus in feriis
tenebit. Ego hîc dictum Angel. com-
probo, valida ratione: quoniam exce-
ptio declinatoria quę oritur post litem
contestatam, potest opponi post litem
contestatam, vt in l. ij. de consor. eius.

lit.& facit.c.pastoralis.cum ibi not.supra de except.

Additio.

¶ Adde textum in l.eleganter.§.si quis post.de condi.in de.& c.insinuante. de offic.deleg.cum si.aduerte tamen,quia hoc non procedit,si talis declinatoria superueniat post conclusum in causa: istud est singula. dictum Ionnis Andræas in capit.cum dilectus.de or. cog: per c.auditis.de procu.quod pro singu. refert,& sequitur Roma.singu.cccliiij. incipien.tu scis quòd exe.& dat ibi bonam rationem,vltra quam potest aliã dare.Quia ibi opus est causæ cognitione:& tunc obst.conclusio in causa.d.c. auditis.& hoc tenet alleg.& d.c.cùm dilectus.Celsus.

¶ Sed ista exceptio,sunt feriæ,quotidie oritur:quia quotidie inducitur grauamen ex talibus feriis:nam respectu diei hodie in eo possum dicere,non volo cõparere hodie:quia est dies feriat⁹ istud possum dicere cras:& sic in sequentibus diebus.quia semper grauor de die in diem ideò semper de nouo nascitur

36 ista exceptio.quod tene menti. †Et addite in eo quòd glo.dicit,quòd feriis non potest renuntiari.

Additio.

¶ Glossæ huius ratio est,quia his, quæ in fauorem publicum introducta, sunt renũciari non possumus facit textus & ibi hoc adnotant interpræte in c.si diligenti de foro compe.in antiq.vbi clericus nõ põt renũciare foro ecclesiastici iudicis.glossę sentẽtiã cõprobare videt in simili text.l.postrema.C. de iureiurando propter calumniam dando. vbi iurejurando calumniæ à litigatoribus renunciari non potest, quòd iuris publici. Rationem rationis reddit iurisconsultus Papinianus lib.ij quæstionum & in libro secundo Digestorum.l.ius publicũ.ff.de pactis. Cuius hęc verba sunt,ius publicũ priuatorũ pactis mutari nõ potest.Aliã etiã rõnẽ addamus ex glossemate ad ꝓximè citatam.l.ius publicum.Ideo ferijs renũciari non posse optimè cõstitutum est, quòd iuris publici sint & authoritate & vtilitate.Nec me mouet Vlpiani ꝑelegãs respõsum in.l.si feriatis.ff.de ferijs,quo loco,feriatis diebus iudicium pacto litigatorum valere, scripsit. Vlpiani siquidẽ sentẽtiam de ferijs messium,& vindemiarũ accipiendam esse ex.ll.illam proximæ præiacẽtibus elicere licet:præcedentibus enim sequentia interpretari responsum est.l.si seruus plurium.ff.de lega.j.Diuersum verò ius est in ferijs in honorem Dei institutis vt toto ferè titulo.C.de ferijs. Feriati dies qui sint,colligitur ex concilio Lugdunensi à Gratiano transcriptum capitu.pronuntiandum.de consecra.distin.iij.Vbi enumerantur dies festi celebrandi.

¶ Illam glo.omnes cano.& legistæ & sequuntur.quod Ioan.And.dixit vnũ singulare verbum,in.§.fin.de ferijs.in addi.ad Specu. quòd ferijs repentinis potest renuntiari per pactum,licet nõ per simplicem renuntiationem,nec reperio cõtradicentem.ex hoc potest inferri vna mirabilis limitatio ad illam

7 regulam,† quòd iuri prohibitiuo renuntiari non potest:quia illud nõ custodit

stodit per simplicem renuntiationẽ.

Additio.

¶ Vide de hoc omnino per Felin.in capitu. si diligenti.in princip. de foro compe.Celsus.

¶ Secus si per pactum expræssum.nã non est dubium,quòd ius est prohibitorium,quòd in ferijs repentinis non reddatur ius.& tamen Ioan. And.dicit valere renũtiationem per pactum expræssum.ergo bene sumitur dicta limitatio à nemine tacta.Nam in alia materia fit eadem differentia inter renuntiationem & pactum.Nã dicitur quòd iuri de futuro renunciari non potest: vt in.l.qui superstitis.ff.de acqui.here. & in.l.ita scriptum.§.si sub cõditione.ff.de lega.ij. tamen volunt omnes ꝙ per pactum possit renuntiari de futuro:vt habetur expræssum in.l.j.C.de pactis.circa vnũ quod suprà , dixi,vbi proceditur per officium iudicis possit procedi ad sentẽtiam diffinitiuam lite non contesta:secundum Innocẽ.obstat text.in capi.fin.suprà de offi.iudi. vbi dicitur ꝙ lit.contest.exposcit &c. Saluando Innocen. respondeo ꝙ vbi reus est præsens omnino,debet lis contestari.& ita debet intelligi iste text. vbi autem reus est absens,& nõ vult comparere:& sic non potest lis contestari:vt scribit Innocen.in capi.olim. de accu.& glo.in authen.qui semel.C. quomodò & quando iudex.tunc vendicat sibi locum doctrina Innocẽ.& hãc distinctionem persuadeo per ea quæ habentur in.l.fin.§.illud.C. de tempo. appel.vbi similis distinctio fit in cau-

38 sa appel. † Sequitur gl.super verb. defensionis.Addite ad istam glo.quòd cum defensio non possit tolli per istã clausulam,& sine figura iudicij.

Additio.

¶ L.iij.§.si ad diem.ff.de re milit.&.C. de tempo.appel.l.pen.capi.cum inter. de exc.Barto.plenè in.l.filius.ff.de dona.& in.l.j.ff.de testa.mili.& quæ dixi.suprà.eod.in apost.in versicu.figura iudicij.numero.viij.quod est verum,si defensio negotiũ principale respiciat: secus si apices iuris.ita no.Bald.in.l.ij. §.Offilius.ff.de requi.reis.& Alexan. in lege. custodiens .ff. de publi.iudi. Celsus.

¶ Ex hoc videtur dicendum , quod si feratur sententia testibus non publicatis : non valet sententia : quoniam videtur tolli defensio aduersæ parti: quia pars non poterit opponere contra dicta testium.& hanc sententiam tenet Bartol : in extrauagandi ad reprimendam:licet ipse contrarium tenere videatur in.l.prolatam.C.de sententiis & interlocutioni.omnium iudicum.& idem ibi tenet gloss.Bald.& Iaco. Butri. Vos autem concordando opiniones dicite, secundum Angelum in dicta.l. prolatam . cuius verba sunt

39 noua & digna. † Quòd sententia valet etiam in causis ordinarijs lata,testibus non publicatis. Quoniam istud non est contra ius constitutionis, sed est contra ius litigatoris sibi auferendo defensionem . Nam ex hoc hoc redditur sententia iniqua : & ideo poterit appellari , & appellatio

mis libello, iudice iudicante, vt petitur in libello quia secūdum hoc omnis sententia esset condemnatoria quod est falsum, cum actor in libello semper petat reum condemnari. Sequitur glo. in verbo exordio. Pro intellectu istius gloss. circa materiam reconuentionum pono aliquas conclusiones. Prima conclu-
41 sio, † Reconuentio debet fieri ante lit. contest. vel incontinenti post lit. contesta. ad hoc vt introducatur priuilegium causæ reconuentionis.

Additio.

¶ Nunquid autem ex interuallo post litem contestatam fieri possit: & an eius causæ naturam mutet? Vide Feli. in dicto c. j. & an possit fieri super actione post repertum orta? vide per eum in c. prudentiam remissiuè. in fi. eodem lib. & adde eum in cap. iu præsentia. ibi, sed etiam. de probatio. quod si fiat reconuētio per illum, cui petitur silentium imponi: & petat illud super quo actor petat silentium, resultat mirabiliter effectum: quia prima petitio, resoluitur in vim exceptionis, & proceditur solum super secunda petitione: & in quibus casibus & causis locus non sit reconuentioni? vide domi. Barto. Soci. in consilio. clxvij. incipien. non inutilis. versic. circa septimam. in secunda parte, & Specul. in titu. de reconuentio. §. tertio per totum. Et inquantum dicitur quod statim & ante lit. contesta. debet fieri. hoc est verum si fiat coram eodem iudice, quia si coram alio fieri potest ex interuallo: not. gloss. in cap. fina. in ver. proprietatem. de iudi. Bald. & docto. in præalleg. authenti. consequenter versi. quæro quando fieri debet reconuentio. Celsus.

¶ Quod priuilegium in hoc consistit, vt simul tenens processus agitetur conuentionis & reconuentionis: vt in cap. primo de mu. peti. Et quod vtraque causa eadem sententia terminetur. Quantum autem ad competentiam iudicis introducendam, potest fieri reconuentio in quacunque parte iudicii: vt in cap. dispendia. §. reus. de rescript. lib. vj. text. est sing. in hac materia. hoc casu non simul agitabitur causa conuentionis & reconuentionis, sed prius terminata causa conuentionis, posteà procedatur in causa reconuentionis, & tenebitur actor comparere, licet aliàs sibi iudex non foret competens.

Additio.

¶ De quo vide Barto. Soci. facientem illam regulam. & ampliātem & restringentem eandem in suo tract. fallen. reg. cccxxxij. in versic. reconuentio. De quo per Barto. Soci. consilio suo. xxviij. incipien. pro decisione. versi. vj. principaliter moueor ad fi. cum versi. sequent. & consilio. xlj. incipien. antequam. versic. secundum casum. cum versic. seq. volumi. j. Celsus.

¶ Secunda conclu. vbi oponitur contra iudicem exceptio excommunicationis, opponens non potest vti reconuentione gloss. est in c. primo in verbo, rescriptum. de rescrip. lib. vj. quam glo. valde commendat Angel. in dicta authenti. cōsequenter. Tertia conclusio, Tota materia reconuentionis debet intelligi, quando actor agit ex voluntate, non autem necessitate coactus. Nam tunc re-

conuentio nequit locum habere, veluti si quis passus iniuriam vel furtum, vel rapinam, nam propter hoc necessitatur agere. certè conuentus non poterit istum actorem reconuenire: secundum Angel. in dicta authē. & consequenter. Et est casus in l.ij.in §.sed si agant.& in l.si longius.in §. j. ff. de iudic. quod est valdè notādum, quia per hoc limitatur tota materia reconuentionis. Ex hac conclusione infertur vnum notabile co-
42 rolarium, † quòd in causa appellationis, non habet locum reconuentio.

Additio.

¶Adde Panor.in c.j.in versi.iij. quæro. & quod ibi posui in apost. ad ipsum. de mutuis pe. Sali.in alleg.auth.consequē-ter.q.iiij.Bald.in l.per hanc versi.extra glo.quærit hic Cy.C.de tempo.ap.omnino per Barto.in d.authen. consequenter versicu.quæro nunquid in causa appellationis. de quo vide Bal. in authen. & consequenter.nume.xij.versi. quæro nunquid in causa appellationis. & ibi posui in addi. ad ipsum in apost. in eo. versi.C.de sent. & interlo. omnium iudic.Celsus

¶Et iam vidi de facto, quoniam appellans necessitate coactus appellare & ire ad iudicem ad quem pro iniuria sibi illata, propter iniquam sententiam latam per iudicem à quo.casus est in l. prima & ij.ff.eum qui app.in prouincia se defendi debere.Et hanc conclusionem notat egregiè do.Angel.in d. auth. consequenter.& est menti tenenda. Nunc venio ad gloss. in verb. Non obstantibus.

Istam glo.quotidie allegant legistæ, &
43 ad eam recurrunt † quòd dato termino ad producendum instrumenta, possunt produci etiam post lapsum terminum, nisi ius aduersarii sit factum deterius. quam glo.tenet Barto.in l. mancipatorum.ff.de optio.leg. Necnon Iacob. de Aret.& Cy.& Ang. in l.si ea. C. qui accu.poss.& ipsemet Angel.in l.j.§. & eādem.ff.de eden.eandem sententiam secutus est Bal.in l.j.ff.si ex noxa.causa agatur.& illam tenent omnes canonistæ.

Additio.

¶Pro qua materia vide latissimè Firmianum, in suo aureo repertor. in versi.instrumentorum productio.ver.j.

¶Salic.autem d. l. si ea. subtilius hunc articulum interpretatus: & posuit vnā suam distinctionem valde notabilem. Quæ est memoriç commēdanda, quia veritatem continet:& est etiam in iudicando tenēda quoniā non reprobat sententiam communē sed distinguit declarando, quo casu debeat intelligi sententia cōis vt vidi quod d.Ioan. de Imo.in
44 pluribus locis dicit: † quod semper tenēda est opinio doctoris distinguētis: quādo sua distinctio est vera. Cuius Salic. verba reduco ad infrascriptas claras cōclusiones. Prima cōclusio. Si nullus terminus est datus ad producendū instrumenta seu iura possunt instrumēta produci vsque ad conclusionem in causa c. cum dilectus.de fi.instr. Secunda cōclusio. Vbi datus est terminus per iudicem ad producendum instrumenta post terminum non possunt produci de rigore iuris. Ratio cōclusionis est: quia omnis dilatio probatoria, est peremptoria: vt dicit Ange.in l.fi.ff.de dila. & etiam tenet Spe.in tit.de dilatio. & cæteri doct.

Ter

46 Tertia cõclusio. † Vbi ille cui est datus terminus ad producendum instrumenta, potuit inducere instrumenta in termino, & non producit non auditur post terminum, nec de rigore iuris: nec de æquitate siue ius aduersarii sit factũ deterius siue nõ. Ratio conclus. est, quia negligenti producere iura, de iure non subuenit: sed duntaxat diligenti vt in l. admonendi. ff. de iureiu. vbi videt casus istius conclusionis & in l. fi. ff. ex quib. cau. ma. Quarta conclusio. Post termini lapsum pñt produci instr̃a de æquitate si ius aduersarii non est factũ deterius: dũmodo producẽs nõ fuerit in negligẽtia durante termino puta quia ignorabat se habere instr̃m, vel si sciebat, non potuit producere aliqua iusta causa impeditus: & in hoc stabit iuramento producentis, si fuerit ignorans &c. Iuxta decretalem, pastoralis. suprà de excep. Ratio conclusionis est: quoniam vbi in dispositione est dies, & non pœna: admittitur purgatio moræ: si ius aduersarii nõ est factum deterius: dummodò post modicum tempus, quod residet in arbitrio iudicis: & probatur l. si ita quis promiserit. §. Seia cauit. ff. de verbo. oblig. Quinta conclusio. post terminum lapsum non possunt produci instrumenta, si ius aduersarii est factum deterius: etiam si producens fuerit diligens durante termino: & in hoc casu est intelligenda gloss. nostra. & opinio. Docto. Ratio conclusionis sumitur ex his quæ dixi in ratione proximè precedentis cõclusionis à contrario. Intelligo tamen istam gloss. quod ius aduersarii debet esse effectum deterius post lapsum termini producendi: puta, quia testes sunt mortui post lapsum termini, per quos poterat reprobari instrumentum. Si autem fuissent mortui pendente termino, tunc non puto procedere gl. quia non est læsus post lapsum termini, sed in ipso termino. Sexta & vlti. conclusio, In casibus in quibus producuntur instrumenta post lapsum termini, debet citari pars aduersa ad videndum fieri productionem. Aliàs nulla est ista productio: quoniam vbi tractatur de præiudicio alterius, is citari debet vt in cap. vnico. de scruti. Ex his habetis expeditum istum articulum plenissimè & vtiliter. Venio nunc ad gloss. in verbo, Interrogabit. Ista gloss. reputatur singula. & semper allegat. Sed pro pleniori doctrina tollite has breues cõ-

47 clusiones. Prima conclusio, † In causis ordinariis iudex ex proprio officio potest in quacunque parte iudicii partem interrogare, sed non ad instantiam partis: ita debet intelligi textus in capitulo inter dilectos suprà de fide instrumentorum. & xxx. quæstione sexta in cap. inter Adam. & text. in l. vbicunq; ff. de interro. act.

Additio.

¶ Adde quòd istæ interrogationes quæ hodie ex officio iudicis (vt hic) fiunt, olim fiebant iure actionis: ita notat. Bartol. post gloss. in lege prima. ff. de interrogato. actio. Et pro tertia conclusione, scilicet, quod in quacunque parte iudicii possint per iudicem fieri, notat. Barto. quod etiam est verum in delegato: vt ibidem. Et fiunt viua voce, & sine scriptura: vt per Bald. in l. si curatoris. C. de iure delib. Oldr. consi.

consil.ciiij.in fi. Debes tamen tu iudex illas refrenare. scilicet nisi pertineant ad declarationem intentionis. Ita not. Ang.in l.si in rem.de rei ven.nec omitto ꝙ interrogatus non dicitur respondere.si non respondet ad interrogata, vel si respondet modificatiuè.l.de ætate.§.quod autem.& ibi Bart.ff.de interro.acti.aut si obscurè,aut de delicto, de quo constat si respondet per verbum, credit,respondet: vt per eundem Bart. in præalle.in.l.de ætate.quod nihil. de quo vide Pan.in c.cùm causam. nu.ix. & quod ibi posui,in addi.ad ipsum. in verbo.officio iudicis. de iura. calum. Celsus.

¶ Secunda conclusio. Vbi proceditur si ne figura iudicii in quacunque parte iudicii,potest iudex etiam ad instantiam partis litigatorem interrogare: vt in hac glo.no. Tertia conclusio, Illud quod dicitur,iudicem posse interrogare in quacunque parte iudicii,debet intelligi super actitatis.idem super productis in causa.non potest autem interrogare super nouiter actitandis.i. super aliquibus quæ non sunt deducta in iudicio: secundũ Specu.in titu.de positio. §.iiij.versic.regulariter & Inno.in c.inter dilectos.in addi.suis hoc tenet hîc d.Flo.Mat. & Laudunus. Quarta &
48 vlt.conclusio est notanda,† vbicũque iudex potest interrogare partẽ, potest in interrogatione deferre iuramentum interrogato: secundùm doct.Bald. quæ ita consuluit: vt patet in consilio suo quod incipit. Statuto Perusii cauetur. subiiciens rationem,quoniam cùm lex dederit potestatem iudici faciendi interrogationes: verisimile est & credibile,quòd lex voluerit etiã dare potestatem circa qualitates interrogationum: vt possit adiicere iuramentum,vel permittere: & idem de aliis qualitatibus. quod est notandum.quia non tangitur in lectu.quia est res præiudiciabilis: & poterit facere magnum honorem in causis &c. Vltimo additur circa illũ
49 articulum† vtrum post lapsum terminũ possint produci instrumenta? quòd omnia quæ dicta sunt instrumentis, habeant locum in testibus: vt possit post terminum elapsum produci eo modo, quo dictum est in instrumentis: secundum Cyn.in l.si ea,suprà allega.quòd etiam voluit do.Io.de Imo.in c. licet causam suprà eo.licet do.de Ro.in suis conclusio.aliter sentire videantur. Sed primum est verius.propter identitatẽ rationis. eadem est ratio in testibus, quæ in instrumentis.igitur &c. Circa articulum,vtrùm iudex possit interrogare partem &c. Addite † quod domi. Ant.de But.consuluit iudicem posse interrogare in quacunq; parte iudicii partem,ad fundandum intentionem alterius partis: & hoc per glo.sing.in l.vbicunque præallega.vt patet in d.gloss. dum dicit vel.sicut fit Bononiæ.quæritur à debitore quid debeat. De qua conclusione facit mentionẽ do.Io.de Imo. in c.j.suprà,de iu.sequens hanc doctri-
51 nam quæ est notanda† Circa id quod dixi de iuramento,intelligendum est: secundum Bald.in causis summariis, seu extraordinariis: quod idem est. In causis autem ordinariis sunt faciẽdæ positiones: & pars debet compelli respondere per iuramentum: vt in c.si post præstitum suprà de confess.lib.vj. Et quia dictum

dictum Bald.est singulare,quod non reperitur in aliquibus lecturis,sed dumtaxat in quodã suo consilio: tum quia materia est vtilis,tum quia consilium est paruum,idcirco illud subiicio scribendum. Statuto Perusii cauetur, & si actor voluerit stare sacramento actoris de causa vertente,& iudex cogat:ꝙ debeat iurare &c.Titius deposuit c.penes Seiũ,que c.petita in iudicio. Seius negat,dicens se nihil debere.Titius petit Seium sub iuramento illum debere interrogari,an receperit ab illo illud depositum Seius negat se velle respondere cum iuramento:sed solùm vult respondere,an debeat vel non, quæritur quid iuris?Respondeo vbicunque ęquitas mouet iudicem, iudex interrogare potest.

Additio.

¶ Vulgata l.vbicunque.ff. de interrog. act.& de materia præsentis.q.Vide docto.maximè Sicu.in c.cùm Ioannes eremita.& ꝙ ibi posui in apo.ad ipsum:& ibi etiam Feli.versi.& aduerte.de fi.instru.Car.ibidẽ.& hic.§.& quia.in.xiiij. no.Spec.in titu.de posi.§.iiij.versi.regulariter.& hic longe doct.quos in apost. in ver.ex proprio officio supra, proxi. nu.xix.alle.& Pañ.in c.cũ causam.nu. xiij.& quod ibi posui,in addi.ad ipsum. in versi.vbicunque.de iur.calum.& de hoc vide Roma.consil.suo vj.& consil. vigesimo & consilio centesimoseptuagesimosexto Celsus.

¶ Ita etiam est in eius arbitrio interrogatorum forma.ff.de iureiu.l.iusiurandum.& ad pecunias.§. si de qualitate. Pone quòd apud me deposuisti x.in secreto.& illa tibi restitui.si iudex habet hanc conscientiam,non debet interrogare an receperit.Si verò iudex habet aliam conscientiam,tunc potest interrogare an debeat:& etiam cum iuramẽto.Et hoc procedit vbi proceditur summariè,vel extraordinem:vbi verò iudicium esset ordinarium, tunc legitimè responderi debet positionibus: licet in iudicio extraordinario,seu summario, interrogatoria sint arbitrio iudicis: vt suprà est dictum.Bald.

Commentariorum Lanfranci de Oriano.

F I N I S.

Series chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X.
Omnes sunt quaterni preter,X,qui est ternus.

INDEX ALPHABETICVS ex praxi Lanfranci.

De litera A.

De litera C.

De litera. D



Defen

Expen

Re

De litera L.



De litera M.



Mors

De litera R.



Relat

De litera S.



Sent

De litera T



Test

De litera V.

FINIS.



